


Public Library of the City of Boston
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.

ISIDORUS. Etymologiae. De summo bono. 1483.

Hain 9279; B.M.C., part V, p. 379.

Printed with gothic type, in two columns. It has 136 leaves, the fifth blank; ff. 6–106 and 109–136 are numbered as 1–101 and 1–28; from the Library's copy the blank leaf is missing. The size of a leaf is 286 × 188 mm., and the text in a column measures 232 × 68 mm. The initials are in red.

The "Etymologies" is an encyclopedia of all knowledge. It was written between 622–633 A.D., during the last years of the author's life. As the preface emphasizes, the work was the product of life-long reading. This encyclopedia is, indeed, as comprehensive as any of the similar Roman works; its information, however, is superficial, based on bookish knowledge and never on personal observation.

The title expresses the nature of the work. Isidore believed that by explaining the origins of words he could get nearest to their meaning. His encyclopedia is a dictionary, containing a vast number of derivations, many of which are ingenious while others are amusing. Yet Isidore himself warned against a blind confidence in words. His chapter "On etymology" may best elucidate his view, providing also a good example of his method; here is an excerpt:

"Etymology is the derivation of words, when the force of a verb or a noun is ascertained through interpretation. This Aristotle called σύνβολον, and Cicero, *notatio,* because it explains the names of things; as, for example, *flumen* is so called from *fluere,* because it arose from flowing.

"A knowledge of etymology is often necessary, for, when you see whence a name has come, you grasp its force more quickly. For every consideration of a thing is clearer when its etymology is known. Not all names, however, were given by the ancients in accordance with nature, but certain also according to whim, just as we sometimes give slaves and estates names according to our fancy . . .

"Etymologies are given in accordance with cause, as *reges* from *regere,* that is *recte agere;* or origin, as *homo,* because he is from the earth (*humus*); or from contraries, as *lutum* (mud) from *lavare* — since mud is not clean — and *lucus* (sacred grove), because being shady it has little light (*parvum luceat*).

"Certain words also were formed by derivation from other words; as *prudens* from *prudentia.* Certain ones also from cries, as *graculus* (jackdaw) from *garrulitas.* Certain ones also have sprung from a Greek origin, and have changed over into the Latin, as *silva.* (Elsewhere Isidore explains that *silva* or *xilva* is derived from ξύλον, wood.)"

The "Etymologies" is divided into twenty books, treating of grammar (1), rhetoric and logic (2), arithmetic, geometry, music, astronomy (3), medicine (4), law and chronology (5), theology (6–8), languages, races, empires (9), human anatomy and physiology (11), zoology (12), cosmography and physical geography (13–14), architecture and surveying (15), mineralogy (16), agriculture (17), military science (18), ships and buildings (19), and of provisions and utensils (20). The tenth book consists of a number of words arranged in an alphabetical order, without any organization of the material according to subject-matter.

Isidore's indebtedness to the Roman encyclopedists is obvious. Varro and the elder Pliny were his chief sources, though he was acquainted with the writings of many other Roman writers as well as with the works of the Church Fathers. His influence during the Middle Ages was immense; all the later medieval encyclopedias were modelled upon his work. But even in his time he was recognised as the greatest scholar of the age. In his own "De viris illustribus" Bishop Braulio, his friend, inserted a note after his death: "In him antiquity reasserted itself — or rather our time created in him a picture of the wisdom of antiquity . . ."

The theological writings of Isidore are also numerous. Among these "De summo bono" (often called "Libri tres Sententiae) is one of the best known. The work is based on the "Moralia" of Gregory the Great.

Registrū in libros etymologiarū sancti Jsidori hispalensis episcopi. Et primo capitula libri primi.

Capitula libri secūdi

Capitula libri tertii

Capitula libri quarti

Capitula libri quinti

Capitula libri sexti

Capitula libri septimi

Capitula libri octaui

Capitula libri noni

Capitula libri decimi

Capitula libri vndecimi

Capitula libri duodecimi

Capitula libri tertijdecimi.

Capitula libri quartidecimi

Capitula libi quintidecimi.

Capitula libri sextidecimi

Capitula libri decimiseptimi

Capitula libri decimioctaui

Capitula libri deciminoni

Capitula libri vicesimi et vltimi

Laus deo.

Incipit epistola Isidori iunioris hispalensis episcopi ad Braulionem cesaraugustanū episcopū.

D Omino meo ⁊ dei ſuo brauſlioni epo Iſidoꝛ. Omni deſiderio deſideraui nūc videre faciem tuā. ⁊ vtinā aliquādo impleret deus votū meū anteq̄ moriar. Ad pꝛeſens autē depꝛecoꝛ ut cōmēdes me deo oꝛationibus tuis. ⁊ ut in hac vita ſpem meā impleat ⁊ in futuro beatitudinis tue conſoꝛtiū mihi concedat. ⁊ manu ſua. Oꝛa pꝛo nobis beatiſſime domine ⁊ frater.

Braulio ad Iſidoꝛum.

D Omino meo ⁊ vere domino: chꝛiſtoq̧ electo Iſidoꝛo epiſcopoꝝ ſūmo. Braulio ſeruus inutilis ſanctoꝝ dei. O pie domine ⁊ viroꝝ pꝛeſtantiſſime. ſera eſt inquiſitio. ⁊ tarde data eſt mihi ſcribēdi optio. q: peccatis meis exigētib⁹ nō tantūmodo ſterilitatis uel inopie malo. veꝝ etiam peſtis moꝛtalitatis luis ⁊ hoſtilitatis quo minus inquirerē hoꝛribili ſum pꝛepedit⁹ incurſu. Nunc autē ⁊ ſi mille neceſſitatib⁹ ⁊ mille curis attritus poſt longum miſerie tempus veluti ab impꝛobi ſopoꝛis ut ita dixerim grauedine ſuſcitatus. iſti⁹ mee ſuggeſtionis affatib⁹ dependere pꝛeſumo ſalutis obſequiū. ⁊ coꝛdis ⁊ coꝛpis humilitate pſtratus. impꝛecās excellentiſſimā tue beatitudinis poteſtatē. ut peculiarē famulū quē pio illo ſacre dignationis intuitu ſemp habuiſti ſuſceptum. vſq̧ in finem habere iubeas cōmendatū. Nam ⁊ ego. xps nouit. graui doloꝛe diſcutioꝛ q: emenſo tpe tā pplixo uel nūc veſtrū non mereoꝛ videre conſpectū. ꝫ ſpero in illū qui nō obliuiſcitur miſereri: nec repellit in finem q: exaudiet pꝛecem pauperis. ⁊ veſtro me miſerū repꝛeſentat aſpectui. Suggero ſane ⁊ omnimoda ſupplicatione depoſco. ut librū ethymologiaꝝ quē iam fauente domino audiuim⁹ cōſūmatū. pmiſſionis veſtre memores ſeruo veſtro dirigere iubeatis. q: ut mihi ſum conſcius. magna ibi ex parte ſerui tui poſtulatiōe ſudaſti. Et ideo in me pꝛimū exiſte munificus. ſic in ſanctoꝝ cetibus ⁊ felix habearis ⁊ pꝛim⁹. Geſta etiā ſynodi in qua ſintaurius examinis veſtri igne: ⁊ ſi nō purificatus: īuenit̄ tñ decoctus. queſo ut veſtro īſtinctu a filio veſtro dño rege nobis dirigāt̄ cito. Nā ⁊ noſtra ci⁹ ſic flagitauit gloriam ſuggeſtio. q: multū in concilio p inueſtigan da opus eſt veritate. De cetero creatoꝛis altiſſimi pietatē efflagito ut coꝛonā beatitudinis veſtre p integritate fidei. ⁊ ſtatu eccleſie ſue longo tēpoꝛe pꝛecipiat conſeruare. meq̧ int̄ oblatrantia pꝛeſentis mūdi varia ⁊ innumerabilia diſcrimina munitū reddat tue interceſſionis gratia ac reconditum in gremio memoꝛie tue tutū ab oī tempeſtate peccati oꝛatu veſtro efficiat trinitas ſacratiſſima. Et manu ſua. Ego ſeru⁹ dñi Braulio. Iſidoꝛo in dño. fruar te lucerna ardens ⁊ nō marceſcens.

Iſidoꝛus ad Braulionem.

D Omino meo ⁊ dei ſeruo Braulioni epo Iſidoꝛus. Quia te incolumem cognoui gratias xpo egi: ⁊ vtinā cui⁹ cognoui ſalutē. in hoc coꝛpe aſpicerē ⁊ viſionē. Qd aūt mihi euenit p peccatis meis manifeſtabo. q: nō fui dign⁹ tua plegere eloquia. ſtatim ut accepi pictatium tuū. puer regi⁹ ad me venit. dedi cubiculario meo illud pictatiū: ⁊ cōfeſtim ambulaui ad pꝛincipem ut poſtea plegerē reſcriberēq̧. Reuerſus e palatio regis. nō ſolū ſcripta tua nō inueni. ꝫ etiā quicquid aliud in caſtris fuit periit. ⁊ idcirco ſcit dñs. luxi meritū meū. q: nō plegi eloquiū tuū. ſed rogo ut quecūq̧ occaſio euenerit: reſcribe mihi. Et gratiā verbi tui nō auferas. ut qd ex meo delicto pdidi. iterū gratia tua recipiam. Et manu ſua. Oꝛa p nobis beatiſſime domine.

Braulio ad Iſidoꝛum.

D Omino meo ⁊ vere dño chꝛiſtoq̧ electo Iſidoꝛo epoꝝ ſūmo. Braulio ſeruus inutilis ſanctoꝛū dei. Solet repleri leticia homo interioꝛ ac ſpiritalis. cū inquiſitiōe fungit̄ amantis. Ob id velle meū eſt mi dñe reuerentiſſime. niſi culpaꝝ maceria meaꝝ obſiſtat ⁊ benigne te inquiſitionē meā amplecti. ⁊ querelaꝝ calumniā patient̄ accipere. Utrūq̧ enī ago. ⁊ officiū inquiſitionis pſoluo. ⁊ tibi contra te cauſaꝝ mearū neceſſitates dirigo. qd ut benigniſſime tuo auditui admittas. ī ingreſſu hui⁹ dictationis poꝛtuq̧ pſtratus pero a culmine veſtri apoſtolat⁹. ut q̄q̄ vacillet calūnie obiectio vbi lachꝛymaꝝ eſt interceſſio: cū lachꝛyme nō ſint ſigna calumnie. tñ ſint opto ⁊ lachꝛymabiles calūnie ⁊ calūniabiles lachꝛyme. ꝫ vtrūq̧ p licentioſa amoꝛis pꝛeſūptione nō aūt p arrogantie temeritate. ꝫ iam cauſā exoꝛdiar. Septē niſi falloꝛ annoꝝ ſe tpa gyrant. ex q̄ me memini libꝛos a te cōditos oꝛiginū poſtulaſſe ⁊ vario diuerſoq̧ modo pꝛeſente me fruſtratū eē. ⁊ abſenti nil inde te reſcripſiſſe. ꝫ ſubtili dilatiōe modo necdū eſſe pfectos. modo necdū ſcriptos. modo meas litteras intercediſſe. aliaq̧ multa opponens ad hanc vſq̧ diē puenim⁹. ⁊ ſine petitionis effectu animus pdurat. Ob hoc ⁊ ego vertā pꝛeces in querelā. ut qd ſupplicatione nequiui. uel calūnia laceſcendo valeā adipiſci. Sepe nāq̧ ſolet mendico pꝛodeſſe vociferatio. Quocirca cur queſo te dñe nō tribuas qd rogaris: Unū ſcias. ut nō dimittā quaſi fingēs me nolle negata. Sed querā: ⁊ inſtanter querā. quouſq̧ aut accipiā aut eliciā piiſſimo redemptoꝛe iubēte: Querite ⁊ inuenietis. ⁊ adiiciente: pulſate ⁊ aperietur̄ vobis. Queſiui ⁊ quero. etiā ⁊ pulſo. Unde ⁊ clamito ut aperias. Nā hui⁹ argumēti me conſolat̄ inuētio. q: qui contempſiſti poſtulantē. exaudies foꝛte calumniantē. Hinc ergo ſcientie tue ingero que nec ſtulti iactatione nouit. aliqd ſuggerere inſipiens

pfecto presumo. Nec tñ erubesco imperitus disertissimo loq̄ · aplici memor precepti quo preceperit libent' sufferre insipientē. Quaobrem accipe clamores calūnię. Cur rogo talentoꝝ distributionē ⁊ cibarioꝝ dispensationē tibi creditā hucusq̄ retentas? Jam solue manū · impertire familijs · ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor veniens reposcat a te. Nō minuet' tibi quicq̄d dederis nobis. Memor esto paruis panib' multitudinē saciatā. ⁊ supesse reliq̄as fragmentoꝝ magnitudine panū. An putas donū tibi collatū p te solūmodo esse datū? Et vestrū ē ⁊ nostrū · cōmune est · nō priuatū. Et q̄s dicere uel insan' presumat · ut priuato tuo gaudeas · qui de cōmuni tm̄ inculpabilit' gaudere scias? Nā cū de' tibi economiā sui thesauri ⁊ diuitiaꝝ salutes sapientię ⁊ scientię tenere concesserit · cur larga manu nō effūdis · q̄d dando nō minues? An cū in mēbris supni capitis vnusquisq̄ q̄d nō accepit: sic in altero possideat ut alteri q̄d habet possidēdū sciat · tu forsitan ideo nobis parcus existis: q: q̄d mutue a nobis resumas nō inuenis. Sz si habēti das · ab illo mercedis fructū reportas. Sin vo nō habenti tribuis · precept' euangelicis satisfacis · ut reddat' tibi i retributiōe iustoꝝ. Proinde ⁊ ego remordeo: conscientia · eo q̄ in me cōmunicabile nihil boni sentiam. Quō iubemur p charitatē seruire inuicē. ⁊ vnusquisq̄ quā accepit gratiā in alterutrū illā administrare sic boni dispensatores multiformis grē dei · atq̄ vnicuiq̄ sicut diuisit deus mensuram fidei in vno cōpage mēbroꝝ debeat ea ceteris ptibus cōmunicare · q: hec oīa opat' vnus atq̄ idem sp̄us diuidēs singulis put vult · ℨ ad vnū ac peculiare subsidiū q̄d premisi recurro ad inopportunitatē scilꝫ amicam amicitia destitut' · ac nulla mēbroꝝ honestorum gratia decoratus. Jdcirco audi vocē meam tot interiacentib' terris. Redde redde q̄d debes. Nā seruus · seru' es xp̄i ⁊ xp̄ianoꝝ ut illic sis maior omniū nostrū. ⁊ q: nostri causa tibi collatā prę sentis gratiā · sitientib' animis scietięq̄ famecruciatis impertiri nō dedigneris. Nō sum saltim pes qui ad iniūcta discurrēs possim aluo ecclesię mem broꝝ scilicꝫ iudici obedientię discursu parere. nec principatui capitis ipetranti obseqūedo placere. Quin ⁊ si de inhonestiorib' mēbris me esse sciam sufficiat: q: quę te constat a capite pcepisse p me ē dignū egerere · nec me te nō egere q̄uis minimū: xp̄i tñ sanguine redemptū. Nā nō dicit caput pedibus · nō estis mihi necessarij · quō quę videntur mēbra corpis ifirmiora eē necessariora sūt. ⁊ quę putant' ignobiliora eē corpis membra his honorem abundantiorē circūdam'. ⁊ quę inhonestiora sūt nostra · maiorē honestatē habēt. Sic itaq̄ creator noster ac dispensator: cūcta dispēsat · ut cū in altero alteri dona dīna quę in se nō pcipit possidenda tribuunt' · charitas cumulet'. Deniq̄ tunc bene multiformis gratia dispensat': qñ acceptum donū ⁊ eis qui hoc nō habent credit': qñ ꝑpter eū cui impendit' datū putat'. Hoc apl'i capitulū a nobis i parte premissū · optime nouit prudētia charitatis vestrę · huic regi congruere totū. ⁊ quicq̄d sūmatim tetigi · te pcul dubio nosse meli' latet nullum. Jtaq̄ hoc solū supest q̄d ⁊ magnope pcto · ut prestes postulata. ⁊ si nō p me · saltim p ipsa charitate diuinit' impertita. Pro qua iubemur ⁊ nosse ⁊ prestare oīa. ⁊ sine qua nihil sunt oīa. Sz ⁊ si q̄ supflua · si qua negligent' · si qua min' humilit' aut inutiliter poti' effudi q̄ dixi · cūcta queso benigne suscipias: cuncta ignoscas: cuncta orēs ut deus ignoscat. Ergo ⁊ hoc innotesco · libros etymologiaꝝ q̄s a te dn̄o meo posco. ⁊ si detrūcatos corrososq̄ iam a multis haberi · inde rogo ut eos mihi trāscriptos integros emendatos ⁊ bene coaptatos digneris transmittere · ne rapt' auiditate in puersum cogar vitia p virtutib' ab alijs sumere. Ego aūt opto q̄uis nulli' egeas. ⁊ vltroneę dicat' putere mercedes · ut dignatio vestrę benignitatis imperet nobis in id q̄d ⁊ possum' ⁊ valem' · tantū ut obsequio nostro vtaris · imo charitate quę de' est pfruaris. His igit' explens erāt mihi questiones de sacris diuinisq̄ paginis quaꝝ mihi expositionē cordis vestri lumen aperiret · si tñ ⁊ nobis iubes resplendere ⁊ diuinę legis obscura reserare. Nec si ista quę peto pcepero de illis silebo. ℨ viā reseras capiendę fiducię. Cū in hac prima fronte nō me confodieris stimulis verecundię ⁊ ignauię meę locū dederis venię q̄ quē diligebas qualibet imeritū nō iusseris reprobare: quia ignominiosū valde videt' ac vile si nec dū satiatus qui charitate ab eo quē amabat inuenit' recedere. Obsequio autē meę seruitutis impendo iura salutis. ⁊ queso pietatē sanctissimę vestrę potestatis · ut p me orare digneris: quaten' quottidie fluctuantē animā in malis · tuo intercessu lucreris ⁊ ad portū tranquillitatis eternę pducas · erutam a miserijs ⁊ ab scandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui · q̄si corām positus vultū videre tuę faciei. Jdeō nec verbositatē caui: ⁊ temeritatē forsassis incurri · ℨ aut hoc aut aliud agere debui · tantū ut q̄d noluisti p humilitatē · salte tribuas p tumultuantē improbitatē. Ecce quātā audaciā dedit mihi gratię vestrę beniuolentia. Et ideo si q̄d in hoc displicuerit sibi iputet quę tantū amat · ut timorē tollat. Nā pfecta charitas foris mittit timorē. Speciali q̄q̄ gratia fretus · speciali dn̄o in quo vires sanctę ecclesię consistūt suggero · ut q: eusebius noster metropolitanus discessit · habeas misericordię curā. Et hoc filiolo tuo nostro dn̄o suggeras · ut illum illi loco preficiat · cui' doctrinę sanctitas ceteris sit vite forma. Hūc aūt filiū presentē beatissimę potestati vestrę p oīa cōmendo. ⁊ tā de his quę hic suggessim': q̄ etiā de his quę supra quesiti sumus eloquio vestro p cū illustrari mereamur.

Jsidorus ad Braulionem.

Domino meo ⁊ dei seruo Braulioni epō · Jsidor'. Tuę sanctitat' epistolę me i vrbe

toletana inuenerūt. Nā ꝑmotus fuerā causa cōcilij. Sȝ qͣuis iussio p̄ncipis in itinere positū remeare me āmonuisset·ego tñ q: ꝓpinquior eram p̄sentię ipsiꝰ ꝙ̄ regressioni·malui potiꝰ cursū itineris nō intercludere. Ueni ad p̄sentiā p̄ncipis inueni p̄sentē diaconū tuū·p eū eloquia tua suscipiēs: amplexus sū ⁊ legi. ⁊ de salute tua deo gratias ęgi; desiderio oī desiderās·qͣuis debilis atqȝ fessus·fiduciā tñ habēs p xp̄m in hac vita vidēdi te·q: spes nō cōfundit̃ p charitatē quę diffusa est in cordibꝰ nostris. Codicē etymologiarū cū alijs codicibꝰ·de itinere trāsmisi. ⁊ licȝ iemendatū p̄ę ualitudine tñ tibi modo ad emendandū statuerā offerre si ad destinatū concilij locū puenissem. De cōstituēdo aūt epo taraconensi nō eā quā petisti sensi sententiā regis. ȝ tñ ⁊ ipse adhuc vbi certius cōuertat animū illi manet incertū. Peto aūt ut p meis peccatꝭ apud dn̄m existere digneris intercessor: ut īpetratu tuo deleant̃ delicta mea. ⁊ remittant̃ facinora. Itē manu sua. Ora p nobis beatissime domine ⁊ frater.

Item Isidorus ad Braulionem.

En tibi sicut pollicitꝰ sū misi opꝰ de quarundā rerū origine ex veteris lectiōis recordatione collectū·atqȝ ita in quibusdā locis annotatū sicuti extat cōscriptū stilo maioꝝ.

Incipit liber primus etymologiarū sancti Isidori hispalensis episcopi.

De disciplina ⁊ arte Cap. I.

Disciplina a discendo nomē accepit. Unde ⁊ scīa dici pōt Nā scire dictū est a discere·q: nemo nostrū scit nisi q̄ discit. Alit̃ dicta disciplina·q: discit̃ plena. Ars vͦo dicta est ꝙ artis p̄ceptis regulisqȝ ꝯsistat Alij dicūt a gręcis hoc tractū esse vocabulū ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ·id ē a vͦtute·quā sciētiā vocauerūt. Inter artē ⁊ disciplinā Plato ⁊ Aristoteles hanc differentiā esse voluerūt·dicētes artē esse ī his quę se ⁊ alit̃ habere possūt. disciplina vͦo ē quę de his agit quę alit̃ euenire nō possūt. Nā qñ veris disputationibꝰ aliqͥd disserit̃·disciplina erit·qñ aliqͥd verisile atqȝ opinabile tractat̃·nomē artꝭ habebit.

De septē liberalibus disciplinis Cap. II.

Disciplinę liberaliū artiū septē sūt. Prima grāmatica·id ē loquēdi peritia. Secūda rhetorica quę ꝓpt̄ nitorē ⁊ copiā eloquentię suę maxime ī ciuilibꝰ questionibꝰ necessaria existimatur. Tertia dialectica cognomēto logica: quę disputatiōibꝰ subtilissimis vera secernit a falsis. Quarta arithmetica quę continet numeroꝝ causas ⁊ diuisiones. Quinta musica: quę in carminibꝰ cantibusqȝ consistit. Sexta geometria·quę mensuras terrę dimensionesqȝ cōplectit̃. Septima astronomia: quę continet legem astroꝝ.

De litteris cōmunibus Cap. III.

Primordia grāmaticę artis litterę cōmunes existūt·qs librarij ⁊ calculatores sequūt̃·quaꝝ disciplina velut quędā grāmaticę artis infantia ē·vnde ⁊ eā Uarro litterationē vocat. Litterę aūt sūt indices rerum·signa verboꝝ: quibꝰ tanta vis est·ut nobis dicta absentiū sine voce loquant̃. Uerba enim p oculos nō p aures introducunt̃. Usus lrāꝝ repertus est ꝓpter memoriā rerū. Nā ne obliuione fugiant·litteris alligant̃. In tanta eni rerū varietate nec disci audiendo poterāt oīa·nec memoria cōtineri. Litterę aūt dictę q̄si legiterę·ꝙ iter legentibꝰ p̄stent·uel ꝙ in legēdo iterent̃. Litterę latinę ⁊ gręcę ab hebręis vident̃ exortę. Apud illos eni prius dictū ē Aleph·deinde ex simili enūciatione apud gręcos tractū ē Alpha·inde apud latinos A. Trāslator eni ex simili sono alteriꝰ linguę litterā condidit. ut nosse possimꝰ linguā hebraicā oīuȝ linguaꝝ ac litteraꝝ eē matrē. Sȝ hebręi viginti duobꝰ elemētis litteraꝝ ƀm veteris testamēti libros vtunt̃. Gręci vͦo. xxiiij. Latini int̃ vtrāqȝ linguā progredientes xxiij. elementa habēt. Hebręoꝝ lrās a lege cępisse p moysen. Syroꝝ aūt ⁊ chaldeoꝝ p abrahā. Unde ⁊ cū hebręis ⁊ numero ⁊ sono concordāt; solis characteribꝰ discrepāt. Ęgyptioꝝ lrās isis regina inachis filia·de gręcia veniēs in ęgyptū reperit: ⁊ ęgyptijs tradidit. Apud ęgyptios autem alias habuisse lrās sacerdotes·alias vulgus. Gręcarū lrāꝝ vsū primi phenices inuenerūt·vnde ⁊ Lucanꝰ Phenices primi magni si credit̃ ausi: Mansurā rudibꝰ vocē signare figuris. Hinc est ꝙ ⁊ pheniceo colore libroꝝ capita scribūt̃·q: ab ipsis litterę initiū habuerūt. Cadmus agenoris filius gręcas litteras a phenice in gręciā xvij. primus attulit: α β γ δ ε ζ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ φ. His palamedes troiano bello tres adiecit η χ ω. Post quē simonides similit̃ tres alias adiecit ξ θ ψ. Y litterā pythagoras samiꝰ ad exēplū vitę humanę primus formauit. Cuiꝰ virgula subterior p̄mā ętatē significat·incerta quippe ⁊ quę adhuc se nec vitijs nec virtutibꝰ dedit. Biuiū aūt qd̄ superest ab adolescentia incipit·cuiꝰ dextra pars ardua est·sed ad beatā vitā tendens. sinistra facilior·ȝ ad labē interitūqȝ deducēs. De q̄ sic Persiꝰ ait: Et tibi quę samios diduxit lrā ramos Surgētē dextro mōstrauit limite callē. Quinqȝ aūt esse apud gręcos mysticas litteras. Prima. Y. quę humanam vitā significat de q̄ nūc diximꝰ. Secunda theta. θ. quę mortē significat. Nā iudices eandē litterā thetā apponebāt ad hoꝝ noīa quos supplicio afficiebāt ⁊ dicit̃ theta ἀπὸ τοῦ θανάτου ·id est a morte Unī ⁊ habet p mediū telū id ē mortis signū. de q̄ qͥdā sic ait. O multū ante alias infęlix lrā theta Tertia thau. T. figuram demonstrās dn̄icę crucis. Unde ⁊ hebraice signū interp̄tat̃·de q̄ dictū ē i ezechiele·angelo: Transi p mediā irl̄m ⁊ signa thau in fronte viroꝝ gementiū ⁊ dolentiū. Reliquas vͦo duas sūmā ⁊ vltimā sibi vendicat xp̄s.

Ipse ē enī principiū ⁊ finis dicēs: Ego sū alpha ⁊ ω. Cōcurrētibꝰ enī i se inicē α ad ω vsq3 deuoluit ⁊ rursus ω ad α replicat᷑ ut ostenderet i se dn̄s ⁊ initij decursum ad finē. ⁊ finis decursū ad initiū. Oēs aūt litterę apud gręcos ⁊ v̄ba cōpōuūt ⁊ numeros faciūt. Nā alpha α lrā apud eos vocat᷑ in numeris vnū. Ubi aūt scribūt beta β vocat᷑ duo vbi scribūt gāma Γ vocat᷑ in numeris ipsoꝝ tria. vbi scribūt delta Δ vocat᷑ quattuor. ⁊ sic oēs lrę apud eos numeros habent. Latini aūt numeros ad lrās nō computāt. ſ; sola v̄ba componūt. exceptis aliquibꝰ quę numeros figura demonstrant. ut i ꝓ vno. c ꝓ centū. d ꝓ quingētis. l ꝓ quinquaginta. m ꝓ mille. v ꝓ quinq3. ⁊ x ꝓ decē. lrā quę ⁊ in figura crucē significat: ⁊ in numero decem demonstrat. Latinas lrās carmētis nympha prima italis tradidit. Carmētis aūt dicta q: carminibꝰ futura canebat. Cęterū ꝓprie vocata nicostrata. Litterę aūt aut sūt cōmunes aut liberales. Communes dictę q: multi eis vtuntur in cōmune. ut scribere ⁊ legere. liberales q: eas tm̄ illi nouerūt qui libros cōscribunt. recteq3 loquendi dictādiq3 rationē nouerūt. Litteraꝝ duplex modus est. Diuidunt᷑ enī principalit᷑ in duas ptes: in vocales ⁊ cōsonantes. Uocales sūt quę directo hiatu fanciū sine vlla collisione varie emittunt᷑. ⁊ dictę vocales ꝙ ꝑ se vocē impleāt. ⁊ ꝑ se syllabā faciāt. nulla adherente consonāte. Consonātes sunt quę diuerso motu linguę uel impressiōe labioꝝ efficiunt᷑. ⁊ vocatę cōsonantes. q: ꝑ se nō sonāt. ſ; iūctis vocalibus consonāt. Hę in duabꝰ partibꝰ diuidunt᷑: i semi vocalibꝰ ⁊ in mutis. Semiuocales dictę eo ꝙ q̇ddā semisonū de vocalibꝰ habeant. Ab e quippe vocali incipiunt ⁊ desinūt in naturalē sonū. ut f. l m. Mutę aūt dictę q: nisi subiectis sibi vocalibꝰ nequaꝙ erumpūt. Si enī eis extremū vocalis detraxeris sonū. inclusū litterę murmur sonabit. ut b c d. Uocales āt ⁊ semiuocales ⁊ mutę. a veteribus sonę ⁊ semisonę ⁊ insonę dictę sūt. Inter vocales aūt i ⁊ v apud grāmaticos varias habēt significationes. Nā modo vocales sūt. modo semi uocales. modo medię sūt. Uocales ideo sūt. q: solę positę syllabas faciūt ⁊ alijs consonantibꝰ cōiungunt᷑. Consonātes ideo habent᷑. q: interdū habēt post se vocales i eisdē syllabis cōstitutas. ut iuno vates. ⁊ habent᷑ ꝓ consonantibꝰ. Medię aūt idcirco dicūt᷑. qm̄ naturalit᷑ solę mediū sonū habēt. ut illiꝰ vnius. Coniūctę alijs pinguius sonant. ut ianus vanus. Solę enī positę alit᷑ sonāt. alit᷑ iunctę. I v̄o ꝓpterea interdū duplex dicitur. q: quotienscūq3 in metro int᷑ duas vocales inuenit᷑. pro duabꝰ consonantibꝰ habet᷑. ut troia. Geminat᷑ enī ibi sonus eiꝰ. U q3 lrā ꝓinde interdū est nihil. q: alicubi nec vocalis. nec consonās ē. ut quis. Uocalis enī nō est q: i sequit᷑: consonans nō est. q: q precedit. ideoq3 qm̄ nec vocalis nec consonans est. sine dubio nihil ē. Eadē ⁊ digāmon a gręcis vocat᷑ qm̄ sibimet alijsq3 vocalibꝰ iungit᷑. quę ideo digāmon dicit᷑. q: duplex est instar f litterę quę duplex gāma habet. ad cuiꝰ similitudinē coniūctas vocales digāmon appellari grāmatici voluerunt. ut votū virgo. Int᷑ semiuocales aūt quędā liq̇dę dicunt᷑ ꝓpterea. q: interdū in vna syllaba postpositę alijs consonantibꝰ deficiūt ⁊ a metro excludūt᷑ ex quibꝰ duę apud latinos liquescunt. l ⁊ r. ut fragor ⁊ flatus. reliquę. m ⁊ n. apud gręcos liquescūt ut mnestheus. Decē ⁊ septē āt latinis litteris vetꝰ scriptura cōstabat. Unde ⁊ latinę noiant᷑. illa ratione scilic3 ꝙ ab e vocali incipiūt ⁊ in mutū sonū desinūt. ut sūt semiuocales. uel ꝙ a suo sono incipiūt ⁊ in vocalē e desinūt. ut sūt mutę. Fuerūt aūt in principio. xvij. id est a b c d e f g i l m n o p r s t ⁊ v. H autem littera pro sola aspiratione adiecta est postea. Unde ⁊ a plerisq3 aspiratio putat᷑ esse. nō lrā. quę ꝓinde aspirationis nota dicit᷑. q: vocē eleuat. Aspiratio enī ē sonus vberiꝰ eleuatꝰ cui contraria ē prosodia. sonus ęqualit᷑ flexus. K litteram Saluiꝰ ludi magister postea latinis adiecit. ut in sono discrimen faceret duaꝝ litteraꝝ c ⁊ q. quę ideo suꝑuacua dicit᷑. q: exceptis kalendis suꝑflua iudicat᷑. ꝑ c enim vniuersa exprimimus. Q litterā nec greci resonāt nec hebręi. exceptis enim latinis hāc nulla alia lingua habet. hęc prius nō erat. vnde ⁊ ipsa suꝑuacua est vocata. q: ꝑ c cūcta veteres scripserunt. X littera vsq3 ad augusti tpa nōdū apud latinos erat. ſ; ꝓ ea c et s scribebant. vnde ⁊ duplex vocat᷑. q: ꝓ c et s ponit᷑. vnde ⁊ ex eisdē litteris compositū nomen habet. A grecis duas lrās mutuauit latinitas y et z ꝓpt᷑ nomina scilic3 gręca. ⁊ hę apud romanos vsq3 ad augusti tempus nō scribebant᷑. ſ; ꝓ z duo s ponebāt. ut hilarissat. ꝓ y v̄o i scribebant. Unicuiq3 aūt litterę tria accidūt: nomen. quō vocet᷑. figura. quo charactere signet᷑. potestas. quę vocalis. quę cōsonās habeat᷑. Potestatē natura dedit. volūtas ordinē. A quibusdā ⁊ ordo adijcit᷑. id ē. quę pręcedat. quę sequat᷑. ut a prior sit: sequēs b. A aūt in omnibus gētibꝰ ideo ṗor ē lrāꝝ ꝓ eo ꝙ ipsa prior nascētibꝰ vocē aꝑiat. Noia aūt litteraꝝ gētes ex sono ꝓprię linguę dederūt notatis oris sonis. atq3 discretis. Nā postꝙ eas aiaduerterūt. ⁊ noia illis ⁊ figuras imposuerūt. Figuras autē partim ex placito. partim ex sono litteraꝝ formauerūt: utputa. l ⁊ o. quaꝝ vnius sicē exilis sonus ē. ita tenuis virgula. alterius pinguius sonus. sicut ⁊ plena figura. Inter figuras lrāꝝ ⁊ apices veteres distinxerūt. Apicē autē dictū ꝓ eo ꝙ longe sit a pedibus ſ; in cacumine litterarū apponit᷑. Est enī linea iacens suꝑ litteram equaliter ducta.

De grāmatica Cap. IIII.

Grāmatica ē scia recte loquēdi scribēdiq3 ratio. origo ⁊ fundamentū liberaliū artiū. Hęc i disciplinis pꝰ lrās cōmunes iuenta ē. ut iā qui didicerūt lrās. ꝑ eā recte loquēdi rationē sciāt. Grāmatica āt a litteris nomē accepit. Grāmata enim gręci lrās vocant. Ars v̄o dicta

est q artis preceptis regulisq cōsistat. Alij dicūt a grecis hoc tractū esse vocabulū. apo tes aretes. id est a virtute: quā scientiā vocauerunt. Oratio dicta est: qsi oris ratio. Nā orare est loqui et dicere. Est aūt oratio contextus verboꝝ cū sensu. Contextus aūt sine sensu nō est oratio. q: nō ē oris ratio. Oratio aūt plena ē sensu voce et lrā. Diuisiones āt grāmatice artis a quibusdā. xxx. dinumerant. id est ptes orationis. viij. vox articulata. lrā syllaba. pedes. accentus. positure. note. orthographia. analogia. etymologia. glose. differentie. barbarismi. solocecismi. vitia. metaplasmi. schemata. tropi. prosa. metra. fabule. historie.

De partibus orationis Cap. v.

Partes orationis primus aristoteles duas tradidit: nomē et verbū. deinde donatus octo definiuit. sed oēs ad illa duo principalia reuertunt. id ē ad nomē et verbū: que significant psonā et actū. Relique appendices sūt: et ex his originē trahunt. Nā pnomen ex noie nascit cuius officio fungit. ut orator ille. Aduerbiū de nomine nascit. ut doctus docte. Participiū de nomine et vbo. ut lego legēs. Coniunctio vo et prepositio uel interiectio i cōplexu istaꝝ cadūt. Ideo et nōnulli quinq ptes definierūt. q: iste supflue sunt.

De nomine Cap. vi.

Nomen dictū quasi notamē q nobis vocabulo suo res notas efficiat. Nisi enim nomen scieris cognitio reꝝ pit. Propria noīa dicta sūt. q: specialia sūt. Unius eni tm psonā significant. Species ꝓprioꝝ nominū qttuor sunt prenomen. nomen. cognomen. agnomen. Prenomen dictū eo q nomini preponit. ut lutius quintus. Nomen vocatū q: notat genus. ut cornelius. Cornelij eni oēs i eo genere dicebant. Cognomē q: nomini coniungit ut scipio. Agnomē vo quasi accedens nomini. ut metellus creticus q: cretā subegit. Extrinsecus eni venit agnomen ab aliq ratione. Cognomentū aūt vulgo dictū eo q nomini cognitionis causa supadijciat siue q cū noie ē. Appellatiua noīa inde vocant: q: cōmunia sūt. et multoꝝ significatiōe consistūt. Hec in. xxviij. species diuidunt. ex quibus corpalia dicta: q: uel videt uel tangunt. ut celū. terra. Incorpalia q: carent corpe. vnde nec videri nec tangi possunt. ut veritas iusticia. Generalia q̄s q: multarū reꝝ sūt. ut aīal. Nā et homo et equus et auis aīalia sūt. Specialia: q: partem demonstrāt ut homo. Species eni animaliū homo. Principalia q: primā positionē habent. nec aliūde nascunt. ut mons fons. Deriuatiua eo q ex alio noie deducunt. ut a mōte montanus. Diminutiua q: minuunt sensū. ut greculus scholasticulus a scholastico. Sono diminutiua q: sic sonāt sicut diminutiua. sed intellectu pncipalia sunt. ut tabula fabula. Tota greca: q: ex toto grece declinant. ut calisto calypso. Sic eni grecus et latinus dicit. Tota latina q: ex toto i latinū vertunt. grecus dicit odysseus. latinus vlyxes. Media dicta q: ex pte greca sūt: ex parte latina. Eadē et notha q: corrūpūt vltimas syllabas: manentibus priorib9. ut apud grecos alexādros. apud latinos vo alexāder menander. Dicta aūt notha queadmodū nothus dicit quisqs de dispari genere nascit. Synonyma. hoc ē plurinomia. eo q sit in pluribus nominibus significatio vna. ut terra. humus. tellus. idē eni sūt oīa. Omonyma. h est vninomia: eo q sit in vno noie significatio plurima. ut tumulus nūc mons breuis est: nūc tumēs tellus: nūc sepulchrū. Est eni in vno noie significatio diuersa. Relatiua dicta. eo q ad aliā referant psonā. ut magister. dñs. pater. Illa aūt que dicūt ad aliqd aliter se habentia a contraria significatione dicta sūt. ut dexter. Dici eni dexter non pōt nisi sinister fuerit. Porro qualitatis noīa ex eo dicta q: p ea qualisqs sit ostendit. ut sapiens. formosus. diues. Quātitatis: q: a mensura trahunt ut longus. breuis. Patronymica dicūt eo q trahunt a patribus. ut tirides tidei filius. eneius. enee filius. qūis et a maioribus et matribus ducantur Ctetica id est possessiua a possessiōe. ut euandrius ensis. Epitheta que latine adiectiua uel superposita appellantur. eo q ad implendam sui significationē nominibus adijciant. ut magnus doctus Adijcis ea psonis ut magnus phus. doctus homo. et plenus est sensus. Actualia ab actu descendunt. ut dux. rex. cursor. nutrix. orator. Gentes a gente veniūt. ut grecus. romanus. Patrie a patria descendūt. ut atheniensis. thebanus. Loci a loco. ut suburbanus. Uerbalia dicunt: q: de vbo nascunt. ut lector. Participialia: que sic sonāt sicut participia. ut clemens. prudēs. Uerbi similia a verbi similitudine dicta ut contēplator. Nam et verbū est impatiui modi futuri temporis. et nomē q: comparationem recipit. Hec oēs species a nominū appellatione descendūt. Secunda pars noīs comparatio. Compatio dicta: q: ex alterius comparatione alterū prefert. Cuius gradus tres sūt: positiuus. compatiuus et suplatiuus. Positiuus dictus. q: primus ponit in compationis gradu. ut doctus. Compatiuus ab eo q comparatus positiuo prefert illi. ut doctior. plus enim doctior nouit q̄ doctus. Suplatiuus eo q compatiuo superferat ut doctissimus. plus eni nouit q̄ doctior. Genera dicta sūt eo q generent. ut masculinū et femininū. Cetera nō sunt genera. sed hoc nominū ratio et auctoritas voluit. Neutrū dictū. quia nec hoc est nec illud. id est nec masculinū nec femininū. Cōmune dictū qd duobus generibus nominū cōmunicat. ut hic et hec canis. Cui contrariū est epicenon. q: vtrūqs sexum sub vno genere enūciat. ut hic piscis. Est eni incerti generis. qd nec natura. nec oculis discernitur sed sensus tm peritia. Omne genus dictū. q: cūctis generibus seruit. masculino et feminino et neutro cōmune et oī. Numerus dicit q: p eū uel singularia uel pluralia noīa ostendunt. Figura q: uel simplicia uel

cõposita sũt. Casus a cadẽdo dicti.p eos eñ inflexa noĩa variãt̃ ⁊ cadũt. Noĩatiu⁹ casus dict⁹ q: p eundẽ aliq̃d noĩamus ut hic mg̃r. Genitiu⁹ q: p eũ gen⁹ cuiuscũq; q̃rim⁹ ut hui⁹ magistri filius.uel q: rem significam⁹ huius magistri. Datiuus q: p eũ nos dare alicui demonstramus.ut da huic magistro. Accusatiu⁹ q: p eũ aliquẽ accusamus.ut accuso hũc magistrũ. Uocatiu⁹ q: p eũ aliquẽ vocam⁹.ut o magister. Ablatiu⁹ q: p eũ nos auferre aliq̃d cuiq; significam⁹.ut auferã a magistro. Hexaptota noĩa dicta q: p sex casus varietates habẽt.ut est vn⁹. Pentaptota q: tm̃ in q̃nq; casib⁹ variant̃.ut doct⁹. Tetraptota q: tm̃ ĩ quatuor casib⁹ declinant̃.ut latus. Triptota q: tm̃ in trib⁹.ut templũ. Diptota q: tm̃ ĩ duob⁹ ut iupiter. Monoptota q: vno tm̃ casu vtunt̃.ut frugi.

De pronomine Cap. VII.

PRonomẽ dictũ: q: p vice noĩs ponit̃.ne fastidiũ faciat nomen ipsũ dũ iterat̃. Nã cũ dicim⁹ Uirgili⁹ scripsit bucolica.addim⁹ pnomen.ipse scripsit ⁊ georgica.sicq; varietas significatiõis ⁊ fastidiũ tollit.⁊ ornatũ inducit. Pronoĩa ãt aut finita sũt aut infinita. Finita pnoĩa dicta.eo q: definiũt certã psonam.ut ego. me eñ statim intelligis. Infinita dicunt̃ quia nõ sũt certę psonę. De absentib⁹ eñ dicunt̃ ⁊ incertis. ut quis.quę.qd. Min⁹ q̃ finita appellãt̃.q: cõmemorationẽ faciũt notę psonę.ut ipse.iste. Certũ ẽ eñ de quo dicit̃. Possessiua vocant̃.eo q: nos aliq̃d possidere ostẽdũt. Nã cũ dico meus tu⁹.definio aliq̃d meũ esse uel tuũ. Relatiua dicũt̃.q: ad interrogationẽ referunt̃.ut qs est: respondet̃ is ẽ Demonstratiua.eo q: habẽt demõstratiõis significationẽ. Aliquẽ eñ pñtẽ his demonstram⁹. ut hic hęc hoc. Quę tria ⁊ articuli noĩant̃. Articuli aũt dicti q: noĩbus artant̃.id est colligant̃.cũ dicim⁹ hic orator. Inter articulũ autẽ ⁊ pnomen hoc interest.q: articul⁹ tũc est q̃n nomini iũgit̃.ut hic sapiẽs.cũ vo nõ coniũgit̃.demõstratiuũ pronomen est.ut hic ⁊ hęc ⁊ hoc. Oĩa aũt pnoĩa aut pmogenia sũt.aut deductiua. Primogenia dicta sũt q: aliũde originẽ nõ trahũt. Hęc.xxj.sũt. Finita tria: ego tu ille. Infinita septẽ: qs.q̃lis.talis.quant⁹.tant⁹ quotus.totus. Minus q̃ finita sex: iste.ipse.hic.is.idem.sui. Possessiua quinq;: meus tuus.suus.noster ⁊ vester. Reliqua autem deductiua dicunt̃.q: ex illis deducta atq; cõposita existũt ut quispiam aliquis.⁊ reliqua.

De verbo Cap. VIII.

Verbũ dictum.eo q: verberato aere sonat uel q: hęc pars frequent̃ in oratione versat̃. Sũt aũt verba mentis signa quibus hoĩes cogitatiões suas ĩuicẽ loquẽdo demonstrãt Sicut aũt nomẽ significat psonã.ita verbũ factũ dictũq; psonę. In psona verbi agẽtis ⁊ patientis significatio ẽ. Nã scribo.psonę factũ ẽ. Itẽ scribor.psonę factũ indicat ꝗ ei⁹ a q̃ patit̃. Uerbor̃ genera duo sũt: grãmaticor̃ atq; rhetor̃. Grammaticor̃ in tria cadunt tpa: pteritũ.instans.⁊ futur̃.ut fecit.facit.faciet. Rhetor̃ aũt vniuersa oratio verba dicunt̃.veluti vbis bonis nos cepit verba bona habuit. Ubi nõ tm̃ verba quę ĩ tria cadũt tpa.ꝗ vniuersa oratio est. Uerbor̃ species sũt: formę.modi.cõiugationes ⁊ genera. Formę verborũ inde dictę.eo q: nos ad vnãquãq; rẽ informẽt.p has eñ ostendim⁹ q̃d agam⁹. Perfecta forma dicit̃ a pficiẽdo ut lego.tũc eñ dicẽdũ ẽ q̃n ĩ pñti tpe legim⁹. Meditatiua dicta sũt a meditãtis sensu.ut lecturio.id ẽ legere meditor. Inchoatiua p⁹ meditationẽ ab inchoantis indicio ut calesco. Frequẽtatiua a sepi⁹ agẽdo.ut lectito. clamito. Formę eñ sensũ tenent: modi declinationẽ. Nã nescis q̃d sit declinatio: nisi pri⁹ didiceris q̃d sit sens⁹. Modi dicti ab eo queadmodum sint in suis significationib⁹. Indicatiu⁹ eñ modus dicit̃ q: significationẽ indicãtis habet.ut lego. Impatiuus q: sonũ habet impandi ut lege. Optatiu⁹ q: p ipsũ optam⁹ aliq̃d agere ut vtinã legerẽ. Cõiunctiu⁹ q: ei cõiungit̃ aliq̃d.ut locutio plena sit. Nã q̃n dicis.cũ clamem: pendet sensus Qz si dicã cũ clamẽ quare putas q: taceã: plen⁹ est sensus. Infinitiu⁹ dicit̃ eo q: tpa definiẽs psonam verbi nõ definit.ut clamare.clamasse. Cui si adiũgas psonã.clamare debeo debes debet.fit quasi finitũ. Impsonalis dicit̃ q: indiget psona noĩs uł pnoĩs.ut legit̃.addis psonã a me a te ab illo.⁊ plene sentit̃. Sz infinitiu⁹ mod⁹ psona tm̃ vbi eget. Impersonalis vo uel pnominis psona uel noĩs.

Cõiugatio dicit̃ eo q: per eã ad vnũ sonũ multa coniungũt̃. Docet eñ in quã syllabã exeat futurũ temp⁹.ne per imperitiã qs dicat legebo p legã Har̃ prima ⁊ secũda mittũt futurũ temp⁹ in bo ⁊ in bor.tertia in am ⁊ in ar. Genera verborum ideo dicta q: gignũt.nã actiuo adiicis r ⁊ gignit passiuũ.rursum passiuo adimis r ⁊ parit actiuũ. Ipsa aũt actiua dicunt̃.q: agũt ut vbero.⁊ passiua q: patiunt̃.ut verberor. Neutralia q: nec agũt nec patiũt̃.ut iaceo sedeo. His si r litterã adiicis nõ sonãt latina. Cõmunia aũt dicunt̃ q: ⁊ agunt ⁊ patiũt̃.ut amplector. Hęc similit̃ deposita r littera latina nõ sũt. Deponẽtia vo dicuntur.q: deponũt futuri tpis pticipiũ a significatione passiua quod exit in dus ut gloriandus.

De aduerbio Cap. IX.

ADuerbiũ dictũ ẽ eo q: verbis accedat ut puta bene legi. Bene aduẽbiũ ẽ.legi verbũ. Inde ꝗ dictũ aduerbiũ q: semp vbo iunctũ adimpleat̃. Uerbũ eñ solũ sensum implet ut scribo. Aduerbiũ aũt sine verbo nõ habet significationẽ plenã.ut hodie. Adiicis illi verbum hodie scribo.⁊ iuncto verbo implesti sensum.

De participio Cap. X.

PArticipiũ dictũ q: noĩs ⁊ verbi partes capiat q̃si pticapiũ. A noĩe eñ vendicat sibi genera ⁊ casus.a verbo tẽpora ⁊ significationes.ab vtroq; numerũ ⁊ figuram.

De coniūctione Cap. xi.

C Onivnctio dicta eo q̄ sensus sentētiasq̄ coniūgat. Hec enī p se nihil valet: sed i copulatione sermonū q̄si quoddā exhibet glutinū. aut enī noīa sociat. ut Augustin⁹ et hieronymus. aut verba. ut scribit et legit. Una aūt vis oiuʒ siue copulēt siue disiūgant. Copulatiue autē coniūctiones dicte. eo q̄ sensū uel psonas coniungant. ut ego et tu eamus ad forū. ipsū et sensū coniunxit. Disiūctiue dicte q: disiungūt res et psonas. ut ego aut tu faciam⁹. Subiūctiue dicunt̄ q: subiungunt̄ ut q̄ʒ. Dicim⁹ enī regiq̄ʒ hominiq̄ʒ deoq̄ʒ: nō dicim⁹ q̄ʒregi q̄ʒhomini q̄ʒdeo. Expletiue dicte q: explent ppositā rem. ut puta si hoc non vis saltē illud fac. Cōmunes noiant̄ q: vbi vis preponunt̄ et subiūgunt̄. ut igit̄ h̄ faciā. hoc igit̄ faciā. Causales dicunt̄ a causa. eo q̄ aliquid cogitēt facere. ut puta occido illū q: habet auꝝ. Rationales dicunt̄ a ratione qua quisq̄ʒ vtit̄ in faciendo. ut quō eum occidā ne agnoscar: veneno an ferro?

De prepositione Cap. xii.

P Repositio dicta q̄ nominib⁹ preponat̄ et verbis. Accusatiue aūt et ablatiue prepositiones a casib⁹ quib⁹ seruiūt dicte. Loquelares vero q: loquelis id est verbis semp cohe rent. nec aliqd valēt sole posite. ut di. dis. Cōiuncte vo verbis figurā faciūt. ut diduco distrabo.

De interiectione Cap. xiii.

I Nteriectio est vocata. q: sermonib⁹ interiecta id est interposita affectū cōmoti animi exprimit: sicut cū dicit̄ ab exultāte va: a dolente heu: ab irascente he. a timente hei. Que voces quarūcūq̄ʒ linguaꝝ pprie sunt. nec in aliam linguā facile transferuntur.

De voce Cap. xiiii.

V Ox est aer ictus sensibilis auditu: quantum in ipso est. Ois vox aut articulata est aut cōfusa. Articulata est hoīuʒ. confusa animaliū. Articulata est que scribi pōt. confusa que scribi nō potest.

De syllaba Cap. xv.

S Yllaba grece. latine cōceptio siue cōplexio dicit̄. Nā syllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν. id ē a conceptiōe litteraꝝ. συλλαμβάνειν enī dicit̄ concipere. Unde vere illa ē syllaba que ex plurib⁹ nascit̄ litteris. Nā vnā vocalē p syllaba abusiue nō pprie dicim⁹ que nō tam syllaba diceda est: q̄ ratio temporū. Syllabe aūt aut breues sūt aut longe aut cōmunes. Breues vocate q: nūq̄ pduci possūt. Longe q: semp pducūt̄. et nūq̄ corripi possūt. Cōmunes aūt q: p scribētis arbitrio cum necessitas cogit et producunt̄ et corripiunt̄. Lege donatū. Ideo autē syllabe longe breuesq̄ʒ dicunt̄. q: p varias vocum moras aut dupla aut simpla spacia tpis habē vident̄. Diphthonge syllabe greco noīe dicte. q̄ in eis bine vocales iungant̄. Ex his apud nos veras esse scim⁹ q̄ttuor: ae. oe. au. eu. Ei vo apud maiores tm̄ celebrata fuit. Syllaba aūt apud metricos ideo semipes noīat̄ q̄ sit dimidius pes. Nā pes duab⁹ constat syllabis. Cū ḡ syllaba vna est. q̄si dimidi⁹ pes est. Dionysius linti⁹ syllabaꝝ omniū singulas formas aptissimas fecit. et ob id statua honoratus est.

De pedibus Cap. xvi.

P Edes sūt qui certis syllabaꝝ tpibus insistūt nec a legitimo spacio vnq̄ recedūt. Pedes dicti eo q̄ p ipsos metra ambulēt. Nā sicut nos pedib⁹ incedim⁹. ita metra q̄si pedibus gradiūt̄. Pedes aūt oēs. c. xxiiii. sūt. dissyllabi q̄ttuor. trisyllabi octo. tetrasyllabi. xvi. pentasyllabi. xxxii. hexasyllabi. lxiiii. Usq̄ʒ ad quattuor autem syllabas pedes dicunt̄. reliqui sizigie vocant̄. Ipsi aūt pedes habēt speciales causas nominū quare ita vocent̄. Pirrichius dict⁹ est q: hic assidue uel in certamine uel in ludo puerili sepius frequentabat̄. Spondeus dicit̄. q: tractim sonat. Nā spondeus tract⁹ quidā dicit̄. id ē son⁹ q̄ fundebat̄ circa aures sacrificantiū. Unde et hi qui tibijs canebāt in sacris gentiliū spondiales nominabant̄. Trocheus vo ab eo dict⁹ est q̄ celebrem cōuersionē faciat cantilene. et q̄si rota velocit̄ currat i metris. Trochos enī grece rota dicit̄. Iambus dict⁹ ē q̄ð ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν greci detrahere dixerūt. Huiusmodi enī carmine oēs inuectiones uel detractiōes implere poete sūt soliti. Dictū āt nomē ab eo q̄ veluti venenū quodāmodo maledicti aut liuoris infūdat. Tribrachus q̄ et chorus appellat̄ dict⁹ q: sit ex trib⁹ breuib⁹. Molosus dictus a saltatioe molosoꝝ quā exercuerūt armati. Anapestus grece dicit̄ repcussus. Greci enī anapestin repcussionē dicūt. Qui ideo dicit̄ repcussus eo q̄ repcutiat̄ a dactylo. Est enī illi contrari⁹. Dactyl⁹ a digito dict⁹ q̄ a longiore nodo inchoans i duas desinat breues. Sic et iste pes iūcturā vnā habet longā et duas breues. Unde et man⁹ expansa palma dicit̄. et pendētes digiti dactyli. Amphibracus q̄ in vtraq̄ʒ pte breuē habeat. longā i medio iteriacēte. Brachis enī breuis dicit̄. Amphimacrus. q̄ due hinc et inde longe habeant in medio inclusā breuē. Macros enī grece long⁹ dicit̄. Bachius appellat⁹ ē. eo q̄ isto pede bachia id ē libe ri sacra celebrabāt. Antibachi⁹ uel palimbachi⁹ dict⁹ q: tract⁹ a bachio ē. Proceleusmaticus. eo q̄ sit ad celeuma canentiū apt⁹. Dispondeꝰ aūt et ditrocheus et diiambus dicti q̄ geminis constent iambis spondeis uel trocheis. Antispastus q̄ sit ex ptrarijs syllabis. ex breui scilicet et longa ex longa et breui. Coriamb⁹ vo q: ex hoc pede cōpositū carmē choris aptissimū sit. Ionici sane pter numeroꝝ inequalē sonū dicti. habēt enī binas longas syllabas binasq̄ʒ correptas. Peones dicti ab inuētore. Constant ipsi ex vna longa et trib⁹ breuibus: que longa iuxta noīa eoꝝ variatim est cōstituta. Epitriti vocati q̄ semp tres longas habeant syllabas et vnā breuem. Sizigie autē sunt

pentasyllabi ⁊ hexasyllabi pedes·dicti apud grę/
cos sicigię quasi quędā declinationes. Sꝫ hi non
sūt pedes ꝫ appellant̄ pentasyllabi ⁊ hexasyllabi
q: vltra quinqꝫ ⁊ sex syllabas nō ꝓcedūt·vnde nō
oportet in carmine has syllabas quālibet excedere
nomen·ut carthaginensiū·hierosolymitanorū.⁊
constantinopolitanorū. Accidunt vnicuiqꝫ pedi
arsis ⁊ thesis·id est eleuatio ⁊ depositio vocis.
Neqꝫ eni iter vocis pedes dirigere poterunt·nisi
alterna vice leuent̄ ⁊ deponāt̄·ut arma·ar eleua/
tio ē·ma depositio. In his duob⁹ ꝑ diuisionē pe/
des legitimi colligunt̄: ut duo ad duo. Ęqua di/
uisio ē quotiēs arsis ⁊ thesis ęquali tēporū diui/
sione cędunt̄·ut q̄ttuor ad duo. Dupla quotiēs ex
his vnū alterū duplo vincit. Sescupla vo ē quo/
tiens vnū alterū sescuplo supat·dimidietate nu/
meri·ut tria ad duo. In simpla eni ei⁹ parte vnū
plus inuenit̄·in dupla vno min⁹ habet̄. Sescuplū
eni dimidiū dupli dicit̄. Triplū ē qn̄ maior ps ter
cōtinet totū min⁹·id ē tria ⁊ vnū. Epitritū ē qn̄
min⁹ continet̄ a maiore.⁊ ei⁹ tertia pars. Cędunt̄
vo pedū mēbra vel ꝑ ęqualitatē uel ꝑ duplū uel ꝑ
sescuplum uel ꝑ triplum uel ꝑ epitritū. Partimur
ergo in ęqua hos pedes. Pirrichiū·vi·vi·ut fu/
ga.ęqua. Spondeum·–ii·–ii·ut ęstas·ęqua.
Dactylū·–ii·vi·vi·ut męnalus.ęqua. Ana/
pestum.vi.vi·–ii·ut erato.ęqua. Dispondeum
–ii·–ii·–ii·–ii·ut oratores.ęqua. Proceleus/
maticū·vi·vi·vi·vi·ut auicula. Diiambum·vi.
–ii·vi·–ii·ut ꝓpinquitas.ęqua. Ditrocheum
–ii·vi·–ii·vi·ut cantilena.ęq. Antispastum
vi·–ii·–ii·vi·ut saloninus.ęqua. Coriambū
–ii·vi·vi·–ii·ut armipotens.ęqua. Item in
dupla partimur hos pedes. Trocheū·–ii·vi·
ut meta.dupla. Iambū·vi·–ii·ut parens.du/
pla. Molosū·–ii·–ii·–ii·ut ęneas.dupla.
Tribrachū·vi·vi·vi·ut macula.dupla. Io/
nicū maiorē·–ii·–ii·vi·vi·ut iunonius.dupla.
Ionicū minorē·vi·vi·–ii·–ii·ut diomedes·
dupla. Vn⁹ vo tm̄ est qui tripla partitione di/
uidit̄: quę est maxima: atqꝫ ideo minime metris
adest. Amphibrach⁹·vi·–ii·vi·ut carina.tri/
plex. Sescupli aūt hi sūt. Amphimacr⁹·–
ii·vi·–ii·ut insulę.sescuplū. Bachi⁹·vi·–ii·
–ii·ut achates.sescuplū. Antibachi⁹·–ii·–
·ii·vi·ut natura.sescuplū. Pęon prim⁹·–ii·vi·
vi·vi·ut legitim⁹.sescuplū. Pęon secūdus·vi·
–ii·vi·vi·ut colonia.sescuplū. Pęon tertius
vi·vi·–ii·vi·ut menedemus.sescuplum. Pęon
quartus·vi·vi·vi·–ii·ut celeritas.sescuplum.
Restant quos epitrita partitione diuidimus.
Epitritus prim⁹·vi·–ii·–ii·–ii·ut sacerdotes
epit. Epitritus secundus·–ii·vi·–ii·–ii·ut
conditores.epit. Epitrit⁹ tertius·–ii·–ii·vi·
–ii·ut demosthenes.epit. Epitritus quart⁹
–ii·–ii·–ii·vi·ut fescennin⁹.epit. Sūt igit̄ hi
ęqui.x.dupli vo.vj.triplus vn⁹. sescupli.vij.epi/
triti quattuor. Numer⁹ autē syllabaꝝ in pedi/
bus a duobus vsqꝫ ad sex ꝓtendit̄.vlteri⁹ eni nō
procedit quia vsqꝫ ad sex syllabas tendūt̄ pedes.
Tempora in pedib⁹ sunt.ut quanta vnusq̄sqꝫ pes
habeat. Resolutio est pedū qn̄ ꝓ vna longa duę
breues ponunt̄.aut ꝓ duab⁹ longis q̄ttuor: breues
ponunt̄·ut sectaqꝫ intexūt abiete costas. Abiete
nūc resolutio ē spondei in ꝓceleusmatico.i qua re/
solutiōe semp synalępha sequit̄ Uirgili⁹. Ex vna
aūt longa duę breues fiūt.ex duab⁹ aūt breuibus
longa nūq̄ fit. Findi eni solida possunt·solidari
scissa nō possūt. Figura est cui⁹ nota syllabę agno
scunt̄. Ubi eni circuli partē inferiorē bis positā
aspicis.pirrichius ē.vv. vbi i geminatā iacentē
spondeus.––.Nā nota breuis·inferior semicir/
culus est.v.nota longa i iacens ē.–. Metra pe/
dibus accidūt.ut a trocheo trochaicū.a dactylo
dactylicū.a iambo iambicū.de quib⁹ paulopost
dicendum est.

De accentibus Cap.XVII.

ACcentus qui gręce ꝓsodia dicit̄.ex grę/
co nomen accepit. Nā gręce pros·latine
ad: oden gręce·latine cant⁹ est. Hoc eni
nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini
aūt habent ⁊ alia noia. Nam accentus ⁊ tonos
⁊ tenores dicūt.q: ibi sonus crescit ⁊ desinit. Ac/
centus aūt dict⁹ ꝙ iuxta cantū sit.sicut aduerbiū
q: iuxta verbū ē. Acutus accentus dict⁹ ꝙ acuat
⁊ erigat syllabā: grauis ꝙ deprimat ⁊ deponat.
Est eni contrari⁹ acuto circūflexus.q: de acuto ⁊
graui cōstat. Incipiēs eni ab acuto in grauē de/
sinit: atqꝫ ita dū ascendit ⁊ descendit.circūflexus
efficit̄. Acut⁹ aūt ⁊ circūflexus similes sūt. Nam
vtraqꝫ leuat syllabā. Grauis cōtrari⁹ ambob⁹ vi/
det̄. Nā semp deprimit syllabas cum illi leuēt.ut
vnde venit titan: ⁊ nox vbi sidera condit.vnde
hic grauis ē: min⁹ eni sonat q̄ acut⁹ ⁊ circūflexus.
Monosyllaba aūt pars orationis si naturaliter
breuis ē ut vir·aut positione longa ut ars: acutū
accentū habebit. Si vo naturalit̄ longa ut res:
circūflexū. Dissyllaba pars orationis si priorē na
turalit̄ longā habet.⁊ vltimā breuē·circūflectit̄
ut musa. Alit̄ acuit̄. Trisyllaba pars oratiōis·si
mediā breuē habet ut tibia·tunc primā acuimus
Si vo naturalit̄ longā habet secundā.⁊ vltimā
breuē·ut metell⁹·tūc mediā circūflectim⁹. Tetra/
syllaba autē ⁊ pentasyllaba ratione trisyllabarū
retinent̄. Grauis accent⁹ cū vno accētu poni pōt
in dictione vna: cū vtrisqꝫ nūqꝫ ut catull⁹. In cō/
posita dictiōe vn⁹ accent⁹ est ut armipotēs omni/
potens. Accent⁹ aūt repti sūt uel ꝓpter distinctio/
nē·ut viridiqꝫ i littore cōspicit̄ sus·ne dicas v sus
uel ꝓpter ꝓnūciationē: ne dicas meta breuit̄.⁊ nō
ꝓducte meta·vel discernēdę ambiguitatis causa
ut ergo. Nā cum ꝓducit̄ go: causā significat·cū
corripit̄ coniunctionē.

De figuris accentuū Cap.XVIII.

FIgurę accentuū.x.sūt·quę a grāmaticis
pro verborū distinctionib⁹ apponuntur.
Oxia id ē acutus accent⁹·linea a
sinistra pte i dextrā ptē sursū ducta fit ita. /

Baria id ē grauis linea a sūmo sinistrę in dextram deposita fit ita

Perispomene id est circūflexus. linea de acuto ⁊ graui facta exprimit̃ ita

Macra aūt id est longa virgula iacens est ita

Brachia id est breuis pars circuli inferior iacens est ita

Hyphen.i.cōiūctio q: duo ṽba piūgit. sbiecta ṽgula ṽsui circūflexa fit ita

Diastole id ē distictio quę ecōtrario sepat dextra pars circuli supposita ṽsui fit ita

Apostrophos pars item circuli dextra ⁊ ad summā litterā apposita fit ita

Qua nota deesse ostenditur in sermone vltimas vocales. ut tribunal pro tribunale.

Dasian qđ interpretat̃ aspiratio. id ē vbi h h. littera poni debet tali figura notatur

Psile qđ interptat̃ siccitas siue purꝫ. id ē vbi h lrā esse nō debet. tali nota ostenditur.

Quoꝝ duoꝝ accentuū figuram latini ex ipsa lrā aspiratiōis fecerūt. Un̄ si iūgas has facis candē aspiratiōis notā. Rursū si mediū eiꝰ apice scindis dasian ⁊ psilen facis.

De positura Cap. xix

ſingulari.ꝛ quodãmodo quid illud ſit ĩ vno ṽbo poſitum·vno verbo aliud declarat·ut conticeſce/re eſt tacere. Jtẽ cũ terminũ dicimus finẽ·aut populatas interpretamur eſſe vaſtatas. Sexta ſpecies diffinitionis ẽ quã gręci cata diaphorã·nos ꝑ differentiã dicimus·ſcriptores ṽo artiũ de eodẽ ꝛ de altero noĩant·ut cũ quęrit̃ quid ſit inter regẽ ꝛ tyrannũ·adiecta differẽtia q̃d vterqꝫ ſit diffinit̃·id ẽ rex eſt modeſtus ꝛ temꝑatus·tyrannus ṽo impius ꝛ ĩmitis. Septima ſpecies diffinitionis ẽ·quã gręci cata metaphoran·latini ꝑ trãſlationem dicũt·ut Cicero in topicis. Littus ẽ quo fluctus elidit. Hoc varie tractari poteſt. Modo eni ut moneat·modo ut deſignet·modo ut laudet aut vituperet. Ut moneat·nobilitas virtut̃ maiorũ eſt apud poſteros ſarcina. ut deſignet·apex ẽ arx corpis·ut laudet·adoleſcẽtia eſt flos ętatis·ut vitupet·diuitię ſunt breuis vitę longũ viaticum. Octaua ſpecies diffinitionis eſt·quam gręci cata aphęreſin vocãt·a τοῦ ἐναντίου latini ꝑ ꝑuantiã cõtrarij ei⁹ qd̃ diffinit̃ dicũt·bonũ ẽ qd̃ malũ nõ eſt. iuſtũ eſt qd̃ iniuſtũ nõ eſt.ꝛ his ſimilia. Hoc aũt genere diffinitionis vti debem⁹·cũ contrariũ eſt notũ·ut ſi bonũ eſt qd̃ ꝓdeſt cũ honeſtate·id qd̃ tale nõ ẽ·malũ ẽ. Nona ſpecies diffinitiõis ẽ quã gręci cata hypotypoſin·latini ꝑ quãdã imaginationẽ dicũt·ut eneas eſt veneris ꝛ anchiſę fili⁹. Hęc ſemꝑ ĩ indiuiduis verſat̃·quã gręci atoma appellãt. Decima ſpẽs diffinitiõis ẽ·quã gręci κατὰ ἔκλειψιν ὁλοκλήρου ὁμοίου γένους latini ꝑ indigentiam pleni ex eodẽ genere dicũt· ut ſi quęrat̃ quid ſit animal·reſpõdeat̃ ut homo· rem enim queſitam per dictũ declarauit exemplũ Hoc eſt autem ꝓprium diffinitionis·quid ſit illud quod quęrit̃ declarare. Undecima ſpecies diffinitionis eſt· quã gręci cata analogian·latini iuxta proportionẽ dicunt·ut ſi queratur quid ſit theſis reſpõdeaturqꝫ cui vis deeſt ut ſit arſis. Duodecima ſpecies diffinitiõis eſt·quã gręci cata epenon id eſt ꝑ laudẽ·ut tullius ꝓ cluentio·lex eſt mens ꝛ conſiliũ ꝛ anim⁹ ꝛ ſentẽtia ciuitatis. Et alit̃. Pax eſt tranquilla libertas. Fit ꝛ ꝑ vituꝑationẽ·quã gręci pſogon vocant ut ſeruitus ẽ poſtremũ oĩuꝫ malorũ·nõ modo bello ſꝫ morte quoqꝫ repellenda. Tertiadecima ſpecies diffinitionis eſt·quã gręci cata to pros ti·latini ad aliquid vocãt·ut ẽ illud pater ẽ cui ẽ filius·dñs ẽ cui ẽ ſeru⁹. Quartadecima ſpẽs diffinitiõis ẽ·cata tonoron·latine generalis·ut Cicero ĩ rhetoricis·gen⁹ ẽ qd̃ plures amplectit̃ ꝑtes. Jtẽ pars ẽ quę ſubeſt generi. Quintadecima ſpẽs diffinitiõis ẽ·quã gręci cata ętiologian·latini ſm̃ rei rationẽ vocant·ut dies ẽ ſol ſupra terras·nox eſt ſol ſub terris. Scire aũt debemus prędictas ſpecies diffinitionũ topicis merito eſſe ſociatas·qm̃ inter quędam argumẽta ſũt poſitę.ꝛ nõnullis locis cõmemorant̃ in topicis. Nũc aũt ad topica veniamus·quę ſũt argumentorũ ſedes·fontes ſenſuũ.ꝛ origines dictionũ.

De topicis Cap. XXXI.

Topica eſt diſciplina inueniendorũ argumentorũ. Diuiſio topicorũ ſiue locorum ex quib⁹ argumenta ducunt̃ triplex eſt. Nã alia in eo ipſo de quo agit̃ hęrent·alia quę dicunt̃ effecta·quę quodãmodo ex rebus alijs tracta noſcunt̃·alia quę aſſumunt̃ extrinſecus. Argumẽta quę in eo ipſo de quo agit̃ hęrent·in tribus diuiſa ſũt. Prima a toto·ſecũda a parte·tertia a nota. Argumentũ a toto·cũ diffinitio adhibet̃ ad id quod quęrit̃·ſicut ait Cicero. Gloria eſt laus recte factorũ magnorũqꝫ in republica fama meritorũ. A partib⁹ eſt argumentũ: cũ is qui ſe defendit·aut negat factũ·aut factũ eſſe iure defendit. A nota ẽ argumentũ·cũ ꝛ ſui noĩs argumentũ aliquod dicit̃·ut Cicero·conſulẽ inquit quęrebã·quẽ in iſto maiali inuenire nõ poteram. Effecta argumenta ſũt quę quodãmodo ex rebus alijs tracta noſcũt̃. Sunt aũt numero. xiiij. id eſt primũ a cõiugatis argumentũ eſt·cũ declinat̃ a noĩe ꝛ fit verbum ut Cicero verrẽ dicit euerriſſe ꝓuinciã·uel nomen a verbo cũ latrocinari dicit̃ latro. Nomen a noĩe Terentius. Nã inceptio ẽ amentiũ·haud amantiũ. dũmodo diſtet vni⁹ appellationis poſtremitas in alia vocis declinatione formata. Secundũ argumentũ a genere eſt·cũ de eodẽ genere ſententia dicit̃·ut Uirgili⁹·variũ ꝛ mutabile ſemꝑ fęmina Tertiũ a ſpecie argumentũ eſt·cũ generali quęſtioni fidẽ ſpecies facit·ut at nõ ſic phrygi⁹ penetrat lacedęmona paſtor. A ſimili argumentũ eſt· qñ rebus aliquib⁹ ſimilia ꝓferunt̃·ut ſuggere tela mihi nã nullũ dextera fruſtra torſerit in rutulos: ſteterint quę ĩ corꝑe graium iliacis cãpis. A differentia argumentũ eſt·qñ ꝑ differentiam aliqua ſeparant̃·ut Uirgilius. non diomedis equos nec currũ cernis achillis. A contrarijs argumentum dicitur·qñ res diſcrepantes ſibimet opponunt̃·ut Uirgilius·mortali ne manu factę ĩmortale carinę fas habeant·certuſqꝫ ĩcerta ꝑicula luſtret ęneas? A conſequentib⁹ argumentũ dicit̃·qñ poſitã rem aliq̃d ineuitabilit̃ conſequit̃·ut Uirgilius·nõ ea vis aĩo nec tanta ſuꝑbia victis. Ab antecedẽtib⁹ argumentũ eſt·qñ aliqua ex his quę pri⁹ geſta ſũt cõprobant̃· ut Cicero ꝓ milone·cũ nõ dubitauerit aperire q̃d cogitauerit·vos poteſtis dubitare quid fecerit? A repugnantib⁹ argumentum eſt·qñ illud qd̃ obijcit̃·aliqua cõtrarietate deſtruitur·ut Cicero. Js igit̃ nõ modo de tali ꝑiculo liberatus ſꝫ honore ampliſſimo ditatus domi te interficere voluiſſet. A cõiugatis argumentũ eſt cũ ꝓbabilit̃ oſtendit̃ quid ſit ex re quaqꝫ venturũ·ut Uirgili⁹ Nos ſi pellant·nihil abfore credunt quin omnẽ heſperiã ſua ſub iuga mittant. A cauſis argumẽtũ ẽ·qñ cõſuetudine cõmuni res quęqꝫ tractat̃·ut Terenti⁹. Ego nõ nihil veritus ſũ dudum abs te daue·ne faceres qd̃ vulgus ſeruorũ ſolet dolis ut me deluderes. Ab effectis argumentũ eſt·cum ex his quę facta ſũt aliquid approbat̃·ut Uirgili⁹:

degeneres animos timor arguit. A comparatiōe argumentū est. qñ ꝑ collationē ꝑsonarū siue causarū sententie ratio sub imputatione formaẜ. ut Uirgilius. tu potes eneam manibꝰ subducere graiūm. Nos aliqđ cōtra rutulos iuuisse nephandū ē. Itē argumēta que ducūt᷑ extrinsecus. que grece ἀτέχνους id est artis expertes vocant. ut est testimoniū. Testimoniū ꝟo constat re. ⁊ diuiditur quinqꝫ modis. id est primo ex ꝑsona. secūdo ex nature auctoritate. tertio ex temporibꝰ auctoritatū. quarto ex dictis factisqꝫ maioꝝ. quinto ex tormētis. Tertiꝰ ergo superior modus: qui est ex temporibus. in octo species deriuat᷑. Prima ingenio. secunda opibꝰ. tertia etate. quarta fortuna. quinta arte. sexta vsu. septima necessitate. octaua concursione fortuitoꝝ. Testimoniū oē est. qđ ab aliqua externa re sumitur ad faciendā fidem. ꝑsona nō qualiscūqꝫ est testimonij pondus habet ad faciendam fidem. ſ; morū ꝓbitate debet esse laudabilis. Nature auctoritas ē. que maxima virtute cōsistit. Testimonia multa sunt. que afferūt auctoritatē. id est ingeniū. opes. etas. fortuna. ars. vsus necessitas. ⁊ concursio rerū fortuitaꝝ. A dictis factisqꝫ maioꝝ petit᷑ fides. cū priscorū dicta factaqꝫ memorant᷑. A tormentis fides prebetur. post que nemo credit᷑ velle mentiri. Ea ꝟo que tractant᷑ in tempore. quia suis nominibꝰ plana sunt. diffinitiōe nō indigent. Memorie quoqꝫ cōdendū ē. topica oratoribus. dialecticis. poetis. ⁊ iurisꝑitis. cōmuniter quidē argumēta prestare. ſ; qñ aliquid specialit᷑ ꝓbāt. ad rhetores. poetas. iurisꝑitosqꝫ ꝑtinēt. qñ ꝟo generalit᷑ disputant. ad philosophos attinere manifestū est. Mirabile plane genꝰ opis in vnū potuisse colligi. quicqđ mobilitas ac varietas humane mentis. in sensibꝰ exquirendis. ꝑ diuersas causas poterat inuenire. conclusū liberū ac voluntariū intellectū. Nā quocūqꝫ se verterit. quascūqꝫ cogitationes intrauerit: in aliqđ eorū que predicta sunt necesse est. cadat ingeniū.

De oppositis Cap. XXXII.

Contrariorū genera quattuor sunt: que aristoteles ἀντικείμενα id ē opposita vocat. ꝓpter ꝙ sibi velut ex aduerso vident᷑ obsistere. ut contraria. nec tñ oīa que opponunt᷑ sibi contraria sūt. ſ; oīa contraria opposita sūt. Primū genus est contrarioꝝ. qđ iuxta Ciceronē diuersum vocat᷑. ꝓ eo ꝙ tantū cōtraria sibi opponūt᷑. ut nō eoꝝ sint quibꝰ opponunt᷑. ut sapientia. stulticia. Quod genus in tres species diuidit᷑ Nā sūt quedā eiusmodi que mediū habēt: ⁊ sūt que sine medio sūt. ⁊ quedā sūt que habēt mediū ⁊ tñ sine nomine sūt. nisi vtrūqꝫ ei vocabulū creet. Candidū ⁊ nigrū mediū habent. quia int᷑ eos sepe color pallidus vel fuscus inuenit᷑. Sine medio sūt quotiēs vnū de duobꝰ accidit. ut sanitas vel infirmitas. hoꝝ nihil est mediū. Ea autē quoꝝ media sine noīe sūt. ut felix infelix. mediū habēt nō felix Secundū genus est relatiuoꝝ. que ita sibi opponunt᷑ ut ad se conferant᷑. sicut duplū simplū. Hoꝝ solū oppositoꝝ genꝰ ad se refert᷑. Nō eni est maius nisi ad minꝰ referat᷑. ⁊ simplū nisi ad duplū. aut eiꝰ cui opponit᷑. Nā relatiuū ipsi relatiuo ita opponit᷑ ut hoc ipsū qđ opponit᷑. aut eiꝰ sit cui opponit᷑. aut ad id quocūqꝫ modo referat᷑. Dimidiū eni opponit᷑ duplo. eiusqꝫ dupli mediū est: ſ; ita illi opponit᷑. ut eiꝰ sit cui opponit᷑. Sic ⁊ paruū opponit᷑ magno. ita ut ipsum paruū ad magnū cui opponitur sit paruum. Nā superiora que dicunt᷑ contraria. ita sibi opponunt᷑. ut eoꝝ nō sint quibꝰ opponunt᷑. nec ad ea quocūqꝫ modo referant᷑. Siquidē iniquitas. iusticie ita contraria est. ut non eiusdē iusticie iniquitas sit. aut ad illā sit iniquitas. Tertiū genus est oppositorū. habitus uel orbatio: qđ genꝰ Cicero priuationē vocat. qua ostēdit aliqđ quēpiā habuisse vnde priuatꝰ est. Cuiꝰ species sūt tres qrū pma ē in re. secūda i loco. tertia i tpe cōgruo In re. ut cecitas ⁊ visio i oculis. In loco. ut cecitas ⁊ visionis in oculis locꝰ est. In tpe cōgruo. ut infantē nō dicere sine dentibꝰ cū cui dētes adhuc parua etas negauit. Nō eni est priuatꝰ dentibus quos nōdum habuit. Quartū ꝟo genꝰ ex cōfirmatione ⁊ negatione opponit᷑. ut socrates disputat. socrates nō disputat. Hec a superioribꝰ ideo differūt. ꝙ illa sigillatim dici possūt. hec nisi cōnexe dici nō possunt. Quod genꝰ quartū apud dialecticos multū habet conflictū. ⁊ appellat᷑ ab eis. valde oppositū. siquidē ⁊ tertiū nō recipit. Nam ex illis quedā habere tertiū possunt. ut in cōtrarijs. candidū ⁊ nigrum. Tertium eius nec candidum nec nigrum. ſ; fuscum uel pallidū. In relatiuis quoqꝫ ut multa ⁊ pauca. Tertiū eiꝰ. nec multa nec pauca. ſ; mediocria. In habitu vel orbatione. ut visio ⁊ cecitas. Tertiū eiꝰ. nec cecitas nec visio. ſ; lippitudo. Hic ergo legit. ⁊ nō legit. tertiū nihil habet.

Finit liber secundus

Incipit prefatio de quattuor sequentibus disciplinis.

Mathematica latine dicit᷑ doctrinalis scīa que abstractam considerat quantitatem Abstracta enim quantitas est. quā intellectu a materia separantes uel ab alijs accidentibus. ut est par. impar. uel ab alijs huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sūt quattuor. id ē arithmetica. musica. geometria ⁊ astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis ſm se. Musica est disciplina que de numeris loquitur. qui inueniunt᷑ in sonis. Geometria ē disciplina magnitudinis ⁊ formarum. Astronomia est disciplina. que cursus celestium siderū atqꝫ figuras cōtemplat᷑. atqꝫ omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas. deinceps paulo latius indicabimus. ut earum cause competenter possint agnosci.

Incipit liber tertius De vocabulo arithmetice discipline Cap. I.

Arithmetica est disciplina numerorum. Greci enim numerum rithmon dicunt. Quam scriptores secularium litterarum inter disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quoniam ipsa ut sit nulla alia indiget disciplina. musica autem et geometria et astronomia que sequuntur ut sint atque subsistant istius egent auxilio.

De auctoribus eius Cap. II.

Numeri disciplinam apud grecos primum pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a nicomacho diffusius esse compositam quam apud latinos primus apuleius, deinde boetius transtulerunt.

Quid sit numerus et unde dicatur Cap. III.

Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta. Nam unum semen numeri esse, non numerum voluerunt. Numero autem nummus nomen dedit, et a sui frequentatione vocabulum indidit. Unde et ex greco nomen trahit. Greci enim unum ἕνα dicunt, sic duo et tres, que illi δύο et τρία appellant. Quattuor vero a figura quadrata nomen sumpserunt. Quinque autem non secundum naturam sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt, ab eo qui numeris nomina indidit. Sex autem et septem a greco veniunt. In multis enim nominibus que in greco aspirationem habent, nos pro aspiratione s ponimus. Inde pro hex sex, pro hepta septem, sicut pro herpillo herba serpillum. Octo vero per translationem, sicut illi ὀκτώ, et nos octo, ita illi ἐννέα, nos novem, illi deca, nos decem. Dicti autem a greca etymologia, eo quod ligent et coniungant infra iacentes numeros. Nam δεσμεύειν coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti dicti quod sint decem bis geniti, u. pro b. litteram posita. Triginta quod a ternario denario gignantur, sic usque ad nonaginta. Centum vero vocati a canto quod est circulus. Ducenti a duo et centum, sic et reliqui usque ad mille. Mille autem a multitudine, unde et militia quasi multitia. Inde et milia, que greci mutata littera, id est r. pro l., μυριάδας vocant.

Quid prestent numeri Cap. IIII.

Ratio numerorum contemnenda non est. In multis enim sanctarum scripturarum locis quantum mysterium habeant elucet. Non enim frustra in laudibus dei dictum est: Omnia in mensura et numero et pondere fecisti. Senarius namque qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et xl. dies quibus moyses et helias et ipse dominus ieiunaverunt, sine numerorum cognitione non intelliguntur. Sic et alii in scripturis sanctis numeri existunt, quorum figuras non nisi noti huius artis scientie solvere possunt. Datum est etiam nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando de mensium curriculo disputamus, quando spacium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus et omnia pereunt. Adime seculo calculi compotum et cuncta ignorantia ceca complectitur, nec differri potest a ceteris animalibus que calculi nesciunt rationem

De prima divisione parium et imparium Cap. V.

Numerus dividitur paribus et imparibus. Par numerus dividitur in his: Pariter par, pariter impar, et impariter par, et impariter impar. Impar numerus dividitur in his: primum et simplum, secundum et compositum, tertium mediocre, qui quodammodo primus et incompositus est; alio vero modo secundus et compositus est. Par numerus est qui in duabus equis partibus dividi potest, ut duo et iiii. et viii. Impar vero numerus est qui dividi equis partibus nequit, uno medio vel deficiente vel superante, ut tres. v. vii. ix. et reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta sexagintaquattuor: habet medietatem xxxii. hic autem xvi. xvi. vero viii. octonarius iiii. quaternarius ii. binarius unum, qui singularis indivisibilis est. Pariter impar est qui in partes equas recipit sectionem, sed partes eius mox insecabiles permanent ut vi. et xviii. triginta et quinquaginta. Mox enim si hunc numerum diviseris, incurris in numerum quem secare non possis. Impariter par numerus est cuius partes etiam dividi possunt, sed usque ad unitatem non perveniunt, ut vigintiquattuor. Hi enim in medietate divisi, xii. faciunt, rursusque in aliam medietatem, vi. deinde in aliam tres, et ultra divisionem non recipit sectio illa, sed ante unitatem invenitur terminus quem secare non possis. Impariter impar est qui ab impari numero impariter mensuratur, ut xxv. xlix. qui dum sint impares numeri, ab imparibus etiam partibus dividuntur, ut septies septem, quadragies noni, et quinquagies quini. Imparium numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres. Simplices sunt qui nullam partem habent nisi solam unitatem, ut ternarius solam tertiam, et quinarius solam quintam, et septenarius solam septimam. his enim una pars sola est. Compositi sunt qui non solum unitatem metiuntur, sed etiam alieno numero procreantur, ut ix. xv. et xxi. Dicimus enim ter terni, et septies terni, ter quini et quinquies quini. Mediocres numeri sunt qui quodammodo simplices et incompositi esse videntur; alio vero modo et compositi, verbi gratia: novem ad xxv. dum comparatus fuerit, primus est et incompositus, quia non habet communem numerum nisi solum monadicum. Ad xv. vero si comparatus fuerit, secundus est et compositus, quoniam inest illi communis numerus preter monadicum, id est ternarius numerus qui novem mensurat ter terni et quindecim ter quini. Item parium numerorum alii sunt superflui, alii diminutivi, alii perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ducte plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius, habet enim partes v. duodecimam quod est unum, sextam quod duo, quartam quod tria, tertiam quod iiii. dimidiam quod sex. unum enim et duo et tria et quattuor et

sex simul ducta.xvj.faciūt.τ longe a duodenario excedūt.sic τ alij sites plurimi. ut duodeuicesimꝰ. τ multi tales.Diminutiui numeri sunt.q̄ partibꝰ suis cōputati.minorē summā efficiūt.utputa denariꝰ cuiꝰ ptes sūt tres.decima qđ ē vnū.q̄nta qđ duo.dimidia qđ q̄nqȝ. Unū eni τ duo τ q̄nqȝ simul ducta octonariū faciūt longe a denario minorē.Similis ē huic octonarius τ alij plurimi. qui i ptes redacti infra cōsistūt. Perfectꝰ numerꝰ est q̄ suis ptibꝰ adimplet ut senariꝰ.habet eni tres partes.sextā.tertiā.τ dimidiā.Sexta eni eiꝰ vnū est.tertia duo.dimidia tres.Hę ptes in sūmā ductę id ē vnū τ duo τ tria.simul eundē consūmant pficiūtqȝ senariū. Sūt āt pfecti numeri intra denariū sex.intra centenariū.xxviij.intra millenariū quadringenti nonagintasex.

De secūda diuisione totius numeri Cap.vi.

Omnis numerus aut ſm se considerat aut ad aliquid. Iste diuiditur sic.Alij enim sunt ęquales; alij inęquales. Iste diuiditur sic: Alij sunt maiores; alij sunt minores.Maiores diuiduntur sic.I.multiplices.ij.superparticulares.iij.suppartiētes.iiij.multiplices supparticulares.v. multiplices superpartientes. Minores diuidūtur sic.I.submultiplices.ij.subsupparticulares.iij.subsuppartiētes.iiij.submultiplices. subsuperparticulares.v. submultiplices subsuppartientes.Per se numerꝰ ē q̄ sine relatiōe aliqua dicit.ut.iij.iiij.v.vj.τ cęteri similes. Ad aliq̄d ē numerꝰ q̄ relatiue ad alios cōpat.ut verbi gratia.iiij.ad.ij. dū cōpatus fuerit duplex dicit. τ multiplex.sex ad.iij.viij. ad.iiij.x.ad.v.τ iterū tres ad vnum.triplex.sex ad.ij.ix.ad.iij.τ cęteri. Ęquales numeri dicunt q̄ ſm quātitatē ęquales sunt.verbi grā.ij. ad.ij.iij. ad.iij.x.ad.x.c. ad.c. Inęquales numeri sūt q̄ ad inuicē cōparati inęq̄litatē demōstrāt.ut.iij.ad.ij.iiij.ad.iij.v. ad.iiij. x.ad.vj.τ vniuersalit maior minori.aut minor maiori.huiusmodi dū cōparatꝰ fuerit. inęqualis dicit.Maior numerꝰ ē q̄ habet in se illū minorē numeꝝ ad quē cōparat.τ aliq̄d plus.ut ṽbi grā: Quinariꝰnumerꝰtrinario numero fortior est. eo ꝙ habet quinariꝰnumerus in se trinariū.τ alias partes eiꝰ duas.τ reliq̄ tales.Minor numerus ē q̄ continet a maiore.ad quē compat cū aliqua pte sui.ut ternariꝰad quinariū.continet eni ab eo cū duabꝰ partibꝰ suis.Multiplex numerꝰ ē qui habet in se illū minorē numeꝝ.bis aut ter aut quater aut multipliciter.ut verbi grā: Duo ad vnum dū compati fuerint duplex ē.iij. ad.i. triplex.iiij. quadruplex τ reliqui.Econtra submultiplex numerꝰ ē q̄ intra multiplicē cōtinet bis aut ter aut quater.aut multiplicit.ut verbi grā; vnꝰ a duobꝰ bis cōtinet.a tribꝰ ter.a q̄tuor q̄ter.a q̄nqȝ quinquies.τ ab alijs multipliciter. Supparticularis numerꝰ ē dū fortior cōtinet infra se inferiorē numeꝝ circa quē cōparat. similit τ vnā partē eiꝰ.ut verbi grā. iij. ad.ij.dum cōparati fuerint.continent intra se duos.τ aliū vnū qui media pars est duorū. Quattuor ad tres dū cōpati fuerint cōtinent i se.iij.τ aliū vnū.q̄ ē tertia pars triū.Iterū q̄nqȝ ad quattuor dū cōparati fuerint habēt in se quatnariū numerū τ aliū vnū q̄ quarta pars esse dicit q̄ternarij numeri.τ cęteri tales. Suppartiens numerꝰ ē qui in se inferiorē numeꝝ totū cōtinet.τ super hoc alteras ptes eiꝰ duas.aut.iij. aut iiij.aut.v.aut alias.ut verbi grā: quinqȝ ad tres dū cōpati fuerint.habet i se quinariꝰ numerꝰ trinariū.τ sup h̄ alias ptes eiꝰ duas.Septē ad.iiij. dū cōpati fuerint habēt i se q̄ttuor.τ alias ptes eiꝰ.tres noue ad q̄nqȝ dū cōpati fuerint.habēt in se q̄nqȝ τ alias q̄ttuor ptes eiꝰ. Subsuppartiens numerꝰ ē q̄ cōtinet in numero suppartiēti.cū aliquibꝰ partibꝰ suis duabꝰ aut tribꝰ aut pluribus. ut ṽbi grā. iij.cōtinent a.v.cum alijs duabꝰ ptibꝰ suis.v.a.ix.cū.iiij.ptibꝰ suis.Subsupparticularis numerꝰ ē minor.q̄ cōtinet in fortiori numero cū aliqua pte sua.aut media.aut tertia. aut q̄rta. aut q̄nta.ut verbi grā: ij.ad.iij.iij.ad.iiij. iiij.ad v.τ cęteri.Multiplex supparticularis numerꝰ est qui dū cōpatꝰ ad inferiorē sibi numeꝝ fuerit.continet in se totū inferiorē numeꝝ multiplicit cum aliq̄ parte eiꝰ.ut ṽbi gratia. v.ad.iij.dū cōparati fuerint cōtinēt in se bis bini.iiij. τ vnā partem eiꝰ.Noue ad.iiij.dū cōpati fuerint.cōtinēt in se bis q̄terni.τ vnam partē eiꝰ.Submultiplex superpticularis numerꝰ ē q̄ dū cōparatꝰ ad inferiorē sibi numerū fuerit. cōtinet cū multiplicit cum alijs ptibꝰ eius.ut verbi gratia. octo ad.iij. dum cōparati fuerint.ptinēt i se bis terni.cū alijs duabus partibꝰ eiꝰ.xiiij.ad.vj.dū cōparati fuerint. cōtinēt i se bis seni.cū alijs duabꝰ partibꝰ eiꝰ.xvj. ad.vij.dū cōpati fuerint.cōtinēt in se bis.viij. cū alijs duabꝰ ptibꝰ eiꝰ.xxj.ad.ix dū cōparati fuerint continent intra se bis nouē cū alijs tribꝰ partibꝰ eiꝰ.Submultiplex suppartionalis numerꝰ ē q̄ dū ad fortiorē sibi cōparatꝰ fuerit cōtinet ab eo multiplicit.cum aliquibꝰ ptibꝰ suis.ut ṽbi grā. iij.ad viij.continet bis cū duabꝰ ptibꝰ suis.iiij.ad.xj. cōtinent bis cū tribꝰ ptibꝰ suis.

De tertia diuisione totius numeri Cap.vii.

Numeri aut discreti sūt.aut continentes Iste diuidit sic. I.linealis.ij. superficiosi iij.solidi. Discretꝰ numerꝰ ē.q: discretis monadibus continet.ut verbi grā.iij.iiij.v.vj.τ reliq̄.Continēs numerꝰ ē qui cōiūctis monadibꝰ continet.ut ṽbi gratia: Ternariꝰ numerꝰ i magnitudine intelligit.id est linea.aut spaciū.aut solidum dicit.Continens similit. ut quaternariꝰ τ quinariꝰ numeri.Linealis numerꝰ ē q̄ incho ans a monade linealit describitur ad infinitū.Unde alpha ponit.p signatione lineaꝝ.qm̄ hęc lrā vnū significat apud gręcos. Supficialis numerꝰ ē q̄ nō solū longitudine.ſ τ latitudine cōtinet.ut trigonꝰ q̄dratꝰ q̄nquāgulꝰ uel circulares nume




ri ⁊ ceteri q̄ semp̄ ī plano pede·id ē sup̄ficie ꝑtinēt.


Trigonus numerus est ita



Quadratus numerus ē ita




Quinquangulus ita



Circularis est ita



Qui dū similit̄ multiplicat⁹ fuerit a se inchoās ad se cōuertit̄·ut ꝟbi grā Quinquies quini vicies q̄nquies ita




Solidus numer⁹ ē qui longitudine ⁊ altitudine continet̄ ut sunt pyramides q̄ ī modū flāme cōsurgūt ita

Cubus ut sunt tessere ita



Sphere q̄b⁹ ē eq̄lis vndiq̄ʒ rotūditas ita



Sphericus aūt numer⁹ ē q̄ circulato numero multiplicat⁹ a se incohoat ⁊ ī se cōuertit̄·q̄nquies quini vicies q̄nquies. Hic circul⁹ dū in seipso multiplicat⁹ fuerit facit sphera. id est q̄nquies.xxv.c.xxv.

De differētia arithmetice geometrie ⁊ musice Cap. viii.

Inter arithmeticā aūt ⁊ geometriā ⁊ musicā h̄ intest ut media inuenias ī arithmetica. Primo sic queris. Cōiūgis extrema ⁊ diuidis ⁊ facis mediū· ut puta fac extrema esse vj.⁊.xij. simul iūgis.⁊ faciūt.xviij. partiris media ⁊ facis.ix. q̄d ē analogicū arithmetice.⁊ medi⁹ q̄t monadib⁹ supat primū·his supet̄ ab extremo. superant eni.ix.vj.trib⁹ monadib⁹· his supat̄ a.xij. Scd̄m geometriā ꝟo ita queris. Extrema multiplicata tantū faciūt quātū ⁊ media multiplicata utputa.vj.⁊.xij. multiplicata faciunt septuagies dipondi⁹. media.viij.⁊.ix. multiplicata tantūdē faciūt. Scd̄m musicā ita. Qua p̄te supat medius primū·eadē p̄te supat̄ medi⁹ ab extremo· ut puta vj.⁊.viij. duab⁹ p̄tib⁹ supant·que due p̄tes tertia media.viij. supat̄ ab vltia·nona ul̄ decima secūda

Arithmetica medietas
vj. viiij. xij.

Musica medietas
v. viij. xj.

Geometrica medietas.
vj. viij. ix. xij.

Qd numeri infiniti existunt Cap. ix.

Numeros aūt infinitos eē certissimū est· q̄m in q̄cūq̄ʒ numero finē faciēdū putaueris·id ē ipse nō dico vno addito augeri·s; quālibet ingentē multitudinē cōtinēs· i ipsa rōne atq̄ʒ sciētia numerorum nō solū duplicari.verum etiā multiplicari pōt. Ita ꝟo suis q̄sq̄ʒ numerus ꝓprietatib⁹ terminat̄.ut null⁹ eorum par esse cuicūq̄ʒ alteri possit. Ergo ⁊ dispares inter se atq̄ʒ diuersi sūt.⁊ singuli quiq̄ʒ finiti sūt ⁊ oēs infiniti sūt.

Quid sit geometria.⁊ de inuentoribus ⁊ vocabulo eius Cap. x.

Geometrie disciplina primū ab egyptijs reperta dicit̄·q: iundāte nilo ⁊ oib⁹ possessionib⁹ ei⁹ limo obductis initiū t̄re diuidende p̄ lineas ⁊ mēsuras nomē arti dedit. Que deinde longi⁹ acumine sapiētū ꝑducta.⁊ maris ⁊ celi.⁊ aeris spacia metiūt̄. Nā ꝓuocati studiosi ceperūt post t̄re dimensionē ⁊ celi spacia querere· quāto intuallo luna a terris·a luna sol ipse distaret.⁊ vsq̄ʒ ad verticē celi quāta se mēsura distēderet·sicq̄ʒ intualla ipsa celi·orbisq̄ʒ ambitū p̄ numerū stadiorum rōne ꝓbabili distinxerūt. Sʒ q: ex t̄re dimēsione hec disciplina cepit·ex initio sui ⁊ nomē seruauit. Nā geometria de terra ⁊ de mēsura nūcupata ē. Terra eni grece ΓΗ vocat̄. μετρον mēsura. Hui⁹ discipline ars cōtinet in se liniamēta intualla·magnitudines ⁊ figuras.⁊ in figuris dimensiones ⁊ numeros.

De quadripartita diuisiōe geometrie Cap. xi.

Geometrie q̄dripartita diuisio ē· i planū· in magnitudinē numerabilē·in magnitudinem rationalem ⁊ figuras solidas. Plane figure sūt que longitudine ⁊ latitudine cōtinent̄ que sūt iuxta platonē numero q̄nq̄ʒ. Numerabilis magnitudo ē que numeris arithmetice diuidi pōt. Magnitudines rōnales sūt q̄rū mensurā scire possum⁹. Irrationales ꝟo quarum mensure quātitas cognita nō habetur.

De figuris geometrie Cap. xii.

Figure solide sūt que lōgitudine ⁊ latitudine ⁊ altitudine cōtinent̄·ut ē cub⁹.cui⁹ species q̄nq̄ʒ i plano. Quarū prima plano pede circulus ē·figura plana ita que vocat̄ circūducta·cui⁹ i medio pūct⁹ ē q̄ cūcta cōuergūt·q̄d centrū geometrici vocāt·latini punctū circuli nūcupāt.




plano pede ita

Quadrilatera figura ē in plano quadrata: que sub quattuor rectis lineis iacet ita



Dianatheton grammaton figura plana ita



Orthogoniū id ē recti angulū·figura plana in plano pede. Est eni triangulū ⁊ habet angulū rectum ita



Isopleros figura plana recta ⁊ subtiliter constituta in solidum ita



Sphera ē figura i rotūdū formata ita partib⁹ cūctis equalibus in solidū



Cubus est figura ꝓpria solida·que longitudine ⁊ latitudine ⁊ altitudine continet̄ in solidum ita




Cylindrus est figura quadrata habens superius semicirculū in solidum ita



Conon figura quę ab amplo in angustum finit sicut orthogonium ita



Pyramis est figura quę in modū ignis ab amplo in acumen consurgit ita Ignis eni apud grecos pyrin appellat̄.



Sicut aūt infra .x. oīs est numerus ita infra hunc circulū omniū figurarū cōcluditur ambitus.



Prima aūt figura hui⁹ artis pūctus ē. cuius pars nulla ē. Secūda ē linea pręt latitudinē lōgitudo Recta linea ē que ex ęquo ī suis pūctī iacet. Supficies ꝟo qd lōgitudines ꝛ latitudines solas habet. Supficiei ꝟo fines lineę sūt. Quorū formę ideo ī superioribus .x. figuris positę nō sunt. quia intra eas inueniuntur.

De numeris ꝑm geometriam quęrendis Cap. XIII.

Numeros autē ꝑm geometriā ita quęris. Extrema quippe ei⁹ multiplicata tātū faciūt quātum ꝛ media duplicata. utputa vi. ꝛ. xii. multiplicata faciūt septuagies dipondi⁹ media. viii. ꝛ. ix. multiplicata tantūdē faciūt.

De musica ꝛ eius nomine Cap. XIIII.

Musica ē peritia modulationis sono cantuqꝫ ꝯsistēs. ꝛ dicta musica p deriuationē a musis. Musę aūt appellatę ἀπὸ τοῦ μῶσαι id ē a quęrēdo. qꝫ p eas sicut antiqui voluerūt. vis carminū ꝛ vocis modulatio quęreret̄. Quarū son⁹ qꝛ sensibilis res ē. ꝛ pręterfluit ī pręteritū tēp⁹ imprimiturqꝫ memorię. Inde a poetis iouis ꝛ memorię filias musas esse cōfictū ē. Nisi eni ab homine memoria teneātur soni pereūt. qꝛ scribi non possunt.

De inuentoribus eius Cap. XV.

Moyses dicit repertorē musicę artis fuisse tubal. qui fuit de stirpe cain ante diluuiū Gręci ꝟo pythagorā dicūt huius artis inuenisse pmordia. ex malleorū sonitu ꝛ cordarū extensione pcussa. Alij linū thebęū ꝛ zetū ꝛ amphion ī musica arte pmos claruisse ferūt. Post quos paulatim directa est pręcipue hęc disciplina. ꝛ aucta multis modis. eratqꝫ tā turpe musicā nescire qꝫ lrās. Interponebat̄ aūt nō mō sacris. ſ; ꝛ oīb⁹ solēnib⁹ oībusqꝫ lętis uel tristioribus rebus. Ut eni in veneratiōe diuina hymni. ita ī nuptijs hymenęi ꝛ ī funerib⁹ threni. ꝛ lamēta ad tibias canebantur. In cōuiuijs ꝟo lyra ꝛ cithara circūferebat̄ ꝛ accubātib⁹ singulis ordinabat̄ cōuiuiale genus cāticorū.

Quid possit musica Cap. XVI.

Itaqꝫ sine musica nulla disciplina pōt eē pfecta. Nihil eni est sine illa. Nā ꝛ ipse mund⁹ quadā armonia sonorū fert̄ eē cōpositus. ꝛ celū ipsū sub armonię modulatiōe reuolui. Musica mouet affect⁹. puocat in diuersū habitū sens⁹. In prelijs qꝫ tubę cōcent⁹ pugnātes accēdit. ꝛ quāto vehementior fuerit clagor. tanto fit ad certamē anim⁹ fortior. Siquidē ꝛ remiges cant⁹ hortat̄ ad tolerādos qꝫ labores musica animū mulcet. ꝛ singulorū operū fatigationē modulatio vocis solat̄. Excitatos qꝫ aīos musica sedat. sicut de dauid legit̄ qui a spū imūdo saulem arte modulationis eripuit. Ipsas qꝫ bestias necnō ꝛ serpentes volucres atqꝫ delphinos. ad auditū suę modulatiōis musica puocat. Sed ꝛ qcqd loquimur uel intrinsecus venarū pulsib⁹ cōmouemur. p musicos rithmos. armonię ꝟtutibus pbatur esse sociatum.

De trib⁹ partib⁹ musicę Cap. XVII.

Musicę ptes sūt tres. id ē armonica. rithmica. metrica. Armonica ē quę decernit in sonis acutū ꝛ grauē. Rithmica ē quę requirit incursionē ꝟborū vtrū bene sonus an male cohereat. Metrica ē quę mensurā diuersorū metrorū pbabili rōne cognoscit. ut ꝟbi grā. heroicum. iambicū. elegiacū. ꝛ cętera.

De triformi musicę diuisione Cap. XVIII.

Ad oēm aūt sonū qui materies cantilenarū est. triformē constat esse naturā. Prima ē armonica quę ex vocū cantib⁹ cōstat. Secunda organica quę ex flatu consistit. tertia rithmica quę impulsu digitorū numeros recipit. Nā aut voce edit̄ sonus. sicut p fauces. aut flatu. sicut p tubā uel tibiā. aut impulsu. sicut p citharā. aut p quodlibet aliud quod pcutiendo canorū est.

De prima diuisione musicę quę armonica dicit̄ Cap. XIX.

Prima diuisio musicę quę armonica dicit̄. id est modulatio vocis ptinet ad comędos. tragędos uel choros. uł ad oēs q̄ voce ꝓpria canūt. Hęc ex animo ꝛ corpe motū facit. ꝛ ex motu sonū. ex q̄ colligit̄ musica quę in homine vox appellat̄. Uox ē aer spū verberat⁹. vnde ꝛ ꝟba sūt nūcupata. Proprie aūt vox hoiuꝫ ē seu irrōnabiliū animātiū. Nam ī alijs abusiue non ꝓprie sonum vocē vocari. ut vox tubę infremuit fractasqꝫ litore voces. Nam ꝓpriū est ut litorei sonent scopuli. ꝛ at tuba terribilē sonitū procul ęre canoro. Armonica ē modulatio vocis ꝛ concordantia plurimorū sonorū uel coaptatio. Symphonia est modulatiōis tēperamentū ex graui ꝛ acuto concordantibus sonis. siue in voce siue in flatu siue in pulsu. Per hāc qppe voces acutiores grauioresqꝫ ꝯcordāt. ita ut qsqs ab ea dissonuerit sensū auditoris offendat. Cui ꝯtraria ē diaphonia id ē voces discrepātes uel dissonę. Euphonia ē suauitas vocis. Hęc ꝛ melos a suauitate ꝛ melle dicta. Diastema ē vocis spaciū. ex duob⁹ uł plurib⁹ sonis aptatū. Diesis ē spacia quedā ꝛ deductiōes modulandi. atqꝫ vergentes de vno ī alterū sonū.

Tonus ē acuta enūciatio vocis. Est eni armonię differētia ⁊ quātitas quę i vocis accētu uel tenore cōsistit. cui⁹ genera i.xv. partib⁹ musici diuiserūt ex quib⁹ p̄m⁹ hyperlidius nouissim⁹ ⁊ acutissim⁹ hypodorius oiū grauissim⁹. Cantus ē inflexio vocis. Nā son⁹ directus ē. p̄ęcedit aūt son⁹ cātū. Arsis ē vocis eleuatio. h̄ ē initiū. Thesis vocis positio. hoc ē finis. Suaues voces sūt. subtiles ⁊ spissę. clarę atq̧ acutę. Perspicuę voces sunt. quę lōgius ꝓtrahūtur ita ut oēm impleāt cōtinuo locū sicut clangor tubaꝝ. Subtiles voces sūt quibus nō ē spūs. q̄lis ē infantiū uel mulieꝝ uel egrotantiū. sicut i neruis. Quę eni subtilissimę cordę sūt. subtiles ac tenues voces emittūt. Pingues sunt voces qn̄ spūs multus simul egredit̄. sicut viroꝝ. Acuta vox ē tenuis alta. sicut in cordis videm⁹. Dura vox ē quę violēt̄ emittit sonos. sic tonitruū sicut incudis son⁹. quotiēs in durū malle⁹ ꝑcutit̄ ferrū. Aspera vox ē rauca ⁊ quę dispgit̄ ꝑ minutos ⁊ i dissimiles pulsus. Cęca vox ē quę mox ut emissa fuerit cōticescit. atq̧ suffocata nequaq̄ longius ꝓducit̄. sicut est in fictilibus. Vinnola vox est mollis atq̧ flexibilis. ⁊ vinnola dicta a vinno hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox ē alta suauis ⁊ clara. Alta ut in sublimi sufficiat. clara ut aures ipleat. suauis ut animos audientiū blandiat. Si ex his aliq̄d defuerit. vox perfecta non erit.

De secūda diuisiōe quę organica dicit̄ Cap. xx.

Secūda diuisio organica ē. in his quę spū reflante cōpleta. in sonū vocis animant̄. ut sūt tubę. calami. fistulę. organa. pādoria ⁊ his similia instrumēta. Organū vocabulū est generale vasoꝝ oiū musicoꝝ. Hoc aūt cui folles adhibent̄. alio gręci noīe appellant. Ut autem organū dicat̄. magis ea vulgaris ē gręcoꝝ cōsuetudo. Tuba p̄mū a tyrrhenis inuenta. de quib⁹ Virgili⁹: Tyrrhenusq̧ tubę mugire per ęthera clangor. Adhibebat̄ aūt nō solū in p̄ęlijs. h̄ ⁊ in oib⁹ festis dieb⁹ ꝓp̄t laudis uel gaudij claritatem Unde ⁊ in psalterio dicit̄: Canite initio mensis tuba i die isigni solēnitatis vestrę. Preceptū eni fuerat iudeis ut initio nouę lunę tuba clangerēt. q̄d etiam hucusq̧ faciūt. Tibias excogitatas in phrygia ferūt. Has quidē diu funerib⁹ tm̄ adhibitas. mox ⁊ sacris gentiliū. Tibias aūt appellatas putāt q̄ primū de ceruinis tibijs cruribusq̧ hinnuloꝝ fierēt. deinde ꝑ abusionē ita cęptas vocari etiā que nō de crurib⁹ ossibusq̧ essent. Hinc ⁊ tibicen q̄si tibiaꝝ cant⁹. Calam⁹ nomē ē ꝓp̄iū arboris a calēdo. id ē fundēdo voces vocat⁹. Fistulā quidā putāt a mercurio inuētā. alij a fauno. quē gręci vocāt pana. Nonulli eā ab idi pastore agrigentino ex sicilia. Fistula aūt dicta q̄ vocem emittat. Nā gręce fos vox. στολεισα missa appellat̄. Sābuca in musicis spēs ē symphoniarū. Est eni gen⁹ ligni fragilis. vnde ⁊ tibię cōponūt̄. Pandori⁹ ab īuentore vocat⁹. de q̄ Virgili⁹: Pan primus calamos cera cōiūgere plures instituit. pan curat oues. ouiūq̧ magistros. Fuit eni apud gentiles deus pastoralis. qui primus dispares calamos ad cantū aptauit ⁊ studiosa arte composuit.

De tertia diuisione quę rithmica nuncupatur Cap. xxi.

Tertia ē diuisio rithmica ꝑtinens ad neruos ⁊ pulsus. cui dant̄ species cithararū diuersarū. Tympanū q̧ cymbalū sistrū acitabula ęnea ⁊ argentea. uel alia quę metallico rigore ꝑcussa reddūt cū suauitate tinnitū ⁊ cetera huiuscemodi. Citharę ac psalterij repertor tubal ut p̄dictū ē p̄hibet̄. Juxta opinionē aūt gręcorum citharę vsus r̄ꝑtus fuisse ab apolline credit̄. Forma citharę īitio similis fuisse tradit̄ pectori humano. quo veluti vox e pectore. ita ex ipsa cant⁹ ederetur. appellarāq̧ eadē de causa. Nā pect⁹ dorica lingua cithara vocat̄. Paulatim autē plures eius species extiterūt. ut psalteria. lirę. barbitę. phœnices. ⁊ pectides ⁊ quę dicunt̄ indicę ⁊ feriūt̄ a duobus simul. Item alię atq̧ alię ⁊ quadrata forma uł̄ trigonali. cordaꝝ etiā numer⁹ multiplicat⁹ ē ⁊ cōmutatū gen⁹. Veteres aūt citharā fidiculā uel fidicē noīauerūt. q: tā cōcinūt inter se cordę eius q̄ bene cōueniūt int̄ quos fides sit. Antiqua aūt cithara. vij. cordis erat. vnde ⁊ Virgilius: Septē discrimina vocū. Discrimina aūt ideo. q̄ nulla corda vicinę cordę similem sonū reddat. h̄ ideo septē cordę. uel quia totā vocē implent. uel q: septē motib⁹ sonat cęlū. Cordas autē dictas a corde. q: sicut pulsus est cordis in pectore. ita pulsus cordę in cithara. Has prim⁹ mercurius excogitauit. idēq̧ prior in neruos sonū strinxit. Psalteriū q̄d vulgo canticum dicit̄. a psallēdo noīatū. q̄ ad ei⁹ vocē choꝝ cōsonādo respōdeat. Est aūt similitudo citharę barbaricę i modū Δ deltę litterę. sed psalterij ⁊ citharę hęc differētia ē. q̄ psalteriū lignū illud concauū vnde son⁹ reddit̄ supi⁹ habet. ⁊ deorsū feriunt̄ cordę ⁊ desup sonant. Cithara ꝟo ecōtra concauitatē ligni inferi⁹ habet. Psalterio autē hebręi decacordon vsi sunt. ꝓp̄t numeꝝ decalogum legis. Lira dicta apo tu lirin. id est a varietate vocū. q̄ diuersos sonos efficiat. Liram primū a mercurio inuētā fuisse dicūt. hoc mō. Cū regrediens nilus in suos meat⁹. varia in cāpis reliquisset aīalia. relicta etiā testudo est: quę cū putrefacta eēt. ⁊ nerui ei⁹ remansissent. extenti intra coriū ꝑcussa a mercurio sonitū dedit. Ad cui⁹ speciē mercuri⁹ lirā fecit. ⁊ orpheo tradidit q̄ eius rei maxime erat studiosus. Unde ⁊ ęstimat̄ eadem arte nō feras tm̄. sed ⁊ saxa atq̧ siluas. cant⁹ modulatiōe applicuisse. Hāc musici ꝓp̄t studij amorē ⁊ carminis laudē. etiā int̄ sidera suaꝝ fabulaꝝ cōmēt̄ collocatā eē finxerūt. Tympanū ē pellis uel coriū ligno ex vna pte extētū. Est eni pars media symphonię i similitudinē cribri. Tympanū aūt dictū q̄d mediū ē. Un̄ ⁊ margaritū mediū tympanū dicit̄. ⁊ ipsū ut symphonia. ad virgulā ꝑcutit̄.

Cymbala ⁊ acitabula quędā sunt· quę pcussa inuicē se tāgūt ⁊ sonū faciūt. Dicta aūt cymbala· qꝛ cū ballematia simul pcutiunt. Ita eni greci dicūt cymbala ballematia. Sistrū ab iuētrice vocatū. Isis eni regina ęgyptioꝝ id genꝰ iuenisse ꝓbatur. Iuuenalis: Isis ⁊ irato feriat mea lumina sistro Inde ⁊ hoc mulieres pcutiūt. qꝛ iuētrix huiꝰ generis mulier extitit. Vñ ⁊ apud amaçonas sistro ad bellū fęminarū exercitꝰ vocabat. Tintinnabulū de sono vocis nomē habet· sicut ⁊ plausus manuū· strido: valuaꝝ. Symphonia vulgo appellatur lignū cauū ex vtraqꝫ pte pelle extēta· quā virgulis hinc ⁊ inde musici feriūt. Fitqꝫ in ea ex cōcordia grauis ⁊ acuti suauissimꝰ cantus.

De musicis numeris Cap. XXII.

NUmeros aūt ꝫm musicā ita quęris. Positis extremis utputa vi. ⁊ decies dipondius· vides qt monadibꝰ supet. vi. a. xii. ⁊ ē. vi. monadibꝰ. ducis p q̄dratū· sexies seni faciūt xxxvi. Cōiūgis extrema illa pma. vi. ad. xii. sit efficiūt. xviii. Partiris tricies series p decies octo efficit dipōdiꝰ. Hos iūgis cū sūma mino:e· id ē sexies exūt. viii. ⁊ erit mediū int. vi. ⁊. xii. Quaꝑpt octo supant sex duabꝰ monadibꝰ· id ē tertia de sexies. ⁊ supant. viii. a. xii. iiii. monadibꝰ tertia portione. Qua parte ḡ supat· eadē supat. Sꝫ hęc rō quemadmodum in mūdo est ex volubilitate circuloꝝ· ita ⁊ in microcosmo intātū pręt vocē valet ut sine ipsiꝰ pfectiōe etiā hō symphonijs carēs· nō cōstet: eiusdē musicę pfectione etiā metra cōsistūt in arsi ⁊ thesi· id ē eleuatione ⁊ positione.

De astronomia Cap. XXIII.

AStronomia est astroꝝ lex· quę cursus siderū ⁊ figuras ⁊ habitudines stellaꝝ circa se ⁊ circa trā indagabili rōne pcurrit.

De inuento:ibꝰ eius Cap. XXIIII.

AStronomiam primi ęgyptij inuenerunt Astrologiā vo ⁊ natiuitatis obseruantiā chaldei primi docuerūt. Abrahā aūt instituisse egyptios astrologiam· iosephus aucto: asseuerat. Greci aūt dicūt hāc artem ab athlante prius excogitatā· ideoqꝫ dictꝰ ē sustinuisse cęlum. Quisqꝭ āt ille fuit motu celi ⁊ rōne animi excitatus· p tēpoꝝ vices· p astroꝝ ratos diffinitosqꝫ cursus· p intuallorum spacia moderata cōsiderauit dimēsiōes quasdā ⁊ numeros· quę diffiniendo ac secernēdo in ordinē nectens astrologiā repperit.

De scriptoribus astronomię Cap. XXV.

IN vtraqꝫ autē lingua diuersoꝝ quidem sūt de astronomia scripta volumina· int q̄s tñ ptolemeꝰ rex alexandrie apud gręcos habet pręcipuꝰ· hic etiam ⁊ canones instituit q̄bus cursus astroꝝ inueniat.

De differētia astronomię ⁊ astrologię. Cap. XXVI.

INter astronomiā aūt ⁊ astrologiā aliqd differt. Nā astronomia cęli ꝯuersionē ortꝰ· obitꝰ· motusqꝫ sideꝝ cōtinet· uel qua ex cā ita vocet. Astrologia vo partim naturalis ptim supstitiosa ē. Naturalis dū exeqt solis ⁊ lunę cursus uel stellaꝝ certasqꝫ tēpoꝝ statiōes. Superstitiosa vo ē illa quā mathematici sequūt· qui in stellis augurant· qꝫ etiā. xii. celi signa p singula animę uel corpis mēbra disponunt· siderūqꝫ cursu natiuitates hoiuꝫ ⁊ mores pdicare conat.

De astronomię rōne Cap. XXVII

AStronomię rō· modis plurimis cōstat. Definit eni qd sit mūdus· qd cęlum· quid sphęre situs ⁊ cursus. qd axis celi ⁊ poli· quę sint climata cęli· qui cursus solis ⁊ lunę· atqꝫ astrorum ⁊ cętera.

De mundo ⁊ eius nomine Cap. XXVIII

MUndus ē is qui constat ex cęlo ⁊ terra ⁊ mari cūctisqꝫ sideribꝰ. Qui idcirco mundus ē appellatus· qꝛ sempi motu ē. nulla eni requies eius elemētis cōcessa est.

De forma mundi Cap. XXIX

FOrmatio mundi ita demōstrat. Nam queadmodū erigit mundꝰ in septētrionalē plagā· ita declinat in australē. Caput aūt eiꝰ ⁊ quasi facies orientalis regio ē· vltima pars septētrionalis est.

De cęlo ⁊ eius nomine Cap. XXX

CĘlum philosophi rotūdū volubile atqꝫ ardens esse dixerunt· vocatūqꝫ hoc noīe· eo ꝙ tāq̄ vas cęlatū· impssa signa habeat stellarū. Distinxit eni id deꝰ claris luminibꝰ ⁊ impleuit sole scilicꝫ ⁊ lunę orbe fulgenti. ⁊ astrorum micantium splendentibꝰ signis adornauit. Hoc autem grece ουρανος dicitur. ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν id est a videndo· eo ꝙ aer pspicuus sit. ⁊ ad speculandum purior.

De situ sphęrę cęlestis Cap. XXXI

SPhęra celi est species quędam in rotundū formata· cuiꝰ centrū terra ē· ex omnibus ptibꝰ ęqualit cōclusa. Hāc sphęram nec pncipiū habere dicūt nec terminū· ideo ꝙ in rotundū quasi circulus vnde incipiat. uel vbi definat· nō facile comphēdit. Philosophi aūt mundi. vii. cęlos· id est planetas globoꝝ cōsono motu introduxerūt· quoꝝ orbibꝰ cōnexa memorant oīa quos sibi inexos ⁊ velut insertos versari retro. ⁊ ecōtrario certis motibus suis ferri arbitrant.

De motu eiusdem Cap. XXXII.

SPhęrę motus duobꝰ axibꝰ voluit. Quorū vnus ē septētrionalis· q nūq̄ occidit· appellaturqꝫ boreus. Alter australis qui nūq̄ videt ⁊ austronotus dicit. His duobꝰ polis moueri sphęrā cęli dicūt ⁊ cū motu eiꝰ sidera i ea fixa ab oriēte vsqꝫ i occidendentē circuire· septētrionibus breuiores gyros iuxta cardinē pagentibus.

De cursu eiusdē sphęrę Cap. XXXIII.

SPhęra cęli ab oriēte ⁊ occidente semel in die ⁊ nocte vertitur. xxiiii. horaꝝ spacijs quibus sol cursum suum supra terras ⁊ sub terras sua volubilitate concludit.

De celeritate celi Cap.xxxiiii.

Tanta celeritate celi sphera dicit' currere ut nisi aduersus p̄cipitē ei⁹ cursū astra currerent que eū remoraret· mūdi ruinā faceret.

De axe celi Cap.xxxv.

Axis ē septētrionalis linea recta que per mediā pilā sphere tendit. ⁊ dicta axis ꝙ in ea sphera ut rota voluit'· uel quia ibi plaustrum est.

De celestibus polis Cap.xxxvi.

Poli sūt circuli q̄ currūt ꝑ axem. Hoꝝ alt' est septētrionalis q̄ nūq̄ occidit· appellaturq̄ boreus· alt' australis q̄ nunq̄ videt' ⁊ austronot⁹ dicit'. ⁊ dicti poli ꝙ sint axiū cycli· ex vsu plaustroꝝ a poliendo scilicet noīati· ꝫ polus boreus semp videt'· austronotus nunq̄· q: dextra celi altiora sūt· p̄ssa austri.

De cardinibus celi Cap.xxxvii.

Cardines celi extreme partes sūt axis. Et dicti cardines eo ꝙ ꝑ eos vertit' celū· uel quia sicut cor voluūtur.

De cōuexis celi Cap.xxxviii.

Conuexa aūt celi extrema ei⁹ sūt a curuitate dicta· ut ē illud: Conuexū quotiens claudit nox humida celū. Cōuexū enim curuū ē· q̄si cōuersū seu inclinatū. ⁊ ad modū circūflexū.

De ianuis celi Cap.xxxix.

Ianue celi due sūt· oriens ⁊ occasus. Nā vna pte sol ꝓcedit. alia se recipit.

De gemina celi facie Cap.xl.

Facies celi uel caput· orietalis regio est· vltima septētrionalis. De qua Lucan⁹: Sic mūdi pars ima iacet· quā zona niualis· ꝑpetueq̄ p̄mūt hyemes.

De quattuor partib⁹ celi Cap.xli.

Climata celi id ē plage ul' ptes quattuor sūt· ex qb⁹ pma pars orientalis est· vnde alique stelle oriūt'. Secūda occidētalis· vbi nobis alique stelle occidūt. Tertia septētrionalis vbi sol puenit in dieb⁹ maioribus. Quarta australis· vbi sol puenit noctib⁹ maiorib⁹. Oriēs aūt ab exortu solis ē nūcupat⁹. Occidēs ꝙ diem faciat occidē ⁊ interire. Abscōdit enī lumē mūdo ⁊ tenebras supinducit. Septētrio aūt a septē stellis axis vocat⁹· que i ipso reuolute rotant'. Hic ꝓprie ⁊ vertex dicit' eo ꝙ vertit'. Meridies aūt vocat'· uel q: ibi sol facit mediū diē· q̄si medidies· uel q: tūc puri⁹ micat ether. Merū enī puꝝ dicitur. Sūt ⁊ alia septē climata celi· q̄si. vij. linee ob orientē in occidentē· sub quib⁹ ⁊ mores hoīu3 dispares atq̄ aīalia specialit' diuersa nascūt'· que vocata sūt a locis qbusdā famosis· quoꝝ pmū ē meroes· secūdū syenes· tertiū catacoras· id ē africa· quartū rhodus· quītū hellespontus· sextū mesopontus· septimū borustenus.

De hemispherijs Cap.xlii.

Hemispheriū dimidia ps sphere ē. hemispherion supra terras· ē ea pars celi que a nobis tota videt'· hemispherion sub terra ē· que videri non pōt ꝙdiu sub terra fuerit.

De qnq̄ circulis celi Cap.xliii.

Zone celi qnq̄ sūt quarū distinctionib⁹ quedā ptes reperie sua incolūt'· quedā immanitate frigoris aut caloris ihabitabiles existunt. Que ideo zone uel circuli appellant'· eo ꝙ in circūductiōe sphere existūt. Quoꝝ prim⁹ circulus ideo arcticus appellat'· ꝙ int' eum arcturi signa inclusa ꝓspiciūt'. Secūdus circul⁹ therinos qui ⁊ tropic⁹ dicit'· q: in eo circuiēs sol· aquilonis finib⁹ estatē facit. ⁊ vltra eū circulū nō trāsit. sed statim reuertit'. ⁊ inde tropic⁹ appellat'. Terti⁹ circulus himerin⁹· qui a latinis ideo equinoctialis appellat'· eo ꝙ sol cū ad eū orbē puenerit equinoctiū facit. himerinus enim latine dies dicit' atq̄ nox quo circulo dimidia sphere pars cōstituta ꝑspicit'. Quart⁹ circul⁹ antarctic⁹ vocat⁹· eo ꝙ contrari⁹ sit circulo quē arcticon nominam⁹. Quintus circul⁹ chimerin⁹ tropic⁹· q̄ a latinis hyemalis siue brumalis appellat'· ideo q: sol cū ad eum circulum puenerit· hyemē his q̄ ad aquilonē sūt facit. ⁊ estatē his q̄ in austri ptib⁹ cōmorantur.

De zodiaco circulo xliiii.

Zodiacus aūt circulus ē q̄ ex lineaꝝ qnq̄ angulis ⁊ ex vna linea constat.

De candido circulo Cap.xlv.

Lacteus circul⁹ via ē que i sphera videt'· a candore dicta· q: alba ē· quā aliq̄ dicūt viam esse qua circuit sol. ⁊ ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

De magnitudine solis Cap.xlvi.

Magnitudo solis fortior ē terre. vn̄ ⁊ eodē momēto q̄ orit'. ⁊ oriēti simul ⁊ occidēti equaliter apparet. Q: vo tanq̄ cubitalis nobis videt'· cōsiderare oportet· quātū sol distat a terris· que lōgitudo facit ut paruus videatur a nobis.

De magnitudine lune Cap.xlvii.

Magnitudo q̄ lune· minor fert' esse q̄ solis. Nā dū sol superior sit a luna. ⁊ tñ a nobis maior q̄ luna videat'· iam si ꝓpe nos accessisset· multo maior q̄ luna cōspiceret'. Sicut aūt fortior ē sol terra· ita terra fortior ē luna· per aliquam quantitatem.

De natura solis Cap.xlviii.

Sol dū igne⁹ sit· p̄ nimio motu cōuersionis sue ampli⁹ icalescit. Cui⁹ ignē dicūt philosophi aqua nutriri ⁊ ecōtrario elemento virtutē luminis ⁊ caloris accipere. Unde videmus cum sepius madidū ⁊ rorantē.

De cursu solis Cap.xlix

Solē ꝑ seipsū moueri· non cū mūdo verti dicunt. Nā si fixus celo maneret· omnes dies ⁊ noctes eq̄les existerēt· ꝫ cum alio loco cras occasuꝝ· alio occidisse hesterno videm⁹ apparet eū ꝑ seipsū moueri· nō cum mundo verti. Spatijs eni inequalib⁹ orbes annuos cōficit ꝓpt tēpoꝝ mutatiōes. Oriēs diē facit· occidēs noctē

inducit. Nā vadens longi⁹ ad meridiē hyemem facit: ut hibernis humoꝛib⁹ ac pꝛuinis t̄ra pinguescat. Accedēs ꝓpius ad septētrionē: estatē reddit: ut fruges maturitate durent. ꝛ quę sūt i humidis incocta: feruefacta mitescat.

De defectu solis Cap. l.

Sol oꝛiēs diē facit: occidēs noctē inducit. Nam dies ē sol sup terras: nox ē sol sub t̄ra. Ex ipso eni sūt hoꝛę: ex ipso dies cū ascēderit. ex ipso etiā nox cū occiderit. ex ipso menses ꝛ anni numerāt. ex ipso vicissitudines fiunt tēpoꝝ. Qñ aūt p meridiē currit: vicinioꝛ t̄rę est. qñ ṽo iuxta septētrionē sublimis attollit̄. Cui ideo de⁹ diuersos cursus ꝯstituit: loca ꝛ tpa: ne dū semp i ijsdē moꝛaret̄ locis: quotidiano vapoꝛe ei⁹ vniuersa cōsumeret̄. ſ; ut clemens ait: cursus diuersos accipit: quib⁹ aeris tēperies ꝓ ratiōe tēpoꝝ dispenset̄. ꝛ oꝛdo vicissitudinū ꝑmutationūqꝫ seruet̄. Nā dū ad supioꝛa cōscenderit ver tēperat. vbi āt ad sūmū celi venerit: estiuos accēdit caloꝛes. descendēs rursus autūno tēperiē reddit. vbi ṽo ad inferioꝛē redit circulū: ex glaciali compage celi rigoꝛē nobis hiberni frigoꝛis derelinquit.

De itinere solis Cap. li.

Sol oꝛiens per meridiem iter habet: qui postqꝫ ad occasū venerit. ꝛ oceano se intinxerit: ꝑ incognitas sub terra vias vadit. ꝛ rursus ad oꝛientē recurrit.

De lumine lunę Cap. lii.

Lunam quidā philosophi dicūt ꝓpriū lumen habere: globiqꝫ ei⁹ vnā partē eē lucifluā. aliam ṽo obscuram. ꝛ paulatim se vertēdo diuersas foꝛmas efficere. Alij ecōtra aiūt lunā nō suū lumē habere: ſ; solis radijs illuminari. Unde ꝛ eclipsin patit̄: si int̄ ipsam ꝛ solē vmbꝛa terrę interueniat. Sol eni illi loco supioꝛ est: Hinc euenit ut qñ sub illo est pte supioꝛe luceat: inferioꝛe ṽo quā habet ad terras obscura sit.

De foꝛmis lunę Cap. liii

Prima figura lunę bicoꝛnis est ita



Secūda sectilis habet ita



Tertia dimidia habet ita



Quarta plena ita



Quinta iterū dimidia ex maioꝛe ita



Sexta iterū sectilis ita



Septima bicoꝛnis ita



Septima aūt semis. ꝛ vicesima secunda semis in suo oꝛbe medię sunt. Cetere ꝓpoꝛtionales sūt.

De interlunio lunę Cap. liiii.

Interluniū lunę est tēp⁹ illud int̄ deficientē ꝛ nascētē lunā. Est aūt. xxx. dies qꝫ luna nō lucet. Quę ideo videri non pōt: quia soli cōiūcta obscuratur: ſ; eodē momēto renascēs paulatim ab eo recedēdo videt̄.

De cursu lunę Cap. lv.

Luna amissi ac recepti luīs vicibus menstrua in cētro spacia moderat̄. Quę ideo incedit obliquo ꝛ non recto cursu ut sol scilicꝫ ne incidat in centrū terrę. ꝛ frequēt̄ patiat̄ eclipsin. Vicin⁹ eni ē ei⁹ circulus t̄rę. Crescēs aūt oꝛientē coꝛnib⁹ spectat: decrescēs occidētē merito: qꝛ occasura ꝛ amissura ē lumen.

De vicinitate lunę ad terras Cap. lvi.

Luna terris vicinioꝛ est qꝫ sol: inde ꝛ breuioꝛi oꝛbe celeri⁹ ꝑagit cursū suū. Nam iter qḋ i dieb⁹. ccc. lxv. sol ꝑagit. ista per xxx. dies ꝑcurrit. Unde ꝛ antiqui menses in luna: annos aūt in solis cursu posuerūt.

De eclipsi solis Cap. lvii.

Eclipsis solis ē quotiēs luna. xxx. ad candem lineā qua sol vehitur ꝑuenit: eiqꝫ se obijciēs solē obscurat. Nā deficere nobis sol videtur: dum illi oꝛbis lunę oppoīt̄.

De eclipsi lunę Cap. lviii.

Rome prim⁹ libroꝝ copiā aduexit Emilius paulus·persę macedonū rege deuicto·deinde Lucill⁹ e pontica preda. Post hos cęsar dedit marco varroni negocium causa maxime bibliothecę construendę. Primū aūt romę bibliothecas publicauit Pollio grecas simul atq̧ latinas additis auctoꝝ imaginibus in atrio qđ de manubijs magnificentissimū instruxerat.

Qui apud nos bibliothecas instituerūt Cap.vi.

Apud nos q̄ꝫ Pamphilus martyr·cui⁹ vitam eusebius cesariensis cōscripsit; Pisistratū in sacrę bibliothecę studio primus adequare cōtendit. Hic eni i bibliotheca sua ꝓpe xxx.voluminū milia habuit. Hieronym⁹ quoq̧ ac Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quęrētes ordine ꝓsecuti sunt· eorūq̧ studia i vno voluminis indiculo comprehenderūt.

Qui multa scripserūt Cap.vii.

Marcus terentius varro apud latinos innumerabiles libros scripsit. Apud grecos q̄ꝫ calciter⁹ miris attollitur laudib⁹ ꝙ tantos libros edidit quātos quisq̧ nostrū alienos scribere ꝓpria manu vix possit. De nr̄is quoq̧ apud grecos Origenes i scripturaꝝ labore tā grecos q̄ latinos operū suoꝝ numeros supauit. Deniq̧ Hieronymus sex milia libroꝝ eius legisse fatetur. Horū tñ oīuꝫ studia Augustinus ingenio uel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit ut dieb⁹ ac noctibus non solū scribere libros eius quisq̄· sed nec legere quidem occurrat.

De generibus opusculoꝝ Cap.viii.

Opusculoꝝ genera sunt tria. Primū gen⁹ excerpta sūt·quę grece scholia nūcupant̄ in quibus ea que videnē obscura uel difficilia·sūmatim ac breuiter ꝑstringuntur. Secūdū genus omelię sunt·quas latini verbū appellāt que ꝓferūt̄ i populis. Tertiū tomi·quos nos libros uel volumina nuncupamus. Omelię aūt ad vulgus loquūt̄·tomi vo·id est libri maioris sunt disputatiōis. Dialogus est collatio duoꝝ uel plurimoꝝ·quē latini sermonē dicūt. Nam quos greci dialogos vocāt·nos sermones vocam⁹. Sermo aūt dict⁹ q̄a inter vtrūq̧ serit̄. Vn̄ ⁊ i Virgilio: multa inter se serebant. Tractatus est vnius rei multiplex expositio eo ꝙ trahat sensum in multa sentiēdi cōtrectādo secū. Differt aūt sermo·tractatus ⁊ v̄bū. Sermo eni altera eget ꝑsona·tractatus specialit̄ ad seipsū est.verbū autē ad oēs. Vn̄ ⁊ dicit̄: Verbū fecit ad populū. Cōmētaria dicta quasi cū mēte. Sūt eni interꝑtationes·ut cōmēta iuris·cōmēta euāgelij. Nā quicq̄d breuit̄ cōponit̄ cōmētariū dicit̄; qđ vo elongat̄ expositio nominat̄. Apollogeticū ē excusatio i quo solēt q̄dā accusantib⁹ r̄ndere. In defensiōe eni aut negatiōe sola positū ē.⁊ ē nomē grecū. Panegyricū est licentiosū ⁊ lasciuiosū gen⁹ dicendi in laudib⁹ regū in cui⁹ cōpositiōe hoīes multis mēdacijs adulāt̄. Qđ malū a grecis exortū ē; quoꝝ leuitas instructa dicendi facultate ⁊ copia incredibili multas mēdacioꝝ nebulas suscitauit. Fastorū libri sūt·in quib⁹ reges uel cōsules scribunt̄·a fascib⁹ dicti·id est potestatib⁹. Vn̄ ⁊ Ouidij libri fastoꝝ dicūtur q: de regib⁹ ⁊ cōsulib⁹ editi sūt. Proemiū est initiū dicendi. Sūt eni proemia principia librorum quę ante causę narrationē ad instruēdas audientiū aures coaptant̄.cuius nomē pleriq̧ latinitat̄ periti sine trāslatiōe posuerūt. Hoc aūt vocabulū apud nos interꝑtatū·prefatio nuncupat̄·quasi prelocutio. Precepta sunt quę aut q̄d faciēdū·aut q̄d nō faciēdū sit docet. Quid faciendū·ut dilige dn̄m deū tuū.⁊ honora patrē tuū ⁊ matrē tuam. Quid nō faciendū· ut nō mechaberis·non furtū facies. Similit̄ ⁊ gētiliū precepta ul' iubēt uel vetāt. Iubēt faciēdū·ut nudus ara·sere nud⁹. Vetant ut neue int̄ vites corylū sere·neue flagella sūma pete. Prim⁹ aūt precepta apud hebreos moyses scripsit·apud latinos martius vates primus precepta cōposuit. Ex quib⁹ ē illud·postrem⁹ dicas·prim⁹ taceas. Parabolę ⁊ ꝓblemata noībus suis indicāt alti⁹ se ꝑscrutari oportere. Parabola q̄ppe alicui⁹ rei similitudinē pre se gerit· qđ licꝫ sit vocabulū grecū·iam tñ ꝓ latino vsurpat̄. Et notū ē ꝙ in pabolis quę dicūt̄ ꝑ rerū siītudines rebus de quib⁹ agitur compant̄. Problemata aūt quę latine appellant̄ ꝓpositiōes·questiōes sūt habētes aliq̄d qđ disputatiōe soluēdū sit. Questio aūt ē quesitio cū querit̄ an sit·an q̄d sit· an quale sit. Argumentū vo dictū quasi argutū· uel ꝙ sit argute inuentū ad cōprobandas res. Epistolam ꝓpe greci vocāt·qđ interꝑtat̄ latine missa. Stola enim siue stoli·missa uel missi. Ante chartę ⁊ membranarū vsum in dolatis ex ligno codicillis epistolarū eloquia scribebātur. Unde ⁊ portitores earum tabellarios vocauerunt.

De ceris Cap.ix.

Cerę lrāꝝ materies puuloꝝ nutrices·ipsę dāt ingeniū pueris ꝑmordia sensus·q̄rū studiū ꝑmi greci tradidisse ꝓdūt̄. Greci eni ⁊ tusci·ꝑmū ferro in ceris scripserunt·postea romani iusserūt ne graphiū ferreū q̄s haberet

Unde ꝛ apud scribas dicebatur: Ceram ferro ne cędito. Postea institutū est ut cerā ossib⁹ scriberēt sicut indicat atta. in satyra dicēs: Uertamus vomerē in cęram mucroneq₃ arem⁹ osseo. Graphiū aūt gręce. latine scriptorū dicitur: Nam graphi scriptura dicitur.

De chartis Cap. x.

Chartarꝝ vsum primū ęgypt⁹ ministrauit cęptū apud memphiticā vrbē. Mēphis enī ciuitas ęgyptiorꝝ est vbi chartę vsus inuētus ē primū. sicut ait Lucanus. Cōficit bibula mēphitis charta papyro. Bibulam aūt papyrū dixit. ꝙ humorē bibat. Charta autē dicta ꝙ carptim papyri tegmē decerptū glutinat. Cuius genera ꝙplura sunt. Prima et pręcipua augustea regia. maioris formę. i honorē Octauiani augusti appellata. Secūda libyana ob honorē libyę puintię. Tertia hieratica dicta eo ꝙ ad sacros libros eligebatur. similis augustęę sed subcolorata. Quarta teneotica a loco alexandrię qui ita vocat̄ vbi fiebat. Quinta saltica ab oppido salo. Sexta corneliana a Cornelio gallo pręfecto ęgypti pmū confecta. Septima emporitica ꝙ ea merces iuoluūtur cū sit scripturis minus idonea.

De pergamenis Cap. xi.

Pergameni reges cum charta indigerent mēbrana primi excogitauerunt. Unde ꝛ pergamenarū nomē hucusq₃ tradente posteritate sibi seruatū est. Hęc ꝛ mēbrana dicūtur. q: ex mēbris pecudū detrahūtur. Fiebant enī primū coloris lutei. id est crocei. Postea ꝟo romę candida mēbrana repta sūt. ꝙ apparuit inhabile esse. ꝙ ꝛ facile sordescāt. aciemq₃ legentiū lędant: cū peritiores architecti neq₃ aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putēt. neq₃ pauimenta alia ꝙ carysteo marmore. ꝙ auri fulgor hebetat. ꝛ carysti viriditas reficiat oculos. Nam ꝛ qui nummulariā discūt. denariorꝝ formis i myrteos pannos subijciūt. ꝛ gēmarꝝ sculptores. scarabeorꝝ terga quibus nihil est viridius subinde respiciunt. ꝛ pictores idem faciūt. ut laborē visus eorꝝ viriditate recreent. Membrana aūt aut cādida aut lutea aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt Luteū mēbranū bicolor est. quod a cōfectore vna tingit̄ parte. id ē crocat̄. de quo Persius. Jam liber ꝛ positis. bicolor mēbrana capillis. Purpurea ꝟo inficiūtur colore purpureo in quib⁹ aurū ꝛ argentum liquescens patescat in litteris.

De libris conficiendis Cap. xii.

Quędā genera librorꝝ apud gentiles certis modulis conficiebantur. breuiore forma carmina atq₃ epistolę. At ꝟo historię maiore modulo scribebāt̄. ꝛ nō solū in charta uel mēbranis ꝭ etiā ꝛ i momētis elephātinis textilibusq₃ maluarū folijs atq₃ palmarū. Cui⁹ generis Cinna sic meminit. Hęc tibi areteis multū iuigilata lucernis Carmina. quis ignes nouiun⁹ aereos: Leuis i aridulo maluę descripta libello. Prusiaca vexi munera nauicula. Circūcidi libros siciliępmū increbruit. Nam initio pumicabantur. vnde ꝛ Catullus ait. Cui dono lepidum nouū libellum. arido modo pumice expolitum.

De librorū vocabulis Cap. xiii.

Codex multorū librorū est. liber vni⁹ voluminis. Et dictus codex p translationē a codicib⁹ arborꝝ seu vitiū: quasi caudex ꝙ in se multitudinē librorū quasi ramorū contineat. Uolumen liber est a voluendo dictus. sicut apud hebręos volumina legis. volumina ꝓphetarum. Liber est interior tunica corticis quę ligno cohęret. in qua antiqui scribebāt. de quo Uirgili⁹ sic: alta liber aret in vlmo. Unde ꝛ liber dicitur in quo scribim⁹. q: ante vsū chartę uel mēbranarum de libris arborū volumina fiebant. id est cōpaginabantur. Unde ꝛ scriptores a libris arborꝝ librarios vocauerunt.

De librarijs ꝛ eorꝝ instrumentis Cap. xiiii.

Librarios cōstat ante bibliopolas dictos Librū enī gręci biblum vocant. Librarij aūt idē ꝛ antiquarij vocant̄. ꝭ librarij sūt qui ꝛ noua ꝛ vetera scribūt. antiquarij qui tantūmodo vetera. vnde ꝛ nomen sumpserunt. A scribēdo autē scriba nomē accepit. officiū exprimens vocabuli qualitate. Jnstrumenta scribę. calamus ꝛ penna. Ex his enī verba paginis infigūtur. sed calam⁹ arboris ē. penna auis. cui⁹ acumen in duo diuidit̄. in toto corpore vnitate seruata. credo ꝓpter mysteriū. ut i duobus apicibus vetus ꝛ nouū testamentū signaretur. quibus exprimitur verbi sacramentū sanguine passionis effusum. Dictus aūt calamus ꝙ liquorē ponat. vnde ꝛ apud nautas calare ponere dicit̄. Penna aūt a pendendo vocata. id est volando. Est enī ut diximus auiū. Folia aūt librorū appellata. siue ex similitudine foliorū arborꝝ. seu quia ex follib⁹ fiunt. id est ex pellib⁹ quę de occisis pecudibus detrahi solent. cuius partes paginę dicunt̄. eo ꝙ sibi iuicē compingant̄. Uersus autē vulgo vocati. quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enī ad dextrā primū deducebant stilum. deinde conuertebant̄ ab inferiore. rursus ad dextrā versus. quos ꝛ hodie rustici versus vocāt. Scheda est quod adhuc emēdatur. ꝛ necdum in libris redactum est. ꝛ est nomen gręcum. sicut ꝛ tomus.

De canonibus euangeliorū Cap. xv.

Canones euāgeliorꝝ Ammoni⁹ alexādrię epus prim⁹ excogitauit. quē postea Eusebius cesariensis secut⁹ pleni⁹ composuit. Qui ideo facti sūt. ut p eos iuenire ꝛ scire possem⁹ q̄ reliquorꝝ euāgelistarꝝ similia aut ꝓpria dixerunt. Sūt āt numero decē. quorꝝ pm⁹ cōtinet numeros i quib⁹ quattuor eadē dixerūt: mattheus. marcus lucas ꝛ iohānes. Secūd⁹ i quib⁹ tres: mattheus marcus. lucas. Terti⁹ i quib⁹ tres: matthe⁹. lucas ꝛ iohānes. Quart⁹ in quib⁹ tres: matthe⁹. marc⁹ iohannes. Quint⁹ i quib⁹ duo: mattheus. lucas.

Sextus in quib⁹ duo·matthęus marc⁹. Septim⁹ in quib⁹ duo·matthęus·iohānes. Octau⁹ in qb⁹ duo·lucas·marcus. Non⁹ in quib⁹ duo·lucas·iohannes. Decim⁹ in quib⁹ singuli eoꝝ ꝓpria quędā dixerūt. quoꝝ expositio hec ē: Per singulos enim euāgelistas numerus quidā capitulis affixus adiacet·quib⁹ numeris subdita est era quedā·minio notata quę indicat in quoto canone posit⁹ sit numer⁹ cui subiecta ē era. verbi grā: Si ē era pma in primo canone·si secūda i secūdo·si tertia i tertio. ⁊ sic p ordinē vsq ad decimū puenies. Si igit aperto quolibet euāgelio placuerit scire qui reliquoꝝ euāgelistaꝝ similia dixerūt·assumes adiacentē numerū capituli. ⁊ requires ipsū numerū in suo canone quē indicat·ibiq inuenies qui ⁊ qd dixerūt. ⁊ ita demū in corpore inquisita loca quę ex ipsis numeris indicāt p singula euāgelia·de eisdem dixisse inuenies.

De canonibus conciliorum Cap. XVI.

Canon aūt grece latine regula nuncupat. Regula aūt dicta ꝙ recte ducit·nec aliquā aliorsū trahit. Alij dixerūt regulā dictā uel ꝙ regat·uel ꝙ normā recte viuēdi prebeat·uel ꝙ distortū prauūq qd corrigat. Canones aūt generaliū conciliorꝝ a tēporib⁹ constātini cęperūt. In precedētib⁹ nāq annis psecutiōe feruente·docēdarū plebiū minime dabat facultas. Inde xpianitas i diuersas hereses scissa est·quia nō erat licentia epis in vnū cōuenire nisi tpe supradicti imperatoris. Ipse eni dedit facultatē xpianis libere cōgregari. Sub h etiā sancti patres in concilio niceno de oī orbe terraꝝ conuenientes iuxta fidē euāgelicā ⁊ aplicā·secundum post aplos symbolū tradiderūt. Inter cetera autem cōcilia qttuor ee scim⁹ venerabiles synodos quę totā pncipalit fidem complectūt·qsi qttuor euangelia·uł totidē paradisi flumina. Haꝝ prima nicena synodus·ccc. xviij. eporū constantino augusto imperante pacta ē. In q arrianę pfidię cōdēnata blasphemia·quā de inegītate sancte trinitat idē arrius asserebat·cōsubstātialē deo patri deū filiū eadem sancta synodus p symbolū definiuit. Secūda synod⁹. c.l. patrū sub theodosio seniore cōstātinopoli congregata est quę macedoniū spiritū sanctū deū ee negantē cōdēnans·consubstantialē patri ⁊ filio spiritū sanctū demōstrauit·dans symboli formā quā tota grecoꝝ ⁊ latinoꝝ cōfessio i ecclesijs predicat. Tertia synod⁹ ephesina prima ducentoꝝ episcopoꝝ sub iuniore theodosio augusto edita ē·quę nestoriū duas psonas in xpo asserētē iusto anathemate cōdēnauit·ostendens manere i duab⁹ naturis vnā dñi nostri ihesu xpi psonam. Quarta synod⁹ chalcedonēsis. d.c. xxx. sacerdotū sub marciano pncipe habita est in qua euticen cōstātinopolitanū abbatē vbi dei ⁊ carnis vnā naturā pnunciātē. ⁊ ei⁹ defensorē dioscoꝝ quondā alexandrinū epm. ⁊ ipsū rursū nestoriū cū reliquis hereticis vna patrū sentētia predamnauit predicans eadē synodus xpm dñm de virgine sic natū·ut in eo substātiā diuinę ⁊ humanę cōfiteamur naturę. Hęc sūt qttuor synodi pncipales·fidei doctrinā plenissime predicātes. ꝭ ⁊ si q sūt cōcilia quęsci patres spū dei pleni sanxerūt·p⁹ istaꝝ qttuor auctoritatē·oī manēt stabilita vigore·qrū gesta i hoc ope cōdita ptinēt. Synodū āt ex greco iterptari comitatū uel cętū. Cōcilij vo nomē tractū ex more romano. Tēpore eni q causę agebant·cōueniebāt oēs i vnū·coiq intētiōe tractabant. Unde ⁊ cōciliū a coī intēciōe dicitū qsi cōsiliū. Nā cilia oculoꝝ sūt·vnde ⁊ consiliū·id ē consiliū d. in. l. litterā trāseūte. Cętus vo cōuent⁹ est uel cōgregatio a coeūdo·id ē cōueniēdo in vnū·vnde ⁊ cōuentus ē nūcupatus·sicut a conuētu cętus·ita ⁊ conciliū a societate multoꝝ in vnū.

De cyclo pascali Cap. XVII.

Pascalē cyclū hippolytus epus tēporib⁹ alexādri imparatoris primo⁹ cōscripsit. Post quē pbatissimi auctores·eusebi⁹ cęsariensis·theophilus alexādrin⁹·psper q natiōe aquitanus atq victorin⁹ amplificatis eiusdē festiuitatis rōnib⁹·multiplices circulos ediderūt. Cui⁹ qdē rōne beatissim⁹ Cyrill⁹ alexādrine vrbis eps in nonagintaqnq annos·p qnquies decēnouies calculāe·quoto kalēdas uel luna debeat pascalis solēnitas celebrari summa breuitate notauit. Cyclus autē vocat⁹ eo ꝙ i orbe digestus sit. ⁊ qsi in circulo dispositū ordinē cōplectat annorū sine varietate ⁊ sine vlla arte. Unde factū ē ut cuiusq materię carmina simplici formitate facta·cyclica vocarent. Hinc ⁊ latine cyclū dictū ꝙ ordinē habeat statū annorum.

		Primus cyclus	Luna.
B	c. ij. idus	aprilis	xx.
	c. vj. kal.	aprilis	xvj.
	E. xvj. kal.	maij	xvij.
	c. vj. idus	aprilis	xx.
B	c. ix. kal.	aprilis	xv.
	E. ij. idus	aprilis	xvj.
	c. ij. non.	aprilis	xix.
	E. viij. kal.	maij	xx.
B	c. v. idus	aprilis	xv.
	c. ij. kal.	aprilis	xviij.
	E. xij. kal.	maij	xix.
	c. non.	aprilis	xv.
B	c. v. kal.	aprilis	xvij.
	E. xvj. kal.	maij	xviij.
	c. vj. idus	aprilis	xxj.
	c. ix. kal.	aprilis	xvij.
B	c. idus	aprilis	xvij.
	c. ij. non.	aprilis	xx.
	E. viij. kal.	maij	xxj.
		Secundus cyclus.	
	c. v. idus	aprilis	xviij.
B	c. ij. kal.	aprilis	xx.
	E. xij. kal.	maij	xxj.

	c.non.	aprilis	xvij.
	c.v.kal.	aprilis	xx.
B	E.xvj.kal.	maij	xx.
	c.kal.	aprilis	xvj.
	E.xj.kal.	maij	xvij.
	c.idus	aprilis	xx.
B	c.v.kal.	aprilis	xv.
	E.xv.kal.	maij	xvj.
	c.v.idus	aprilis	xix.
	c.viij.kal.	aprilis	xv.
B	E.idus	aprilis	xv.
	c.non.	aprilis	xviij.
	c.v.kal.	aprilis	xxj.
	E.iiij.idus	aprilis	xv.
B	c.kal.	aprilis	xvij.
	E.xj.kal.	maij	xviij.
	Tertius cyclus		
	c.viij.idus	aprilis	xv.
	c.iiij.kal.	aprilis	xviij.
B	E.xv.kal.	maij	xviij.
	c.v.idus	aprilis	xxj.
	c.viij.kal.	aprilis	xvij.
	E.xviij.kal.	maij	xviij.
B	c.non.	aprilis	xx.
	E.vij.kal.	maij	xxj.
	c.iiij.idus	aprilis	xvij.
	c.iiij.non.	aprilis	xx.
B	E.xj.kal.	maij	xx.
	c.viij.idus	aprilis	xvj.
	c.iiij.kal.	aprilis	xix.
	E.xiiij.kal.	maij	xx.
B	c.iiij.non.	aprilis	xv.
	c.viij.kal.	aprilis	xviij.
	E.xviij.kal.	maij	xix.
	c.iij.kal.	aprilis	xv.
B	E.xiiij.kal.	maij	xv.
	Quartus cyclus		
	c.iij.idus	aprilis	xix.
	c.vij.kal.	aprilis	xv.
	E.xvij.kal.	maij	xvj.
B	c.viij.idus	aprilis	xviij.
	c.iiij.kal.	aprilis	xxj.
	E.iij.idus	aprilis	xv.
	c.iij.non.	aprilis	xviij.
B	E.x.kal.	maij	xviij.
	c.xviij.kal.	maij	xxj.
	c.iij.kal.	aprilis	xvij.
	E.xiij.kal.	maij	xviij.
B	c.iiij.idus	aprilis	xx.
	c.vij.kal.	aprilis	xvj.
	E.xvij.kal.	maij	xvij.
	c.vij.idus	aprilis	xx.
B	c.xj.kal.	aprilis	xv.
	E.iij.idus	aprilis	xvj.
	c.iij.non.	aprilis	xix.
	E.ix.kal.	maij	xx.
	Quintus cyclus		
B	c.vij.idus	aprilis	xvj.
	c.iij.kal.	aprilis	xix.
	E.xiij.kal.	maij	xx.
	c.ij.non.	aprilis	xvj.
B	c.vij.kal.	aprilis	xvij.
	E.xvij.kal.	maij	xix.
	c.ij.kal.	aprilis	xv.
	E.xij.kal.	maij	xvj.
B	c.iij.idus	aprilis	xviij.
	c.iij.non	aprilis	xxj.
	E.xvj.kal.	maij	xv.
	c.vj.idus	aprilis	xviij.
B	c.iij.kal.	aprilis	xx.
	E.xiij.kal.	maij	xxj.
	c.ij.non.	aprilis	xvij.
	c.vj.kal.	aprilis	xx.
B	c.xvij.kal.	maij	xx.
	c.ij.kal.	aprilis	xvj.
	E.xij.kal.	maij	xvij.

A Conditione mundi vsq ad hunc nouissimũ cyclũ computãtur anni.5920. Post cuius expletionẽ ad pmũ exordiũ recurrendũ est. Antiquit9 ecclesia pasca.xiiij.a luna cũ iudeis celebrabat quocũq die occurreret. Quẽ ritum sancti patres in nicena synodo ,phibuerunt. constituẽtes nõ solũ lunã pascalem ꝛ mensem inquirere. ſ etiã ꝛ diẽ resurrectiõis dñicę obseruare. ꝛ ob hoc pasca a.xiiij.a luna vsq ad.xxj.extenderũt ut dies dñicus nõ omitteret. Pascę aũt vocabulũ nõ grecũ ſ hebraicũ ẽ. nec a passione. qm̃ paschin grece dicit pati. ſ a transitu hebręo verbo pasca appellatũ est. eo ꝙ tũc pp̃ls dei ex egypto trãsierit. Unde ꝛ i euãgelio. cũ vidisset inqt ihesus quia venit hora ut trãsiret de mũdo ad patrẽ. Cui9 nox ideo puigil ducit ,pter aduentũ regis ac dñi nr̃i. ut temp9 resurrectionis eius nos nõ dormientes. sed vigilãtes inueniat: cuius noctis duplex ratio est. siue ꝙ in eadem tunc vitam recepit cũ passus est. siue ꝙ postea eadem hora qua resurrexit ad iudicandũ ventur9 ẽ. Eo aũt modo agimus pasca ut nõ solũ mortẽ ꝛ resurrectionẽ xp̄i in memoriã reuocem9. sed etiã cętera quę circa eũ attestant ad sacramẽtoꝝ significationẽ inspiciam9. Propter initiũ eñi noue vitę. ꝛ ,pter nonũ hoiem quẽ iubemur induere ꝛ exuere veterẽ. expurgam9 vetus fermentũ ut sim9 noua cõspersio. qm̃ pasca nostꝝ imolatus ẽ xp̄s. Propter hãc ergo vitę nouitatẽ prim9 mensis nouoꝝ i anni mẽsib9 celebrationi pascali mystice attributus est. Qr ṽo tertię ebdomadę die pasca celebrat. id ẽ qui dies occurrit a qntadecima luna vsq i vicesimãprimã. hoc significat. q2 in toto tpe sęculi qd septenario dieꝝ numero agit. nũc tertiũ tẽpus hoc in sacramentum apparuit. Primũ eñi temp9 ẽ ante legẽ. secundũ sub lege. tertiũ sub gratia. vbi iam manifestatũ ẽ sacramẽtũ prius occultũ in ,phetico enigmate. Ideo ꝛ ,pter hęc tria sęculi tempora resurrectio dñi triduana ẽ. Qr ṽo a quarta decima luna vsq ad.xxj.p dies.vij.pascalis dies quęrit. hoc fit ,pt

ipsum numerū septēnariū quo vniuersitatꝭ signi/
ficatio sepe figurat᷑· qui etiam ipsi ecclesie tribuit
ꝓpter instar vniuersitatis· vnde ⁊ Johēs apl's in
apocalypsi ad septē scribit ecclesias. Ecclesia ṽo
in ista adhuc mortalitate carnis constituta ꝓpter
ipsam mutabilitatē lune noīe in scripturis signi/
ficat᷑. Uaria autē obseruantia opinionū pascalis
festiuitatis interdū errorē gignit. Latini nāq3 a
iiij. noñ. martias vsq3 i. iij. noñ. aprilis pmi men/
sis lunā inquirūt. ⁊ si. xvª. luna die dñico ꝑuenerit
in alio die dñico pasca ꝓtrahunt. Greci primi
mēsis lunā ab. viij. id' martias vsq3 in diē noñ.
april' obseruant. ⁊ si. xvª. luna die dñico incurre/
rit· sanctū pasca celebrant. Huiusmodi ergo dis/
sensio int᷑ vtrosq3 pascalē regulā turbat. Com/
munis annus dicit᷑ qui. xij. tm̄ lunationes hoc est
dies. cccliiij. habet. Dictus autē cōmunis· q: sepe
duo ita cōiuncti incedūt ut inuicē se i pascali so/
lennitate sequant᷑. Nā embolismus ann' est semp
solus. Embolismi' annus est qui. xiij. mēses luna/
res· id est. ccclxxiiij. dies habere monstrat᷑. Ipse est
annus sancto Moysi diuinit' reuelatus· in quo
iubent᷑ hi qui longius habitant· in secūdo mense
pasca celebrare. Embolismus autē nomen grecū
est· qd interpretat᷑ latine supaugmentū: eo ꝙ ex/
pleat numerū annoꝝ cōmuniū quib'. xj. lunares
dies deesse cernunt᷑. Embolismi aūt anni ⁊ cōmu
nes sic inueniunt᷑. Si eni a. xiiij. luna pasce prece/
dentis vsq3 ad. xiiij. sequētis. ccclxxiiij. dies fuerit·
embolismalis ann' ē· si. cccliiij. cōmunis. Bissex/
tus est post annos. iiij. vnus dies adiectus. Cre/
scit enim per singulos annos quarta pars assis.
At vbi quarto anno assem cōpleuerit bissextilē
annū facit. Dictus aūt bissextus q: bis sexies du/
ctus assem facit· qd est vn' dies· sicut quadrantem
ꝓpter quater ductū qd ē bissextus· quē sup dierū
cursum in annū sol facit· siue ꝙ nequeat annum
subintroducere nisi bissexto noñ. mar. cōputaue/
ris· hoc est ⁊ primo die sexto noñ. mar. ⁊ addito
bis sexto alio die sexto noñ. mar. iteraueris. A
sexto aūt noñ. martias vsq3 in diē pridie kal'. ia/
nuarias in lune cursu bissext' apponit᷑· atq3 inde
detrahit᷑. Intercalares aūt dies idcirco vocant᷑.
q: interponūt᷑· ut ratio lune solisq3 cōueniat. Ca/
lare eni ponere dicit᷑· intercalare interponē. Epa/
ctas greci vocant· latini adiectiones annuas lu/
nares· quē p vndenariū numerū vsq3 ad tricena/
riū in se reuoluunt᷑. Quas ideo egyptij adijciunt
ut lunaris emensio rationi solis equet᷑. Luna eni
iuxta cursum suū. xxviij. semis dies lucere dino/
scit᷑ ⁊ fiūt in annū lunares dies. cccliiij. remanent
ad cursum anni solaris dies. xj. quas egyptij ad/
ijciunt. vnde ⁊ adiectiones vocant᷑. Absq3 his nō
inuenies lunā quota sit in qlibet āno ⁊ mēse ⁊ die.
Iste epacte semp. xj. kal'. april' reperiūt᷑ i eadē luna
que fuerit eo die. Continent᷑ aūt circulo decēno/
uenali· ꝭ cū ad. xxviij. epactas ꝑuenerint· qui est
circulus decēnouenalis· iā sequenti anno nō ad/
des sup. xxviij. xj. ut. x. annuncies detractis. xxx.
ꝭ inde reuerteris ut. xj. ꝓnuncies.

De reliquis festiuitatibus Cap. xviii.

FEstiuitas dicta a festis diebus· quasi fe/
stiditas. eo ꝙ in eis sola res diuina fit.
Quib' contrarij sūt fasti in quibus ius
fat᷑. id est dicit᷑. Solēnitas a sacris dicit᷑ ita susce/
pta· ut mutari ob religionē nō debeat· a solito id
est firmo atq3 solido noiata· uel ex eo ꝙ soleat fie/
ri i anno. Celebritas aūt nominat᷑· ꝙ nō ibi ter/
rena· ꝭ celestia tm̄ agant᷑. Pasca festiuitatū diuꝫ
prima est· de cuius vocabulo iā supius dictū est.
Pentecostes sicut ⁊ pasca apud hebreos celebris
dies erat· qd p' qnq3 decadas pasce celebrat᷑. vnde
⁊ vocabulū sumpsit. Penta eni grece quinq3. in q
die ꝭm legem· panes ꝓpositionis de nouis frugi/
bus offerebant᷑. Cui' figurā ann' iubileus i testa/
mento veteri gessit· que nūc iterū p futuram re/
promissionis eternā requiē prefigurat᷑. Epipha/
nia grece· latine apparitio siue manifestatio vocat᷑
eo enim die xp̄us sideris indicio magis apparuit
adorand'. Qd fuit figura primitie credētiū gen/
tium. Quo die ⁊ dñici baptismatis sacramentū·
⁊ ꝑmutate in vinū aque factorū p dñm signorum
principia extiterūt. Due sunt autē epiphanie. pri/
ma in qua natus est xp̄us ⁊ pastorib' hebreoꝝ an/
gelo nunciante apparuit. secunda in qua ex gen/
tium pp'lo· stella indice· presepis cunabula magis
adoraturis exhibuit. Scenophegia· solennitas
hebreoꝝ de greco in latinū tabernaculoꝝ dedica/
tio interpretat᷑· que celebrat᷑ a iudeis· in memoriā
expeditionis cū ab egypto ꝓmoti in tabernacu/
lis agebant. ⁊ ex eo scenophegia. Sceno eni gre/
ce· latine tabernaculū dicit᷑. Que solēnitas apud
hebreos septēbrio mense celebrabat᷑. Neomenia
apud nos kalende· apud hebreos autē q: ꝭm lu/
narē cursum menses supputantur. ⁊ grece mene
luna appellatur· inde neomenia id est noua luna.
Erant eni apud hebreos ipsi dies kalendarū· ex
legali institutione solennes. de quib' in psalterio
dicit᷑: Canite i initio mēsis tuba· in die insignis
solēnitatis vestre. Encenia autē est· noua templi
dedicatio. Grece eni cenon dicit᷑ nouū. Quando
eni aliquid nouū dedicat᷑: encenia dicit᷑. Hāc de/
dicatiōis templi solennitatē iudei octobrio mēse
celebrabāt. Dies palmaꝝ ideo dicit᷑· q: in eo dñs ⁊
saluator noster sicut ꝓpheta cecinit irl'm tendens
asellū sedisse phibet᷑. Tūc gradiens· cū ramis pal
marū multitudo plebiū obuiā ei clamauerūt. O/
sanna· benedict' qui venit in nomine dñi rex isrl'.
Uulgus aūt ideo hūc diem capitilauiū vocat· q:
in eo tūc mos est lauādi capita infantiū· q vngen
di sunt: ne obseruatione. xl'. sordidata ad vnctio/
nem accederet. Hoc aūt die· symbolū cōfitentib'
tradit᷑· ꝓpter confinem dñice pasce solennitatē· ut
qui iā ad dei gratiā ꝑcipiendā festināt· quā confi
teant᷑ fidem agnoscāt. Cena dñica dicta est· eo ꝙ
in eo die saluator pasca cū suis discipulis fecerit:

qd ⁊ vsqꝫ hodie sicuti ē traditū celebrat͛·sanctūqꝫ in eo chrisma conficit͛. Sabbatū ab hebreis·ex interpretatione vocabuli sui requies nominat͛·ꝙ deus in ipso pfecto mūdo requieuisset. Siquidē ⁊ eo die requieuit dñs ī sepulchro·ut quietis illi⁹ mysteriū confirmaret·qd iudeis obseruandū·in vmbra futuri preceptū est. Sed postꝙ xp̄us in sepultura sua eius figuram adimpleuit·obseruatio ei⁹ quieuit. Dñicus dies ꝓinde vocat͛·q: in eo resurrectiōis dñi nostri gaudiū celebrat͛. Qui dies nō iudeis ꝫ xp̄ianis in resurrectione dñi declaratus est. ⁊ ex illo habere cepit festiuitatē suā. Illis eni solū celebrandū sabbatū traditū est·qui erant antea requies mortuoꝝ·resurrectio autē illi⁹ erat qui resurgens a mortuis iam nō moreret͛. Postꝙ aūt facta ē talis resurrectio in corpe dñi·ut preiret ī capite ecclesie·qd corpus ecclesie speraret in fine·iam dies dñicus·id ē octauus·qui ⁊ primus celebrari cepit.

De officijs Cap. xix.

Officioꝝ plurima genera sūt·ꝫ precipuū illud·qd in sacris diuinisqꝫ rebus habet͛. Officiū autē ab efficiendo dictum quasi efficiū·ꝑpter decorē sermonis vna mutata lrā·uel certe ut quisqꝫ illa agat que nulli officiant ꝫ prosint omnib⁹. Uespertinū officiū est in noctis initio·vocatū a stella vespere·que surgit oriente nocte. Matutinū vo officium est in lucis initio·a stella lucifero appellatū·que orit͛ inchoante mane. Quorū duoꝝ tempoꝝ significatione ostendit͛·ut die ac nocte semp deus laudet͛. Missa·tpe sacrificij est·qn cathecumini foras mittunt͛·clamāte leuita: si quis cathecumin⁹ remansit exeat foras. ⁊ inde missa·q: sacramētis altaris interesse nō possunt qui nōdum regenerati noscunt͛. Chorus est multitudo in sacris collecta. ⁊ dictus chorus ꝙ initio in modum corone circū aras starent. ⁊ ita psallerent. Alij chorū dixerūt a cōcordia·que in charitate consistit·q: si charitatem nō habeat: respondere conuenient͛ nō potest. Cum aūt vnus canit·grece monodia·latine sinciniū dicit͛·cū vo duo canūt·biciniū appellat͛·cū multi·chorus. Nā chorea ludicrū cantilene·uel saltationes classium sunt. Antiphona ex greco·interpretat͛ vox reciproca·duob⁹ scilicꝫ choris alternatim psallentib⁹ ordine cōmutato·siue de vno ad vnū. Quod genus psallēdi greci inuenisse tradunt͛. Responsorios itali tradiderunt. Quos inde responsorios cant⁹ vocant·ꝙ alio desinēte·id alter respōdeat. Intē responsorios aūt ⁊ antiphonas hoc differt·ꝙ ī responsorijs vn⁹ versum dicit·in antiphonis aūt vsib⁹ alternāt chori. Lectio dicit͛·q: nō cantat͛ ut psalm⁹ uel hymn⁹·ꝫ legit͛ tm̄. Illic eni modulatio·hic sola ꝓnunciatio querit͛. Canticū est vox cantant͛ ī leticia. Psalm⁹ aūt dicit͛·q: cantat͛ ad psalteriū·quo vsum esse Dauid ꝓphetā in magno mysterio prodit historia. Hec aūt duo ī quibusdā psalmoꝝ titulis·iuxta musicā artem·alternatim sibi apponunt͛. Nā canticū psalmi est cum id qd organū modulat͛·vox postea cantātis eloquit͛. Psalmus vo cantici·qd humana vox preloquit͛·ars organi modulantis imitat͛. Psalmus aūt a psalterio dicit͛·vnde nec mos est ex alio opeꝝ componi. Tres aūt gradus sūt in cantando. primus succentoris·secūdus incentoris·terti⁹ accentoris. Diapsalma quidā hebreū verbū esse volūt·quo significat͛·semp·id est·ꝙ illa quibus hoc interponit͛·sempiterna esse confirmet. Quidam vo grecū verbū existimant q̄ significat͛ interuallum psallendi·ut psalma sit qd psallit͛·diapsalma vo interpositū in psallēdo silentiū·ut queadmodū simpsalma dicit͛ vocis copulatio in cantādo: ita diapsalma disiūctio eaꝝ·vbi quedam requies distincta continuatione ostendit͛. Unde ⁊ illud probabile est: non coniungendas sententias in psallendo·vbi diapsalma interposita fuerit. quia ideo interponit͛·ut cōuersio sensuū uel ꝑsonarum esse noscat͛. Hymnus est canticū laudantiū·qd de greco ī latinū laus interpretat͛·ꝓ eo ꝙ sit carmen leticie ⁊ laudis. Proprie aūt hymni sūt cōtinentes laudē dei. Si ergo sit laus ⁊ nō sit dei·nō est hymn⁹. si sit ⁊ laus ⁊ dei laus ⁊ nō cantet͛·non est hymn⁹. Si ergo ⁊ in laudem dei dicit͛ ⁊ cantat͛: tūc est hymn⁹. Cui contrarium est threnū·qd est lamenti carmē ⁊ funeris. Alleluia duoꝝ verborū interpretatio est·hoc est laus dei. ⁊ est verbum hebreum. Ia eni vnū est de .x. nominib⁹·quibus apud hebreos deus vocat͛. Amen significat vere siue fidelit͛·qd ⁊ ipsum hebreū est. Que duo verba·amē ⁊ alleluia·nec grecis nec latinis nec barbaris licet in suā linguam oīo transferre uel alia lingua annūciare. Nā q̄uis interptari possint·ꝑpter sanctiorē tamen auctoritatē·seruata est ab ap̄lis in his ꝓprie lingue antiq̄tas. Tanto eni sacra sunt noīa·ut etiā iohēs in apocalypsi referat se spiritu reuelante vidisse ⁊ audisse vocē celestis exercitus·tāꝙ vocem aquaꝝ multarū ⁊ tonitruū validorū dicentiū: amen ⁊ alleluia·ac per hoc sic oportet in terris vtraqꝫ dici sicut in celo resonāt. Osanna in alteri⁹ lingue interpretationē in toto transire nō potest. Osi eni saluifica interpretat͛· anna interiectio est·motū animi significans sub deprecātis affectu. Integre aūt dicit͛ osianna·qd nos corrupta media vocali lrā ⁊ elisa dicim⁹ osanna·sicut fit in versib⁹ qn̄ scandim⁹. Littera enim prima verbi sequentis·extremā prioris verbi veniens excludit. ⁊ dicit͛ hebraice osanna qd interpretat͛ saluifica·subaudiēdo uel populum tuū·uel totū mūdū. Offertoriū tali ex causa sumpsit vocabulū. Fertū eni dicit͛ oblatio que ī altari offert͛ ⁊ sacrificat͛ a pontificib⁹·a quo offertoriū nominatū·quasi ꝑpter fertū. Oblatio vocat͛ q: offert͛. Dona ꝓprie dei dicunt͛·munera hoīuꝫ. Nam munera dicunt͛ obsequia que pauperes diuitib⁹ loco munerū soluūt. Itaqꝫ mun⁹ homini dat͛·donum deo·vnde etiā ī tēplis donaria dicim⁹. Munera

aūt vocant᷑·q: manib⁹ uel accipiunt᷑ uel dant᷑. Duo sūt aūt quę offerunt᷑· donū ⁊ sacrificiū. Donū dicit᷑ quicq̄d auro argētoq; aut q̄libet alia specie efficit᷑. Sacrificiū aūt est victima. ⁊ quęcūq; in ara cremant᷑ seu ponunt᷑. De aūt qđ deo dat᷑. aut dedicat᷑ ant cōsecrat᷑. Qđ dedicat᷑: dicēdo dat᷑. vnde ⁊ appellat᷑. vnde ⁊ errant q̄ dedicationē consecrationē putāt significari. Immolatio ab antiq̄s dicta. eo ꝙ in mole altaris posita victima cęderet᷑ vnde ⁊ mactatio post imolationē est. nunc autem imolatio panis ⁊ calicis cōuenit. libatio aūt tantūmodo calicis oblatio est. Hinc ē illud: Et libauit de sanguine vuę. sicut ⁊ secularium quidā poetarū. nūc inquit pateras libate ioui. Libare enim ꝓprie fundere est. sumptūq; nomen de libero quodam. qui in grecia vsū repperit vitis. Hostię apud veteres dicebant᷑ sacrificia. quę fiebant anteꝙ ad hostē ꝑgerent. Victimę ṽo sacrificia. quę post victoriā deuictis hostib⁹ imolabant᷑. Et erāt victimę maiora sacrificia ꝙ hostię. Alij victimā dictā putauerūt. q: ictu ꝑcussa cadebat. uel q: vincta ad aras ducebat᷑. Holocaustū illud est. vbi totū igne cōsumit᷑ qđ offert᷑. Antiqui enī cū maxima sacrificia administrarēt. solebant totas hostias in sacroꝝ consumere flāma. ⁊ ipsa erant holocaustomata. Holo enī grece totū dicit᷑. caustis incensio. ⁊ holocaustū totū incensum. Cerimonię apud latinos. dicunt᷑ sacra oīa. quę apud grecos orgia vocant᷑. Proprie aūt visum ē doctorib⁹ a carēdo appellari cerimonias. quasi carimonias. eo ꝙ ea quę in sacris diuinis offerunt᷑. in suo vsu bis carerent homines. qđ etiā nomen in vsu est lrāꝝ sanctaꝝ. Alij cerimonias ꝓprie in obseruationib⁹ iudeorū credūt. abstinentiā scilicet quarūdam escarū: ſm veterē legē. eo ꝙ obseruātes careant his reb⁹ quibus se abstinuerūt. Sacrificiū dictū. quasi sacrū factū. q: prece mystica cōsecrat᷑ i memoriā ꝓ nobis dn̄icę passionis. Unde h̄ eo iubēte corp⁹ xp̄i ⁊ sanguinē dicim⁹. qđ dū sit ex fructib⁹ terre. sanctificat᷑ ⁊ fit sacramentū. operāte inuisibilit᷑ spū dei. cui⁹ panis ⁊ calicis sacramentū greci eucharistiā dicūt: qđ latine bona grā interpretat᷑. Et q̄d melius corpe ⁊ sanguine xp̄i: Sacramētū est. in aliqua celebratione. cū res gesta ita fit ut aliq̄d significare intelligat᷑. qđ sancte accipiendū est. Sūt aūt sacramenta. baptismū ⁊ chrisma. corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i. quę ob id sacramēta dicunt᷑. q: sub tegimento corporaliū rerū. virt⁹ dīna secreti⁹ salutem eorūdem sacramentoꝝ opat᷑. Unde ⁊ a secretꝭ virtutib⁹ uel sacris sacramēta dicunt᷑. Quę ideo fructuose penes ecclesiā fiunt. q: sanct⁹ in ea manens spūs. eorūdem latenter sacramentoꝝ opat᷑ effectū. vnde seu ꝑ bonos seu ꝑ malos ministros. intra dei ecclesiā dispensent᷑. tn̄ q: spūs sanct⁹ mystice illa viuificat. qui quondā aplico in tpe. visibilib⁹ apparebat operib⁹. nec bonoꝝ meritis dispēsatoꝝ amplificant᷑ hęc dona. nec maloꝝ attenuant᷑. q: neq; qui plantat est aliq̄d neq; qui rigat. ſ; qui incrementū dat deus. Unde ⁊ grece mysteriū dicitur ꝙ secretā ⁊ reconditā habeat dispensationē. Baptismū grece. latine tinctio interpretat᷑. quę idcirco tinctio dicit᷑. q: ibi homo spū gratię in melius imutat᷑. ⁊ longe aliud ꝙ erat efficit᷑. Prius enim deformitate peccatoꝝ fędi eram⁹. i ipsa intinctiōe reddimur pulchri dealbatione virtutū. Unde in canticis scribit᷑ canticoꝝ. Quę est ista quę ascendit dealbata? Cui⁹ mysteriū nō alit᷑ nisi sub trinitatis designatiōe. id est patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti cognominatione complet᷑. dicente dn̄o ad aplos: Ite docete oēs gentes baptizantes eos i nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. Sicut enī in trib⁹ testibus stat omne verbū. ita hoc sacramentū cōfirmat ternari⁹ numerus nominū dīnoꝝ. Qz aūtē ꝑ aquā baptismū dat᷑. hęc ratio est. Uoluit enī dn̄s ut res illa inuisibilis ꝑ congruentē. ſ; ꝑfecto contrectabilē rem. visibile impenderet᷑ elementū. sup qđ etiā in principio ferebat᷑ spūs sanctus. Nā sicut aqua purgat᷑ exterius corpus. ita latent᷑ eius mysterio ꝑ spm̄ sanctū purificat᷑ ⁊ anim⁹. Cuius sanctificatio ita est. Inuocato enī deo descendit spūs sanctus de cęlis ⁊ medicatis aquis. sanctificat eas de semetipso. ⁊ accipiūt vim purgationis ut in eis ⁊ caro ⁊ anima delictis inquinata mundet᷑. Chrisma grece latine vnctio noīat᷑. ex cuius noīe ⁊ xp̄s dicit᷑ ⁊ homo post lauacrū sanctificat᷑. Nā sicut in baptismo peccatoꝝ remissio dat᷑. ita ꝑ vnctionē sanctificatio spirit⁹ adhibet᷑. ⁊ hoc de pristina disciplina. qua vngi in sacerdotium ⁊ in regnum solebant. ex quo ⁊ aaron a moyse vnctus est. Quę dū carnalit᷑ fit. spiritualit᷑ ꝑficit. quō ⁊ in ipsa baptismi grā visibilis actus ē ꝙ in aq̄ mergimur. ſ; spiritualis effect⁹ ꝙ delictis mūdamur. Hoc significat illud vnguentū. qđ peccatrix mulier super pedes. ⁊ ea que dicit᷑ nō fuisse peccatrix sup caput ih̄u fudisse describit᷑. Manus impositio ideo fit ut ꝑ benedictionē aduocatus inuitet᷑ spūs sanctus. Tūc enī ille paclitus. post mūdata ⁊ benedicta corpa. libens a patre descendit. ⁊ q̄si sup baptismi aquā. tāꝙ sup pristinā sedem recognoscens requiescit. Nā legit᷑ ꝙ i principio aquis superferebat᷑ spiritus sanctus. Exorcismus grece latine cōiuratio siue sermo increpationis est. aduersus diabolū ut discedat. sicut est in zacharia: Et ostendit mihi iesū sacerdotem magnū. stantem corā angelo dn̄i. ⁊ sathan stabat a dextris ei⁹ ut aduersaret᷑ ei. ⁊ dixit dn̄s ad sathan: Increpet dn̄s in te sathan. ⁊ increpet dn̄s in te qui elegit ierl̄m. Hoc est exorcismus. increpare ⁊ coniurare aduersus diabolū. Unde sciendū ꝙ non creatura dei in infantib⁹ exorcizat᷑ aut exsufflat᷑. ſ; ille sub quo sunt oēs qui in peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorū. Symbolum ꝑ linguā grecā signū uel cognitio interpretat᷑. Discessuri enī apl̄i ad euangelizandū in gentibus. hoc sibi predicationis signū uel indiciū posuerunt. Continet enī confessionem trinitatis ⁊ vnitatē ecclesię. ⁊ omne

xpiani dogmatis sacramentũ. Quod symbolum fidei ⁊ spei nostre nõ scribit̃ i charta ⁊ atramento. ſ; in tabulis cordis carnalibꝰ. Oratio petitio dicit̃. Nã orare est petere. sic exorare impetrare. Constat aũt oratio loco ⁊ tempore. Loco. q: non vbiq; cũ ꝓhibeamur a xpo orare in publico. sed vbi opportunitas dederit. aut necessitas imposuerit. Neq; enĩ contra preceptũ reputat̃ ab apostolis factum. q: in carcere audientibꝰ custodibus orabant ⁊ canebãt deo. De tempore ṽo dictũ est: sine intermissione orate. ſ; hoc singularibꝰ. Nam est obseruatio quarũdam horarũ cõmuniũ. que diei interspacia signãt. tertia. sexta. ⁊ nona. similiter ⁊ noctis. ſ; ideo hę orandi horę diuisę sũt. ut si forte aliquo fuerimus opere detenti. ipsum nos ad officium tempꝰ admoneat. quę tempora i scripturis inueniunt̃. Primũ enĩ spũs sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrꝰ qua die visionem cõmunicationis in illo vasculo expertus est. sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiã cum iohanne hora nona templũ adijt. qñ claudum sanitati reformauit. Sed ⁊ daniele legimus hęc tẽpora in oratiõe obseruasse. ⁊ vtiq; ex israelis disciplina. ut ne minus q̃ ter in die adoremus. Debitores enĩ sumus triũ ꝑsonarum. patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. exceptis vtiq; ⁊ alijs legitimis orationibꝰ quę sine vlla admonitione debent̃. in ingressu lucis ac noctis. siue vigiliarum. ſ; ⁊ cibum nõ prius sumere q̃ interposita oratiõe debemꝰ. Priora enĩ habẽda sunt spũs refrigeria. quia priora cęlestia q̃ terrena. Qui aũt vult orationẽ suã volare ad dñm. faciat illi duas alas. ieiunium ⁊ elemosynam ⁊ ascẽdet celeriter. ⁊ exaudiet̃. Ieiuniũ est parsimonię victus. abstinẽtiaq; ciboꝝ. cui nomen est inditũ ex quadam parte viscerũ tenui semꝑ ⁊ vacua. qd vulgo ieiuniũ vocat̃. vnde ieiunij nomẽ credit̃ deriuatũ. q: sui inedia viscera vacua ⁊ exinanita existant. Ieiuniũ aũt ⁊ statio dicit̃. Statio aũt de militari exemplo nomen accepit. ꝓ eo q: nulla lętitia obueniẽs castris stationẽ militum rescindat. Nã lętitia libentius tristitia sollicitius administrat disciplinã. Unde ⁊ milites nũq̃ immemores sacramenti. magis stationibus parent. Discernũt aũt quidam inter ieiunium ⁊ stationẽ. Nam ieiuniũ est indifferent cuiuslibet diei abstinẽtia. nõ ſm legem ſ; ſm propriã voluntatẽ. statio aũt est obseruatio statutorum dierũ uel temporũ. Dierum. ut quartę ferię ⁊ sextę ieiuniũ. ex veteri lege preceptũ. de q̃ statione in euangelio dixit ille: ieiuno bis in sabbato. id ẽ quarta ⁊ sexta sabbati. Temporũ aũt. quę legalibus ac ꝓpheticis institutionibꝰ. terminatis temporibus statuta sunt. ut ieiuniũ quarti. v. vij. ⁊. x. mensis. uel sicut in euãgelio dico illi in quibꝰ ablatus est sponsus. uel sicut obseruatio quadragesimę quę in vniuerso orbe. institutiõe ap̃lica obseruat̃: circa confiniũ dñice passionis. His tertiũ genus quidam adijciunt. quã xerophagiã dicũt. abstinentiã scilicet ciboꝝ humentiũ. Unde ⁊ nomen hoc datum. eo q: siccis quidã escis vtantur. Penitentia appellata quasi punitentia. eo q: ipse homo i se pęnitẽdo puniat qd male admisit. Nã nihil aliud agunt quos veracit̃ pęnitet. nisi ut id quod male fecerũt impunitum esse nõ sinant. Eo quippe modo sibi nõ parcentibꝰ ille parcit. cuius altum iustũq; iudiciũ nullus contemptor euadit. Perfecta est aũt pęnitentia. pręterita deflere ⁊ futura nõ admittere. Hęc secunda in similitudine fontis est. ut si forte impugnãte diabolo aliquod peccatũ irrepserit. huius satisfactione purgetur. Satisfactio aũt ẽ. causas peccatoꝝ ⁊ suggestiones excludere ⁊ vltra peccatum nõ iterare. Reconciliatio ṽo ẽ quę post complementũ pęnitentię adhibet̃. Nam sicut conciliamur deo: quãdo primũ a gentilitate conuertimur. ita reconciliamur: quando post peccatũ pęnitẽdo regredimur. Exomologesis gręco vocabulo dicitur. qd latine confessio interpretat̃. cuiꝰ nominis duplex significatio est. Aut enĩ in laude intelligit̃ confessio sicut est: confiteor tibi pater dñe cęli ⁊ terrę. aut dũ quisq; confitetur sua peccata ab eo indulgenda cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo gręco vocabulo. exprimitur ⁊ frequentat̃ exomologesis. qua delictum nostrũ dño cõfitemur. nõ quidem ut ignaro. cuius cognitioni nihil occultum est. ſ; cõfessio est rei scilicet eius quę ignorat̃ ꝓfessa cognitio. Utile enĩ sibi ac iocundũ quisq̃ esse existimauerat: rapere. adulterari. furari. sed vbi hęc eternę damnationi obnoxia esse cognouit: cognitis his confitetur errorẽ. Cõfessio aũt erroris. ꝓfessio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est. dum confessio est. Confessio autẽ antecedit. remissio sequit̃. Ceterum extra veniã est qui peccatum cognoscit nec cognitum confitet̃. Itaq; exomologesis. prosternẽdi ⁊ humilificãdi hominis disciplina est. habitu atq; victu. sacco ⁊ cinere incubare. corpus sordibus obscurare. animũ merorībꝰ deijcere. illa quę peccauit. tristi tractatiõe mutare. Letanię gręco nomine appellantur. quę latine dicunt̃ rogationes. Inter letanias ṽo ⁊ exomologesin hoc differt. q: exomologesis ꝓ sola confessione peccatorum agitur. letanię ṽo dicunt̃ ꝓpter rogandum dñm ⁊ impetrandũ in aliquo misericordiã eius. Sed nũc iam vtrũq; vocabulum sub vna significatione habet̃. nec distat vulgo vtrum letanię. an exomologesis dicantur. Supplicationis aũt nomen quodãmodo ex gentilitate retinetur. Nam ferię aut legitimę erant apud eos. aut indictę. Indictę autẽ quia paupertas antiqua romanorum aut ex collatione sacrificabat. aut certe de bonis damnatorum. Unde supplicia dicunt̃ supplicationes quę fiebãt de bonis passorum supplicia. Sacrę enim res. de rebus execrandorum fiebant.

Incipit liber septimus De deo Cap. i.

Beatissimus hieronymus vir eruditissimus ꝛ multarū linguarū peritus hebꝛeoꝛum nominum interpꝛetationē pꝛimus in latinā linguam cōuertit. Ex quib⁹ ꝓ bꝛeuitate pꝛetermissis multis·quedā huic operi adiectis interpꝛetationibus interponenda studui. Vocabuloꝝ enim expositio satis indicat qd velint intelligi. Habēt enim quedā ex ꝓpꝛijs causis·nominū rationē. In pꝛincipio aūt decem nomina ponimus·quib⁹ apud hebꝛeos deus vocat̄. Pꝛimū apud hebꝛeos dei nomen el dicit̄·qd alij deū·alij etymologiam eius expꝛimētes·ischyros id est foꝛte interpꝛetati sunt·ideo ꝙ nulla infirmitate pꝛemit̄·ſ₃ foꝛtis est ꝛ sufficiens ad omnia ꝑpetranda. Secundū nomen eloi est. Tertiū eloe qd vtrūq₃ in latinū·deus dicit̄. Est aūt nomen in latinū·ex greca appellatione translatū. Nā deus grece theos dicit̄·quasi δέος·id ē timoꝛ·vnde tractū ē nomen deus·ꝙ eū colentib⁹ sit timoꝛ. De⁹ aūt ꝓpꝛie nomen est trinitatis ꝑtinens ad patrem ꝛ filium ꝛ spiritū sanctū. Ad quā trinitatem etiā reliqua que in deo infra sunt posita vocabula referunt̄. Quartū nomē dei dicit̄ sabaoth: qd vertit̄ in latinū: exercituū siue virtutū. de quo i psalmo ab angelis dicit̄: Quis est iste rex glīe? Dn̄s virtutū. Sūt aūt in huiusmodi oꝛdinatione virtutes multe: ut angeli·archangeli·pꝛincipatus ꝛ potestates·cunctiq₃ celestis militie oꝛdines·quoꝝ tamen ille dn̄s est. Omnes enī sub ipso sūt. eiusq₃ dominatui subiacēt. Quintū nomen elion·quod interpꝛetat̄ i latinū excelsus·q: supꝛa celos est·sic scriptū est de eo: Excelsus dn̄s: supꝛa celos gloria eius. Excelsus autē dictus ꝓ valde celsus. Ex enī ꝓ valde ponit̄·sicut eximius quasi valde eminens. Sextum nomen eieie·id est qui est. Deus enī solus q: eternus est·hoc est·q: exoꝛdiū nō habet·essentie nomen vere tenet. Hoc enī nomen ad sanctū moysen ꝑ angelū est delatū. Querenti enī qd esset nomen eius qui eū ꝑgere pꝛecipiebat ad populū ex egypto liberandū·respōdit: Ego sum qui sū. ꝛ dices filijs isrl̄: qui est misit me ad vos. tanq̄ in eius cōparatione qui vere ē·q: incōmutabilis est: ea que cōmutabilia facta sūt·quasi nō sint. Qd enī dicit̄ fuit·nō est. ꝛ qd dicit̄ erit·nondum est. Deus aūt esse tm̄ nouit·fuisse ꝛ futurum esse nō nouit. Solus enī pater cū filio ꝛ spū sancto veracit̄ est. Cuius essentie comparatū esse nostrum·nō esse est. Unde ꝛ in colloquio dicim⁹·viuit deus·q: essentia vita viuit·quā moꝛs nō habet. Septimū adonay·qd generaliter dn̄s interpꝛetat̄·ꝙ dominet̄ creature cuncte·uel ꝙ creatura omnis dominatui eius deseruiat. Dn̄s ergo ꝛ de⁹ uel ꝙ dominet̄ omnibus uel ꝙ timeat̄ a cunctis.

Octauū ia. qd i deo tm̄ ponit̄·qd etiā in alleluia in nouissima syllaba sonat. Nonū tetragrāmaton·hoc est quattuoꝛ litteraꝝ·qd ꝓpꝛie apud hebꝛeos in deo ponitur·iode·iode·id est duabus ia·que duplicata ineffabile illud ꝛ gloꝛiosum dei nomen efficiūt. Dicit̄ aūt ineffabilis·nō q: dici non potest·ſ₃ q: finiri sensu ꝛ intellectu humano nullatenus potest. ꝛ ideo q: de eo nihil dignū dici potest·ineffabilis est. Decimū saddai. id est omnipotens. Vocatus aūt omnipotens·eo ꝙ omnia potest·ſ₃ a faciendo qd vult·nō a patiendo quod nō vult. Qd si ei accideret·nequaq̄ eēt omnipotēs. facit enī quicq̄d vult. ꝛ inde omnipotens. Item omnipotens·q: ipsius sunt omnia que vbiq₃ sūt. Solus enī totius mūdi habet imperium. Dicunt̄ aūt ꝛ alia quedā in deū substantialiter nomina: ut imoꝛtalis·icoꝛꝛuptibilis·incōmutabilis·eternus. vnde ꝛ merito cuncte pꝛeponitur creature. Immoꝛtalis sicut de eo scriptū est·qui solus habet imoꝛtalitatem·q: in eius natura nulla est cōmutatio. Nam omnis mutabilitas nō inconuenienter moꝛtalitas dicit̄·ſm quam ꝛ anima moꝛi dicit̄·nō q: in coꝛpus uel i aliquā alterā substantiam mutat̄ ꝛ vertit̄·ſ₃ in ipsa sua substātia quicquid alio modo nūc est aut fuit·ſm id qd destitit esse qd erat·moꝛtalis vtiq₃ depꝛehendit̄·ac ꝑ hoc solus deus dicit̄ imoꝛtalis·q: solus incōmutabilis. Incoꝛꝛuptibilis appellat̄·q: coꝛꝛūpi ꝛ dissolui nō potest nec diuidi. Quicquid enī capit diuisionem. ꝛ interitum capit. Ille nec diuidi potest nec interire. inde incoꝛꝛuptibilis est. Incōmutabilis est·q: semꝑ manet ꝛ mutari nescit. Nec ꝓficit quia ꝑfectus est·nec deficit q: eternus. Eternus ē quia sine tempoꝛe est. Nō enim habet initiū neq₃ finem. Hinc ꝛ sempiternus·eo ꝙ sit semꝑ etern⁹. A quibusdā aūt eternus ab ethere credit̄ dictus·qm̄ celum sedes eius habet̄: vnde est illud. Celū celi dn̄o. ꝛ hec ista quattuoꝛ vnū significant. Nā vna eademq₃ res dicit̄·siue dicat̄ etern⁹ deus siue immoꝛtalis siue incoꝛꝛuptibilis·siue imutabilis. Inuisibilis dicit̄·q: nunq̄ ꝑ substantiā suam apparuit oculis moꝛtaliū trinitas nisi ꝑ speciē subiecte creature eiusdēq₃ coꝛpoꝛe. Nam nemo potest ipsam maiestatē essentie dei videre ꝛ viuere: sicut ꝛ dictū est moysi. Unde ꝛ iohannes in epistola sua dicit. Deum nemo vidit vnq̄. Res ē enī inuisibilis·ideoq₃ nō oculo ſ₃ coꝛde querend⁹ est. Impassibilis est·q: nullis ꝑturbationibus afficit̄·quibus fragilitas humana succūbit. Nō enī attingunt eū vlle passiones ut libido·iracundia: cupiditas·timoꝛ·meroꝛ·inuidia. ꝛ cetera quibus humana mens turbat̄. ſ₃ cū dicit̄ deus irasci·aut zelare·aut dolere: nostro vsu dicit̄. Apud deū enī ꝑturbatio nulla ē·apud quē trāquillitas sūma ē. Simplex aūt dicit̄·siue non amittendo qd habet seu q: nō aliud est ipse. ꝛ aliud qd in ipso est. sicut in homine·cuius aliud est esse·aliud sapere. Nā ꝛ esse potest. ꝛ sapiens nō esse. Deus autem habet

essentiā· habet ⁊ sapientiā· ꝫ qḋ habet· hoc ⁊ est· ⁊ omnia vnus est· ac ꝓinde simplex est· q: nō in eo aliquid accidētis ē· ꝫ qḋ est. ⁊ qḋ in ipso ē· essentialiter est· excepto ꝙ relatiue ad quācunqꝫ ꝑsonam est. Sūmē bonꝰ· q: incōmutabilis ē. Creatura ṽo bonū· ꝫ non sūmū est· q: mutabilis est. Et dūm sit quidē bonū. nō tñ esse potest ⁊ sūmū. Incorporeꝰ aūt uel incorporalis ideo dicit̃ deus· ut spūs credat̃ uel intelligat̃ esse· non corpus. Nā dū dicit̃ spūs· eius significat̃ substantia. Immensus· q: cuncta concludit. ⁊ ipse a nullo concludit̃· ꝫ oīa intra eius omnipotentiā coartantur. Perfectus dicit̃· q: nihil ei possit adijci. Attamen de consūmatione alicuiꝰ facti· ꝑfectio dicit̃. Deus aūt qui nō est factus· quō est ꝑfectus? Sꝫ hoc vocabulū de vsu nostro sumpsit humana inopia· sicut ⁊ reliqua verba· quatenꝰ id qḋ ineffabile ē utcūqꝫ dici possit· qm̄ de deo nihil digne humanꝰ sermo dicit· sicut sunt ⁊ alia. Creator dictus· pro totius mūdi rebus ab ipso creatis. Nihil enī est· qḋ nō originē a deo traxerit. Ipse ⁊ vnus· q: diuidi nō potest· uel q: nihil esse aliud potest· ꝓpter qḋ tantūdem capiat potestatis. Hec igit̃ quę de deo dicta sunt· ad totā ꝑtinent trinitatē· ꝓpter vnam ⁊ coęternā substantiā· siue in patre· siue in filio eius vnigenito in forma dei· siue in spū sancto· q̇ vnus spūs est dei patris ⁊ filij eius vnigeniti. Sūt aūt ⁊ quędā vocabula· ex vsu nostro ad deū sumpta de membris nostris: siue de inferiorībꝰ. ⁊ quia in ꝓpria natura inuisibilis ⁊ incorporeꝰ est· ꝓ efficientijs tamen causarū· in ipso rerū species ascribunt̃· ut more locutionis nostrę facilꝰ seipsum insinuet. ut q: oīa videt· dicat̃ oculus· ꝓpter ꝙ audit omnia dicat̃ auris· ꝓ eo aūt ꝙ auertit̃: ambulat· ꝓ eo ꝙ expectat stat. sic ⁊ in cęteris horū similībꝰ ab humanis mentibꝰ trahit̃ similitudo ad deū· sicut est obliuiscens ⁊ memorās. Hinc est qḋ ⁊ ꝓpheta dicit. Iurauit dñs exercituū ꝑ animā suā. nō ꝙ animam deus habeat· sed hoc nostro narrat affectu. Nā ⁊ facies dei· in scripturis sanctis nō caro sed diuina cognitio intelligit̃· eadē ratione qua ꝑ faciem conspectā quisqꝫ cognoscit̃. Hoc enī in oratione dicit̃ deo: Ostende nobis faciē tuā. ac si dicatur· da nobis cognitionē tuam. Sic ⁊ vestigia dei dicunt̃· q: nūc deus ꝑ speculum agnoscit̃. Ad ꝑfectū ṽo omnipotēs repiet̃· dū in futuro facie ad faciē quibusqꝫ electis pręsentabit̃ ut ipsam speciē contēplent̃· cuiꝰ nūc vestigia cōprehendere conāt̃. hoc est quem videre ꝑ speculū dicunt̃. Nā ⁊ situs ⁊ habitus ⁊ locus ⁊ tempꝰ· in deo nō ꝓprie ꝫ ꝑ similitudinē translatiue dicunt̃. Quippe sedere sup cherubin dicit̃· qḋ est ad situm. ⁊ abyssus tāꝗ vestimentū amictus· qḋ est ad habitū. ⁊ anni tui nō deficient· quod ad tempꝰ ꝑtinet. ⁊ si ascendero in cęlum tu ibi es· quod ad locū. Nam ⁊ in ꝓpheta· plaustri portantis fenū· species ad deū dicit̃. Et hęc omnia per figuram deus· q: nihil est horū ad proprietatem substantię eius.

De filio dei Cap. II.

et in aplatu trallat⁹. Simon chananeus· ad distin/
ctionem simonis petri· de vico galilee chana· vbi
aquas dns mutauit i vinu. Ipse e q in alio euan/
gelista scribit zelotes. Chana quippe zel⁹ interpre/
tat. Iudas iacobi q alibi appellat lebbe⁹· figura/
tu nome habet a corde· qd nos diminutiue corcu/
lu possum⁹ appellare. Ipse in alio euagelista tha/
deus scribitur· quem ecclesiastica tradit historia·
missu edessam ad abagaru rege. Iudas scario/
this· uel a vico in quo ortus est· uel ex tribu isa/
char vocabulu sumpsit quoda presagio futuri i con/
demnatione sui. Isachar eni interptat merces· ut
significaret preciu pditoris quo vedidit dnm. si/
cut scriptu e: Et acceperut mercede mea. xxx. ar/
genteos· preciu qd appreciat⁹ sum ab eis. Ma/
thias q inter apostolos sine cognomine sol⁹ ha/
betur· interptat donat⁹· ut subaudiatur· p iuda.
Ipse enim in locu eius electus e ab apostolis· cu
p duob⁹ sors mitteretur. Marc⁹· excelsus man/
dato· vtiq pter euagelium altissimi qd predicauit.
Lucas· ipse consurgens· siue ipse eleuas· eo q ele/
uauerit predicatione euangelij post alios. Bar/
nabas· filius pphete· uel filius consolationis.

De reliquis in euangelio nominibus Cap. x.

Maria illuminatrix siue stella maris. Ge/
nuit eni lumen mundi· sermone aut syro
maria domina nucupat. et pulchre· q do/
minu genuit. Helisabeth dei mei saturitas· ul dni
mei iuramentu. Magdalena· turris. Martha·
irritas uel puocans. sermone aute syro interptat
dominas. Nathanael· donu dei· quia dolus id e
simulatio· dono dei i eo no fuit. Zebedeus· dona/
tus siue fluens iste. Zacheus· iustus· siue iustifica/
tus· siue iustificandus. syru est nomen non he/
breum. Lazarus adiutus· eo q sit a morte resusci/
tatus. Herodes· pelliceus· uel gloriosus clara ety/
mologia. Caiphas· inuestigator aut sagax· aut
vomens ore. Iniquo enim ore suo iustu condem/
nauit· quis h mysterio prophetali annunciasset.
Pontius· declinans conciliu· vtiq iudeoru. Ac/
cepta enim aqua· lauit manus suas dices: Inno/
cens ego sum a sanguine iusti huius. Pilatus· os
malleatoris· quia dum xpm ore suo et iustificat et
condenat· more malleatoris vtraq ferit. Barra/
bas· filius magistri eor· absq dubio iudeor ma/
gistri· qui e diabolus· homicidioru auctor· q vsq
hodie regnat in eis.

De martyribus Cap. xi.

Martyres greca lingua· latine testes di/
cuntur. vnde et testimonia grece marty/
ria nuncupant. Testes aute ideo vocati
sunt. quia pter testimoniu xpi passiones sustinue/
runt. et vsq ad mortem p veritate certauerut. Qd
vo nos non testes· qd latine vtiq possum⁹ dice/
re· sed grece martyres appellamus· familiari⁹ ec/
clesie aurib⁹ hoc grecu verbu sonat· sicut et multa
greca noia qb⁹ p latinis vtimur. Martyr pri/
mus in nouo testamento stephan⁹ fuit· q hebreo
sermone interptat norma· eo q prior fuerit i mar/
tyrio ad imitatione fideliu. Idem aute ex greco
sermone in latinu vertitur coronatus. et hoc pro/
phetice· ut qd sequeretur in re· vaticinio quodam
futuri· prius in vocabulo resonaret. Passus e eni
et qd vocabatur accepit. Stephan⁹ enim corona
dicitur· humiliter lapidat⁹· sz sublimiter corona/
tus. Duo aut sunt martyrij genera· vnu in aperta
passione· alterum in occulta animi virtute. Nam
multi hostis insidias tolerantes. et cunctis car/
nalibus desiderijs resistentes· per hoc q se omni/
potenti deo in corde mactauerunt· etiam pacis

tempore martyres facti sunt. qui etiã si psecutionis tempus existeret: martyres esse potuerunt.

De clericis Cap. XII.

C Leros & clericos hinc appellatos: quia mathias sorte electus est: quẽ primũ per aplos legimꝰ ordinatũ. Cleros enĩ grece sors uel hereditas latine dicitur. Propterea g̃ dicti sunt clerici: q: de sorte sunt dñi. uel q: dñi ptẽ habent. Generaliter aũt clerici nuncupant̃ oẽs q̃ in ecclesia xp̃i deseruiũt: quorũ gradus & noĩa hec sunt. Ostiariꝰ: psalmista: lector: exorcista: acolythus: subdiaconus: diaconꝰ: presbyter: eps. Ordo epoꝝ q̃dripartitꝰ ẽ: id ẽ in patriarchis: archiepis: metropolitanis atq; epis. Patriarcha greca ligua sumꝰ patrũ interp̃tat̃: q: pmũ: id est aplicũ retinet locũ. & ideo q: sũmo honore fũgit̃: tali noĩe cẽset̃: sic romanꝰ: antiochenꝰ: & alexandrinus. Archiepus greco vocabulo ꝙ sit sũmꝰ epoꝝ. Tenet enĩ vicẽ aplicã & presidet tã metropolitanis q̃ epis ceteris. Metropolitani autẽ a mensura ciuitatũ vocãt̃. Singulis enĩ puintijs preeminẽt: q̃rũ auctoritati & doctrine & potestati ceteri sacerdotes subiecti sunt: sine quibꝰ nihil reliq̃s epos agere licet: sollicitudo enĩ totiꝰ puincie ipsis epis cõmissa ẽ. Oẽs aũt superiꝰ designati ordines vno eodeq; vocabulo epi nominãt̃. sed ideo priuato noĩe quidam vtunt̃, ꝓpter distinctionẽ potestatũ quã singulariter acceperũt. Patriarcha patrũ princeps. Archon enĩ pnceps. Archiepus pnceps epoꝝ. sic metropolitanꝰ a mensura ciuitatũ. Episcopatꝰ aũt vocabulũ inde dictũ: ꝙ ille qui superficit: superintendat: curã scilicet gerens subditorũ. scopin enĩ grece latine intendere dicitur. Epi autẽ grece latine speculatores interp̃tant̃. Nam speculator est prepositꝰ i ecclesia: dictꝰ eo ꝙ speculet̃ atq; pspiciat populoꝝ infra se positoꝝ mores & vitã. Pontifex pnceps sacerdotũ ẽ: q̃si via sequẽtiũ. Ipse & summus sacerdos: ipse & pontifex maximꝰ nuncupat̃. Ipse enĩ efficit sacerdotes atq; leuitas: ipse oẽs ordines eccliasticos disponit: ipse q̃d vnusq̃sq; facere debeat ostẽdit. Antea aũt põtifices reges erãt Nam maiorũ hec erat cõsuetudo: ut rex esset etiã sacerdos & pontifex. Unde & romani impatores põtifices dicebant̃. Uates a vi mẽtis appellatos. cuius significatio multiplex ẽ. Nam modo sacerdotẽ: modo pphetã significat: modo poetã. Antistes sacerdos dictus: ab eo ꝙ ante stat. Primus est enĩ in ordine ecclesie. & supra se nullum habet. Sacerdos aũt nomẽ habet cõpositum ex greco & latino: q̃si sacrũ dans. sicut enĩ rex a regendo: ita sacerdos a sacrificando vocatꝰ est. Cõsecrat enĩ & sanctificat. Sacerdotes aũt gentiliũ flamines dicebãt̃. Hi i capite habebãt pilleũ in q̃ erat breuis virga desup habẽs lane aliquid. Quod cũ p estũ ferre nõ possent: filo tm̃ capita religare ceperunt. Nam nudis eos penitꝰ capitibus incedere nefas erat. vnde a filo quo vtebant̃ flamines dicti sũt: quasi filamines. veꝝ festis diebus filo deposito pilleũ imponebant p sacerdotij eminentia. Presbyter grece latine senior interp̃tatur: non p etate uel decrepita senectute: s; ꝓpter honorẽ & dignitatẽ quã acceperũt: presbyteri noiant̃. Unde & apud veteres idẽ epi & presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis ẽ: hoc etatis. Ideo aũt & presbyteri sacerdotes vocant̃: quia sacrũ dant: sicut & epi qui lic; sint sacerdotes: tamẽ pontificatꝰ apicẽ nõ habẽt: q: nec chrismate frontẽ signãt: nec paraclitũ spiritũ dant: q̃d solis deberi epis lectio actuũ aploꝝ demonstrat. Leuite ex noĩe auctoris vocati. De leui enĩ leuite exorti sunt: a quibꝰ in templo dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi grece diaconi: latine ministri dicunt̃: q: sicut in sacerdote consecratio: ita in diacone ministerij dispensatio habet̃. Hypodiacones grece: q̃s nos subdiaconos dicimus: qui ideo sic appellantur: q: subiacent preceptis & officijs leuitarum. Oblationes enim in templo dei a fidelibus ipsi suscipiũt. & leuitis superponendas altaribus deferũt: Hi apud hebreos nathinnei vocant̃. Lectores a legendo: psalmiste a psalmis canẽdis vocati. Illi enim predicãt populis q̃d sequantur: isti canũt ut excitent ad compunctionem aĩos audientiũ: lic; & quidã lectores ita miserant̃ pnunciẽt: ut q̃sdã ad luctũ lamẽtationeq; cõpellãt. Idẽ etiã & pnũciatores vocant̃: ꝙ porro annũcient. Tanta enim & tam clara erit coꝝ vox: ut q̃uis longe positoꝝ aures adimpleat. Cantor aũt vocatꝰ: q: vocem modulat̃ in cantu. Huius duo genera dicunt̃ in arte musica: sicut ea docti hoĩes latine dicere potuerũt precentor & succentor. Precẽtor scilic; q̃ vocẽ premittit i cantu. Succentor aũt q̃ subsequenter canendo respõdet. Cõcentor aũt dicit̃ q: cõsonat: q̃ aũt nõ cõsonat: nec cõcinit: nec cãtor nec cõcentor erit. Acolythi grece latine ceroferarij dicũt̃ a deportãdis cereis q̃n euãgeliũ legendũ ẽ: aut sacrificiũ offerendũ. Tunc enĩ accendunt̃ luminaria ab eis & deportant̃: nõ ad effugandas tenebras: dum sol eodẽ tpe rutilet: sed ad signum leticie demonstrandum: ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendat̃: de q̃ in euãgelio legitur: Erat lux vera que illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ. Exorciste ex greco in latinũ adiurãtes siue increpantes vocant̃. Inuocant enĩ sup cathecuminos uel sup eos qui habent spiritũ immũdũ: nomẽ dñi ih̃u: adiurantes p eũ ut egrediat̃ ab eis. Ostiarij idem & ianitores: q̃ in veteri testamento electi sũt ad custodiã templi: ut nõ ingrederet̃ eum immundus in omni re. Dicti aũt ostiarij: ꝙ presint ostijs templi. Ipsi enĩ tenentes clauẽ oĩa intus extraq; custodiũt: atq; inter bonos & malos habẽtes iudicium: fideles recipiũt. & respuũt infideles.

De monachis Cap. XIII.

M Onachus greca etymologia vocatus eo ꝙ sit singularis. Monas enim grece singularitas dicit̃. Ergo si solitariꝰ interp̃tat̃ vocabulũ monachi: q̃d facit in turba qui solꝰ

est. Plura aūt sunt genera monachorū. Cenobite. quos nos in cōmune viuentes possumus appellare. Cenobiū enī plurimoꝝ ē. Anachorite sūt· q̄ post cenobialē vitam deserta petunt. ⁊ soli habitant p̄ deserta. ⁊ ab eo ꝙ procul ab hominib⁹ recesserunt· tali noīe nuncupantur· sed anachorite heliam ⁊ iohannem· cenobite apl̄os imitant̄. Heremite hi sunt q̄ ⁊ anachorite ab hominū cōspectu remoti· heremū ⁊ desertas solitudines appetentes. Nam heremū dicit̄ quasi remotū. Abba aūt syrū nomē significat in latinū pater· qd̄ paul⁹ romanis scribens exposuit dicens: In quo clamamus abba pater· in vno noīe duab⁹ vsus linguis Dicit enī abba syro nomine patrem. ⁊ rursus latine nominat itidē patrem.

De ceteris fideliū nominibus Cap. XIIII.

C Hristianus quantū interp̄tatio ostendit de vnctione dicit̄· siue de nomine auctoris ⁊ creatoris. A xp̄o enī xp̄iani sūt cognominati· sicut a iuda iudei. De magistri quippe nomine cognomē sectatorib⁹ datū ē. Xp̄iani aūt olim a iudeis quasi ob opprobriū nazarei vocabantur· pro eo ꝙ dn̄s noster atq; saluator a vico quodam galilee nazaren⁹ sit appellatus. Non se aūt glorietur xp̄ianū· qui nomē habet ⁊ facta nō habet. vbi aūt nomē secutū fuerit op⁹· certissime ille est xp̄ianus· q: se factis ostēdit xp̄ianū· ambulans sicut ⁊ ille ambulauit. a quo ⁊ nomē traxit. Catholicus vniuersalis siue generalis interp̄tat̄. Nam greci vniuersalem catholicon vocant. Orthodoxus ē recte credēs. ⁊ ut credit recte viuēs. Ortho enī grece recte dicit̄· doxo glorie· hoc ē vir recte glorie. Quo noīe nō pōt vocari· q̄ aliter viuit ꝙ̄ credit. Neophyt⁹ grece latine nouell⁹ ⁊ rudis fidelis uel nuper renatus interp̄tari pōt. Cathecuminus dictus pro eo ꝙ adhuc doctrinam fidei audit· necdū tamē baptismū p̄cepit. Nam cathecumin⁹ grece auditor dicit̄. Competens vocat̄ qui post instructionē fidei competit gratiam xp̄i· inde ⁊ a petēdo cōpetētes vocati sūt. Laicus· popularis. Laos enī grece p̄plus dicit̄. Proselytus id est aduena ⁊ circūcisus· qui miscebatur populo dei· grecum est.

Incipit liber octauus
De ecclesia ⁊ synagoga Cap. I.

E Cclesia grecum est· quod in latinum vertitur conuocatio· p̄pter ꝙ oēs ad se cōuocet. Catholica vniuersalis κατὰ ὅλον. id est s̄m totum. Non enī sicut conuenticula hereticorū in aliquib⁹ regionū partib⁹ coartatur· sed p̄ totū terrarū orbē dilatata diffūdit̄. Quod etiā apl̄us approbat ad romanos dicēs: Gratias ago deo meo pro oib⁹ vobis· q: fides vestra annūciat̄ in vniuerso mundo· siue ꝙ in vnitatem cūctos cōiungit credentes. Hinc ⁊ vniuersitas ab vno cognominata est· p̄pter qd̄ in vnitatem colligitur. Unde dn̄s ī euāgelio: Qui mecū non colligit spargit. Cur aūt ecclesia cū vna sit· a iohanne. vij. scribunt̄· nisi ut vna catholica septiformi plena spū designet̄· sicut ⁊ de dn̄o nouimus dixisse salomonē. Sapiētia edificauit sibi domū· ⁊ excidit colūnas septē· que tamē septē vna eē nō ambigitur· dicente apl̄o: Ecclesia dei viui que est colūna ⁊ firmamentū veritatis. Inchoauit autē ecclesia a loco vbi venit de celo spūs scūs ⁊ impleuit vno loco sedentes. Pro peregrinatiōe aūt p̄senti ecclesia syon dicit̄· eo ꝙ ab hui⁹ peregrinationis longitudine posita· promissionē rerū celestium speculet̄. ⁊ idcirco syon id est speculatio nomen accepit. Pro futura ꝟo patrie pace· irl̄m vocat̄. Nam irl̄m visio pacis interp̄tat̄. Ibi enim absorpta oī aduersitate· pacē que ē xp̄us p̄senti possidebit obtutu. Synagoga grece latine cōgregatio dicit̄· qd̄ p̄priū nomē iudeoꝝ p̄pl̄s tenuit. Ipsoꝝ enī p̄prie synagoga dici solet· q̄uis ⁊ ecclesia dicta sit. Nostrā ꝟo apl̄i nunꝙ̄ synagogā dixerūt· sed semp̄ ecclesiā· siue discernēdi causa· siue ꝙ inter congregationē vnde synagoga. ⁊ conuocationem vnde ecclesia nomen accepit· distet aliquid· ꝙ scil; cōgregari ⁊ pecora solēt· quorū ⁊ greges p̄prie dicimus· cōuocari autem magis est vtentiū rōne· sicut sunt homines.

De religione ⁊ fide Cap. II.

D Ogma a putādo philosophi noīauerūt· id est hoc puto eē bonū· hoc puto eē verum. Religio appellata ꝙ p̄ eam vni deo religamus aīas nostras ad cultū diuinū· vinculo seruiēdi. Qd̄ verbū compositū est a religendo· id est eligendo· ut ita latinū videat̄ religio· sicut eligo. Tria sūt aūt que in religionis cultu ad colendum deū in hoīb⁹ p̄quirunt̄· id est fides· spes· charitas. In fide quid credēdū· in spe q̄d sperādū· in charitate q̄d sit amādū. Fides ē· qua veracit̄ credimus id qd̄ nequaꝙ̄ videre valeam⁹. Nam credere iam non possum⁹ qd̄ videm⁹. Proprie autem nomē fidei inde ē dictū· si oīo fiat qd̄ dictū est aut p̄missū. Et inde fides vocata· ab eo ꝙ fit illud qd̄ inter vtrosq; placitū ē· quasi inter deū. ⁊ hominē hinc ⁊ fedus. Spes vocata ꝙ sit pes p̄grediendi quasi est pes. Unde econtrario desperatio. Deest enī ibi pes· nullaq; p̄grediendi facultas est· quia dum quisq; peccatū amat· futuram gloriā nō sperat. Charitas grece latine dilectio interp̄tatur· ꝙ duos in se liget. Nam dilectio a duob⁹ incipit· qd̄ est amor dei ⁊ p̄ximi. De qua apl̄s: Plenitudo inquit legis est dilectio. Maior est aūt hec omnib⁹· quia q̄ diligit. ⁊ credit ⁊ sperat. Qui aūt nō diligit q̄uis multa bona faciat· frustra laborat. Ois autem dilectio carnalis· non dilectio· sed magis amor dici solet. Dilectionis aūt nomen tm̄ in melioribus rebus accipi solet.

De heresi ⁊ scismate Cap. III.

Eresis grece ab electiōe vocat̄ ꝙ scilicȝ
vnusquisqȝ id sibi eligat qd̄ meli⁹ sibi esse
videt̄. ut philosophi peripatetici. acha-
demici. epicurei. ⁊ stoici. vel sicut alii qui peruersū
dogma cogitātes arbitrio suo de ecclesia recesse-
rūt. Inde ergo heresis dicta greca voce ex interpreta-
tiōe electiōis. q̄ quisqȝ arbitrio suo ad instituen-
da siue ad suscipiēda quelibet ipse sibi eligit. No-
bis vero nihil nostro ex arbitrio inducere licet. sed
nec eligere qd̄ aliq̄s de arbitrio suo induxerint. apo-
stolos dei habem⁹ auctores. qui nec ipsi quicq̄ ex
suo arbitrio qd̄ inducerēt elegerūt. sed acceptam a
xp̄o disciplinā fidelit̄ nationibus assignauerunt.
Itaqȝ si etiā angelus de celis alit̄ euāgelizauerit:
anathema vocabitur. Secta a sequēdo ⁊ tenēdo
nominata. Nam sectas dicim⁹ habit⁹ animorum. ac
instituta circa disciplinā uel ppositū quē tenendo
sequūtur. longe alia in religionis cultu opinātes
ꝙ ceteri. Scisma a scissura aīorū nomen accepit.
Eodem enī cultu eodēqȝ ritu credit ut ceteri. solo
cōgregatiōis delectat̄ discidio. Fit aūt scisma cū
dicūt hoīes: nos iusti sum⁹. nos sctificam⁹ imūdos
⁊ cetera similia. Supstitio dicta eo ꝙ sit supflua
aut supstatuta obseruatio. Alii dicūt a senib⁹. quia
multis annis supstites p etatē delirāt ⁊ errāt su-
perstitiōe quadā. nescientes que vetera colāt aut que
veterum ignari asciscūt. Lucretius aūt supstitionē
dicit supstātiū rerum. id ē celestiū ⁊ diuinorum que sup
nos stāt. sed male dicit. Hereticorum aūt dogmata ut
facile possint agnosci. causas eorū uel nomina de-
monstrare oportuit.

De heresibus iudeorum Cap. IIII.

Udei cōfessores interptāt̄. Multos enī
ex his sequit̄ pfessio. quos antea pfidia pos-
sidebat. Hebrei trāsitores dicunt̄. Quo
noīe admonent̄ ut de peiorib⁹ ad meliora trāseāt.
⁊ pristinos errores relinquāt. Pharisei ⁊ saducei
int̄ se cōtrarii sūt. Nā pharisei ex hebreo ī latinū
interptāt̄ diuisi. eo ꝙ traditionū ⁊ obseruationū
suarum quas illi deuterosis vocāt iusticiā pferūt
vnde ⁊ diuisi vocant̄ a pp̄lo quasi p iusticiā. Sa-
ducei interptant̄ iusti. vendicant enī sibi qd̄ non
sunt. corporis resurrectionē negant. ⁊ aīam interire
cum corpe pdicāt. Hi quoqȝ tm̄ libros legis reci-
piūt: pphetarum vaticinia respuūt. Esnei dicūt ipsū
esse xp̄m. q docuit illos oēm abstinētiā. Morbo-
nei dicūt ipsū esse xp̄m. qui docuit illos ī oī re sab-
batizare. Genistei dicti eo ꝙ de genere abrahe ee
se gloriant̄. Nam cū in babyloniā venisset pp̄lus
dei. plerique relinquētes vxores suas. babylonicis
mulierib⁹ adheserunt. Quidā aūt israeliticis tm̄
cōiugiis cōtenti. uel ex eis geniti dū reuersi essent
de babylonia. diuiserūt se ab oī pp̄lo ⁊ assūpserūt
sibi hoc nomē iactantie. Meristei appellati. eo ꝙ
separēt scripturas. nō credentes oib⁹ pphetis. di-
centes aliis ⁊ aliis spiritib⁹ illos pphetasse. Me-
ris enī grece latine pars dicit̄. Samarite dicti ꝙ
legē solam custodiāt. Nam prophetas non reci-
piunt. Hemerobaptiste eo ꝙ quotidie vestimēta
sua ⁊ corpora lauent.

De heresibus xp̄ianorum Cap. V.

Uidam etiam heretici qui de ecclesia re-
cesserūt. ex noīe auctorum suorum nuncupant̄.
quidam vero ex causis quas eligentes in-
stituerūt. Simoniani dicti a simone magice di-
scipline perito. cui petrus in actib⁹ apostolorum ma-
ledixit. p eo ꝙ ab apostolis spūs sancti gratiā pe-
cunia emere voluisset. Hi dicūt creaturam non a
deo. sed a virtute quadam superna creatā. Me-
nandriani. a menandro mago discipulo simonis
nuncupati. qui mundū non a deo. sed ab angelis
factū ee asseruit. Basilidiani a basilide appellati.
qui inter reliquas blasphemias passū ihm abne-
gauit. Nicolaite dicti a nicolao diacono ecclesie
hierosolymorum. qui cum stephano ⁊ ceteris cōsti-
tutus ē a petro. qui pp̄ter pulchritudinē relinquēs
vxorē dixerat ut qui vellet ea vteretur. versa est ī
stuprū talis consuetudo. ut inuicē coniugia com-
mutarent̄. Quos iohānes in apocalypsi iprobat
dicēs: Sed hoc habes quia odisti facta nicolai-
tarum. Gnostici pp̄ter excellentiam scientie se ita
appellare voluerūt. Animam naturā dei esse di-
cunt. bonū ⁊ malū deū suis dogmatibus fingūt.
Carpocratiani a carpocrate quodā vocant̄. q di-
xit xp̄m hoīem fuisse tm̄. ⁊ de vtroqȝ sexu pgeni-
tum. Chirinthiani a chirintho quodā nūcupa-
ti. Hi inter cetera circūcisionē obseruāt. mille an-
nos post resurrectionē in voluptate carnis futu-
ros pdicāt. Unde ⁊ grece ciliaste latine milici-
aste sunt appellati. Nazarei dicti q dum xp̄m qui
a vico nazarenus est appellatus. filiū dei confite-
ant̄. oīa tamē veteris legis custodiūt. Ophite a
colubro nominati sunt. Coluber enī grece ophi
dicit̄. Colunt enim serpentē. dicentes ipsū in pa-
radisū induxisse virtutis cognitionē. Ualētinia-
ni a valentino quodā platonico sectatore vocati.
q eonas. id est secula quedā ī originē dei creatoris
induxit. xp̄m quoqȝ de virgine nihil corpis assūpsisse.
sed p eā quasi p fistulam transisse asseruit. Apellite
quorū apelles pnceps fuit. qui creatorē angelum
nescio quē gloriosū. supioris dei faciēs deū legis
isrl̄. illū igneum affirmans. Apellite quorum auctor
apelles. q dixit xp̄m non deū in veritate. sed hoīem
ī fantasia apparuisse. Archonciaci a pncipib⁹ ap-
pellant̄. q vniuersitatē quā de⁹ cōdidit opa ee ar-
chāgelorum defendūt. Adamiani vocati ꝙ ade imi-
tentur nuditatē. vnde ⁊ nudi orāt. ⁊ nudi inter se
mares feminęqȝ cōueniūt. Caināni pinde sic ap-
pellati. quia cain adorāt. Sethiani nomē accepe-
rūt a filio adā q vocat⁹ ē seth. dicentes eundē esse
xp̄m. Melchisedechiani vocati p eo ꝙ melchise-
dech sacerdotē dei non hoīem fuisse sed virtutē dei
esse arbitrant̄. Angelici vocati. quia angelos colūt.
Apl̄ici hoc sibi nomē ideo presūpserunt ꝙ nihil
possidentes pprium. nequaꝗ recipiāt eos qui aliqd

in hoc mūdo viunt. Cerdoniani a cerdone quodam noiati qui duo contraria pncipia asserunt. Marcionistę a marcione stoico philosopho appellati q cerdonis dogma secut᷒ alterū bonū alterū iustū deū asseruit tanq̄ duo principia creatoris & bonitat. Artoteritę ab oblatiōe vocati. Panē eni & caseū offerūt dicentes pmis hominibus oblationē a fructib᷒ terrę & a fructib᷒ ouium fuisse celebratā. Aquarij appellati eo q aquā solam offerūt in calice sacramenti. Seueriani a seuero exorti. vinū non bibunt vetus testamentū & resurrectionem nō recipiunt. Taciani a taciano quodā vocati qui & encratitę dicti q carnes abhominant. Alogij vocant tanq̄ sine verbo. Logos eni grece verbū dicit. Deū eni verbū non credunt respuentes iohannis euangeliū & apocalypsin. Catafrigis nomē puintia catafrigia dedit q ibi extiterūt. auctores eorū montanus prisca & maximilla fuerūt. Hi aduentū sci spūs nō i apostolis ꝫ in se traditū asserūt. Catharos ꝓpt mundiciā ita se noiauerūt. Gloriantes eni de suis meritis negant penitentib᷒ veniā petōꝝ. Viduas si nupserint tāq̄ adulteras dānāt. Mūdiores se ceteris predicant. Qui nomē suum si cognoscere vellent mundanos se poti᷒ q̄ mundos vocarent. Pauliani a paulo samosateno exorti sunt qui dixit non semp fuisse xpm sed a maria sūpsisse initiū. Hermogeniani ab hermogene quodā vocati q materiā nō natā introducēs deo nō nato eā cōparauit matremq3 elemētoꝝ & deam asseruit qs apl᷒s improbat elementis seruiētes. Manichei a quodā persa extiterunt qui vocatus est manes. Hic duas naturas & substātias introduxit id est bonam & malā. & animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. testamentū vetus respuit nouum ex parte recipit. Canomiani id est latine sine lege dicunt. Anthropomorphitę dicti ꝓ eo q simplicitate rustica deū habere humana mēbra quę in diuinis libris scripta sūt arbitrant: Anthropos eni grece latine homo interprat. ignorātes vocē dñi q ait: Spūs est de᷒. Incorporeus est enim nec mēbris distinguit nec corporis mole cēset. Heraclitę ab heraclio auctore exorti. Monachos tm̄ recipiūt coniugia respuūt regna celoꝝ paruulos habere nō credūt. Nouatiani a nouato romę vrbis presbytero exorti q aduersus corneliū cathedrā sacerdotalē conatus inuadere heresim instituit nolēs apostatas suscipere. & rebaptiçās baptiçatos. Montani heretici dicti q tempore psecutionis in montibus latuerūt qua occasione se a catholicę ecclesię corpore diuiserūt. Ebionitę ab ebione dicti siue a paupertate. Christū enim per prouectū solum verū iustum putant effectum. Unde competenter ebionei ꝓ paupertate intelligentię appellati sunt. Hi semi iudei sunt. & ita tenent euangeliū ut legē carnaliter seruent. aduersus quos ad galathas apostolus scribēs inuenit. Fotiniani a fotino gallogręcie syrmie epo nuncupati qui ebionitarū heresim suscitans asseruit xpm a maria p ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. Aeriani ab aerio quodā nuncupati sunt. Hi offerre sacrificiū ꝓ defunctis spernūt. Ethiani ab ethio sunt vocati. Idēq3 eunomiani ab eunomio quodā dialectico ethij discipulo ex cuius noie magis innotuerūt dissimilē patri asserentes filiū. & filio spiritū sanctū. Dicūt etiā nullū imputari peccatū in fide manētiū. Origeniani ab origene auctore exorti sunt dicentes q nō possit fili᷒ videre patrē nec spūs scūs filium. Animas q3 in mundi principio dicunt peccasse. & ꝓ diuersitate petōꝝ e celis vsq3 ad terras lapsas diuersa corpora quasi vincula meruisse eaq3 causa factū fuisse mundū. Noetiani a quodā noetio vocati qui dicebant xpm eūdē esse & patrē & spm scm ipsamq3 trinitatē in officioꝝ nominib᷒ nō in psonis accipiūt. Unde & patripassiani vocant quia patrem passum dicunt. Sabelliani ab eodem noetio pullulasse dicuntur cuius discipulū phibēt fuisse sabellium ex cui᷒ noie maxime innotuerunt. vnde & sabelliani vocati sūt. Hi vnam psonā patris & filij & spūs sancti astruūt. Arriani ab arrio alexandrino presbytero orti sunt qui coęternū patri filium nō agnoscens diuersas i trinitate substātias asseruit ꝯtra illud qd ait dñs: Ego & pater vnū sumus. Macedoniani a macedonio cōstantinopolitano epo dicti sunt negantes deū esse spiritū sanctum. Apollinaristę ab apollinare vocati sūt dicētes xpm corp᷒ tm̄modo sine aīa suscepisse. Antidicomaritę appellati sūt ꝓ eo q marię virginitati cōtradicūt asserētes eam post xpm natā viro suo cōmixtā fuisse. Metangismonitę ideo tale nomen acceperūt q angios grece vas dicit. Asserūt eni sic esse in patre filiū tanq̄ vas minus intra vas mai᷒. Patriciani a quodā patricio nūcupati sūt q substātiā humanę carnis a diabolo conditā dicūt. Coliuthiani a quodā coliutho nominati qui dicūt deū nō facere malū contra illud qd scriptū est: Ego dñs creans mala. Floriani a florino qui ecōtrario dicūt deū creasse mala contra id qd scriptū est: Fecit deus oia bona. Donatistę a donato quodam afro nūcupati qui de numidia veniēs totā pene africā sua psuasiōe decepit asserēs minorē patre filiū. & minorē filio spiritū scm. & rebaptiçaus catholicos. Bonosiani a bonoso quodā epo exorti ꝓdunt q xpm filiū dei adoptiuū non ꝓpriū asserūt. Circūcelliones dicti eo q agrestes sunt qs cotopitas vocāt supradictę heresis habentes doctrinā. Hi amore martyrij semetipsos perimūt ut violent de hac vita discedentes martyres nominent. Priscillianistę a priscilliano vocati q i hispania ex errore gnosticoꝝ & manicheoꝝ permixtum dogma composuit. Luciferiani a lucifero syrmie episcopo orti qui epos catholicos qui constantij psecutione perfidię arrianorū consentientes erāt & postea correpti redire in catholicā delegerūt damnantes siue

quod crediderant· siue qđ se credidisse simulaue/ rāt·quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanq̃ petrū post fletū negationis. Hanc illi ma/ tris charitatē supbe accipientes· eosq3 recipe no/ lentes a coione recesserūt. ⁊ cum ipso lucifero au/ ctore suo qui mane oriebat̃ cadere meruerūt. Jo/ uinianiste a iouiniano quodam monacho dicti· asserentes nullā nuptiarū ⁊ virginū esse distantiā nullūq3 inter abstinētes. ⁊ simplicit̃ epulātes esse discrimē. Eluidiani ab eluidio noīati·qui dicunt post natū xp̄m alios mariā filios de viro ioseph peperisse. Paterniani a paterno quodā exorti·q̄ inferiores corpis partes a diabolo factas opināt̃. Arabici nūcupati eo q̄ i arabia exorti sūt·dicen/ tes aīam cū corpe mori atq3 in nouissimo vtrūq3 resurgē. Tertulianiste dicti a tertuliano presbro africane puintie ciuitatis carthaginensis· animā imortalē esse·sed corpoream predicātes. ⁊ aīas ho/ minū pctor̄ post mortē in demones verti putan/ tes. Tessereschedecadite dicti· qđ. xiiij. luna pasca cū iudeis obseruādū cōtēdūt. Nā tesseres quat/ tuor·deca decē significat. Nyctages a somno nū/ cupati q̄ vigilias noctis respuant· supstitionem esse dicētes·iura temerari diuina q̄ noctem ad re/ quiem tribuit. Pelagiani a pelagio monacho ex/ orti. Hi liberū arbitriū diuine gratie anteponūt dicentes sufficere voluntatē ad implēda iussa di/ uina. Nestoriani a nestorio cōstantinopolitano epo nūcupati·qui beatā virginē mariā non dei ß hoīs tm̄modo asseruit genitricē·ut aliā psonam carnis·aliā faceret deitatis·nec vnū xp̄m i verbo dei ⁊ carne credidit· sed sepatim atq3 seiunctim alterū filiū dei·alterū hoīs predicauit. Euticiani dicti ab eutice constantinopolitano abbate· qui xp̄m post humanā assumptionē negauit existere de duabus naturis·sed solā in eo asseruit diuinā naturā esse. Acephali dicti·id est sine capite quē sequūtur heretici. Nullus enī eor̄ repitur auctor a quo exorti sint. Hi triū chalcedonēsiū capitulo/ rū impugnatores duar̄ in xp̄o substantiar̄ ꝓprie/ tatem negāt ⁊ vnā in eius psona naturā predicāt. Theodosiani ⁊ gaianite appellati a theodosio ⁊ gaiano·qui tēporib⁹ iustiniani principis i alexan/ dria populi puersi electione vno die sunt ordinati epi. Hi errores euticetis ⁊ dioscori sequētes·chal cedonense conciliū respuūt·ex duabus vnā i xp̄o naturā asserūt·quā theodosiani corruptā·gaia/ nite incorruptam contendūt. Gnoite ⁊ tritoite a theodosianis exorti sūt·ex quib⁹ gnoite ab igno/ rantia dicti·q: puersitate a qua exorti sunt id ad/ ijciūt·q̄ xp̄i diuinitas ignoret futura que sūt scri/ pta de die ⁊ hora nouissima·non recordantes xp̄i psonā in esaia loquētis: dies iudicij i corde meo. Tritoite v̄o vocati q̄ sicut tres psonas i trinita/ te·ita q3 tres astruūt deos esse·ꝯtra illud qđ scri/ ptum ē. Audi isrl̄·dn̄s deus tuus·deus vnus est. Sunt ⁊ alie hereses sine auctore ⁊ sine nominib⁹ ex quibus alie triformē putāt deū esse·alie xp̄i di/ uinitatem passibilē dicunt. alie xp̄i de patre na/ tiuitati initiū tēporis dant. alie liberationē ho/ minū apud inferos factā xp̄i descensione nō cre/ dunt. alie aīam imaginē dei negāt. alie aīas cō/ uerti in demones ⁊ in quecunq3 animalia existi/ mant. alie de mūdi statu dissentiūt. alie innume/ rabiles mundos opinantur. alie aquam deo co/ eternam faciūt. alie nudis pedib⁹ ambulant. alie cum hominib⁹ non manducant. He sunt hereses aduersus catholicā fidē exorte. ⁊ ab apostolis ⁊ a scīs patribus uel cōcilijs predamnate·que dum in se multis errorib⁹ diuise·iuicē sibi dissentiunt·coī tamē nomine aduersus ecclesiā dei conspirāt. Sz ⁊ quicūq3 aliter scripturam sanctam intelligit·q̄ sensus spūs sancti flagitat a quo cōscripta est·licz de ecclesia nō recesserit· tn̄ heretic⁹ appellari pōt.

De philosophis gentiū Cap. vi.

Philosophi greca appellatione vocantur qui latine amatores sapiētie interpretan/ tur. Est enī philosophus qui diuinar̄ ⁊ humanar̄ rerū scientiā habet. ⁊ oēm bene viuen/ di tramitem tenet. Nomē philosophor̄ primū a pythagora fertur exortū. Nam dum antea gre/ ci veteres sophistas·id est sapiētes aut doctores sapientie semetipsos iactanti⁹ nominarēt·iste in/ terrogatus quid profiteret̃·verecūdo noīe philo/ sophū·id est amatorem sapientie se esse r̄ndit: qm̄ sapientē ꝓfiteri arrogantissimū videbatur: Ita deinceps posteris placuit·ut quantalibet de reb⁹ ad sapientiā ptinentibus doctrina quisq3 uel sibi uel alijs videret̃ excellere·nō nisi philosoph⁹ vo/ caretur. Idē aūt philosophi triplici genere diui/ dunt̃. Nam aut physici sūt·aut ethici·aut logici. Physici dicti·quia de naturis tractant. Natura quippe physis grece vocat̃. Ethici·q: de moribus disputant. Mos enī apud grecos ethis appella/ tur. Logici autē·quia in naturis ⁊ morib⁹ rōnem adiungūt. Ratio enī grece logos dicit̃. Diuisi sūt aūt ⁊ hi in heresibus suis·habentes quidē nomi/ na ex auctorib⁹·ut platonici·epicurei·pythagori/ ci·alij a locis cōuēticulor̄ ⁊ stationū suar̄·ut pe/ ripatetici·stoici·achademici. Platonici a platone philosopho dicti. Hi enī animarū creatorem esse deum·corporum angelos asserunt. ⁊ post multos annorū circulos in diuersa corpora redire ani/ mas dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus enim fuit athenis· quam pisianactia appellabant·in qua picta erant gesta sapientium atq3 virorū for/ tiū historie. In hac porticu sapientes philoso/ phabantur·ex qua ⁊ stoici dicti sunt. Grece enim porticus stoa dicitur. Hāc sectā prim⁹ zeno insti/ tuit. Hi negant sine virtute effici quemq̄ beatū. Omne pctm̄ vniforme esse asserūt·dicētes: sic ille nocens erit qui paleas furatus fuerit q̄ qui aurū· qui mergū occiderit q̄ qui equū. Nō enī animal crimen sed anim⁹ facit. Hi etiā animā cū corpore perire dicūt. Animā q3 virtutē cōtinentie eē ne/ gant·affectāt gloriā eternā cum se fateantur non

esse eternos. Achademici appellati a villa plato/
nis achademia athenarum. ubi idem plato doce/
bat. Hi omnia incerta opinant̃. Sꝫ sicut fatẽdũ
ẽ. multa incerta ⁊ occulta esse que voluit deus ex/
cedere hominis intelligentiam. sic tam plurima
esse que possint ⁊ sensus penetratione comprehen/
di. Hanc sectam Arcesilaus cyrenaicus philoso
phus repperit. cuius sectator fuit democritus. qui
dixit tanꝙ in puteo alto. ita ut fundus nullus sit
ita in occulto iacere veritatem. Peripatetici a de/
ambulatiõe dicti. eo ꝙ Aristoteles auctor eorum
deambulãs disputare solit⁹ esset. Hi dicũt quan/
dam particulã anime esse eternã. de reliquo ma/
gna ex parte esse mortalem. Cinici ab ĩmundicia
impudentie nuncupati. Contra humanam enim
verecundiã in propatulo coire cũ coniugibus eis
mos erat. censentes licitum honestũqꝫ esse palam
cum vxoribus concũbere. quia coniugiũ iustum
est. publice id predicãtes agendum esse. ut canes
in vicis uel plateis. Unde ⁊ a canibus quorũ vi/
tam imitabant̃ etiã vocabulum nomenqꝫ traxe/
runt. Epicurei dicti ab Epicuro quodam philo/
sopho amatore vanitatis nõ sapientie. quem etiã
ipsi philosophi porcum nominauerũt. quasi vo/
lutans ĩ ceno. carnalem voluptatẽ corporis sum/
mũ bonum asserens. qui etiam dixit nulla proui/
dentia diuina instructum esse aut regi mundũ. ꝫ
originem rerũ atomis. id est insecabilib⁹ ac soli/
dis corporibus assignauit. quorũ fortuitis cõcur/
sionibus vniuersa nascant̃ ⁊ nata sint. Asseruit
aũt deum nihil agere. omnia cõstare coporibus.
animam nihil aliud esse ꝙ̃ corpus. Unde ⁊ dixit:
nõ ero postea ꝙ̃ mortuus fuero. Gymnosophiste
nudi ꝑ opacas indie solitudines phibentur phi/
losophari. adhibẽtes tm̃ genitalibus tegmina.
Gymno enĩ ex eo dictũ est. ꝙ iuuenes nudi exer/
cerent ĩ campo. vbi pudenda sola tm̃ operiũt. Hi
⁊ a generando se cohibent. Theologi autẽ idem
sũt qui ⁊ physici. Dicti aũt theologi qm̃ in scri/
pturis suis de deo dixerũt. quorum varia constat
opinio. quid deus esset. dũ quererent. Quidã enĩ
corporeo sensu hũc mundũ visibilem ex quattuor
elementis. deum esse dixerũt. ut Dionysius stoic⁹.
Alij ṽo spiritaliter intellexerunt mentẽ esse deũ.
ut Thales milesius. Quidam animũ in omnib⁹
cõmanentẽ ⁊ lucidũ. ut Pythagoras. Quidam
deũ sine tempore incõmutabilẽ. ut Plato. Qui/
dam mentẽ solutam. ut Cicero. Quidã ⁊ spiritũ
⁊ mentẽ. ut Uarro. Inuentũ enĩ solũmodo deum
nõ ut inuenerũt exposuerunt. quia euanuerunt in
cogitationibus suis. Dicentes enĩ se esse sapiẽtes
stulti facti sunt. Item platonici quidẽ deũ cura/
torem ⁊ arbitrũ ⁊ iudicẽ asserunt. Epicurei ocio/
sum ⁊ inexercitatũ. De mũdo aũt platonici affir/
mãt incorporalẽ. stoici corporalẽ. Epicur⁹ atho/
mis. pythagoras ex numeris. heraclitus ex igne
vnde ⁊ Uarro. ignem mundi animũ dicit. ꝑinde
ꝙ in mundo ignis omnia gubernet. sicut anim⁹
in nobis: Qꝫ vanissime. qui cũ ẽ inquit ĩ nobis.
ipsi sumus. cũ exit emorimur. Ergo ⁊ ignis cũ de
mundo ꝑ fulgura proficiscit̃. mundus emorit̃. Hi
philosophorũ errores etiã apud ecclesiam indu/
xerunt hereses. Inde eonas ⁊ forme. nescio que.
inde apud arrium trinitas nominis. ⁊ apud Ua/
lentinũ platonicus furor. Inde marcionis deus
melior de tranquillitate. a stoicis enim venerat. ⁊
ut anima interire dicat̃. epicurus obseruatur. ⁊ ut
carnis resurrectio neget̃. de vana omniũ philoso/
phorũ schola sumit̃. ⁊ vbi materia cum deo equat̃
Cenonis disciplina ẽ. ⁊ vbi quid de igneo deo le/
git̃. heraclit⁹ interuenit. Eadẽ materia apud he/
reticos ⁊ philosophos volutat̃. idem ⁊ tractatus
implicantur.

De poetis Cap. VII.

Poete inde sũt dicti. sicut ait Tranquil/
lus. Cum primũ homines exuta feritate
rationẽ vite habere cepissẽt. seqꝫ ac deos
suos nosse. cultum modicũ ac sermonẽ necessariũ
cõmenti sibi vtriusqꝫ magnificentiã ad religionẽ
deorum suorũ excogitauerunt. Igitur ut templa
illis domibus pulchriora ⁊ simulacra corporibus
ampliora faciebãt. ita eloquio etiam quasi augu/
stiore honorandos putauerunt. laudesqꝫ eorum ⁊
verbis illustrioribus ⁊ iocũdioribus numeris ex/
tulerunt. Id genus quia forma quadã efficit̃. que
poetes dicit̃. poema vocitatum est. eiusqꝫ fictores
poete. Uates a vi mentis appellatos Uarro au/
ctor est. uel a viendis carminib⁹ id ẽ flectẽdis. hoc
est modulandis. ⁊ ꝑinde poete latine vates. olim
scripta eorum vaticinia dicebant̃. ꝙ vi quadam ⁊
quasi vesania in scribendo cõmouerentur. uel ꝙ
modis verba connecterent̃. viere enĩ antiquis pro
vincire ponentib⁹. etiam ꝑ furorem diuini eodem
erant nomine. quia ⁊ ipsi quoqꝫ pleraqꝫ versibus
efferebãt. Lyrici poete dicti apo tu lyrin. id est a
varietate carminũ. Unde ⁊ lyra dicta. Tragedi
dicti. ꝙ initio canentibus premium erat hircus.
quem greci tragos vocant. Unde ⁊ Oratius.
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
Iam dehinc sequentes tragici multum hono/
rẽ adepti sunt. excellentes in argumentis fabu/
larum ad veritatis imaginẽ fictis. Comedi ap/
pellati siue a loco quia circũ pagos agebãt. quos
greci comas vocant. siue a cõmessatione. Sole/
bant enĩ post cibum homines ad eos audiendos
venire. Sed comici priuatorũ hominũ predicant
acta. tragici ṽo res publicas ⁊ regum historias.
Item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis
sunt. comicoꝝ ex rebus letis. Duo sunt autẽ gene/
ra comicorũ. id est veteres ⁊ noui. Ueteres qui ⁊
ioco ridiculares extiterunt ut Plautus. actius ⁊
Terentius. Noui qui ⁊ satyrici a quibus gene/
raliter vitia carpunt̃. ut Flaccus. persius. iuuena/
lis ⁊ alij. Hi enim vniuersorũ delicta corripiunt.
nec vitabatur eis pessimum quemqꝫ describere. nec
cuiuslibet peccata moresqꝫ reprehendere. Unde ⁊

nudi pingunt. eo ꝙ ꝑ eos vitia singula denudentur. Satyrici aūt dicti. siue ꝙ pleni sint omni facundia. siue a saturitate ⁊ copia. De pluribus enī simul reb⁹ loquunt. seu ab illa lance que diuersis frugum uel pomoꝝ generibus ad templa gentiliū solebat deferri. aut a satyris nomen tractum. qui multa habent ea que ꝑ vinolentiā dicunt. Quidam aūt poete theologi dicti sūt. qm̄ de dijs carmina faciebant. Officium autē poete in eo est ut ea que vere gesta sunt. in alias species obliquis figurationibus cū decore aliquo conuersa trāsducant. vnde ⁊ Lucanus ideo in numero poetarum nō ponit: quia videtur historias composuisse nō poema. Apud poetas autē tres characteres esse dicēdi. vnū in quo tm̄ poeta loquit. ut est ī libris Virgilij georgicorū. Alium dramaticum. in quo nusꝙ poeta loquit. ut est in comedijs ⁊ tragedijs Tertiū mixtum. ut ē in eneide. Nam poeta illic ⁊ introducte ꝑsone loquunt.

De sibyllis Cap. VIII

Sibylle generalit dicunt omnes femine vates lingua greca. Nā syos eolico sermone deus. belen greci mentē nuncupāt quasi dei mentem. Proinde igit q: diuinā voluntatem hominib⁹ interpretari solebāt. sibylle nominate sūt. Sicut enī omnis vir ꝓphetās uel vates dicit uel ꝓpheta. ita omnis femina ꝓphetans sibylla vocat. Quod nomē ex officio nō ex ꝓprietate vocabuli ē. Decem autē sibylle a doctissimis auctorib⁹ fuisse tradunt. Quarū prima de persis fuit. Secūda libyca. Tertia delphica. i. tēplo delphi apollinis genita. que ante troiana bella vaticinata est. cui⁹ plurimos ꝟsus operi suo homerus inseruit. Quarta cimmeria ī italia. Quinta erythrea nomine eriphyla. in babylone orta. que grecis iliū petētibus vaticinata est. peritura esse troiam ⁊ Homerū mendacia scripturū. Dicta aūt erythrea. quia in eadem insula eius inuenta sunt carmina. Sexta samia. que phemonoe dicta est. a samo īsula. vnde fuit cognominata. Septima cumana nomine amalthea que nouē libros attulit Tarquinio prisco in quibus erant decreta romana cōscripta. Ipsa est ⁊ cymea; de qua Virgili⁹: Ultima cymei venit iā carminis etas. Dicta aūt cumana a ciuitate cumas. que ē in campania. cui⁹ sepulchrū in sicilia adhuc manet. Octaua hellespōtia in agro troiano nata que scribit Solonis ⁊ Cyri fuisse temporib⁹. Nona phrygia que vaticinata est ancyre. Decima tyburtina noīe albunea. Quarū omniū carmina efferunt. in quibus de deo ⁊ de xp̄o ⁊ de gentib⁹ multa scripsisse manifestissime comprobant. Celebrior autē inter ceteras ac nobilior erythrea ꝑhibetur.

De magis Cap. VIIII.

Magorum primus Zoroastes rex bactrianorum. quē Ninus rex assyrioꝝ prelio interfecit. de quo Aristoteles scribit ꝙ vicies centūmilia versuū ab ipso condita indicijs voluminū eius declarent. Hanc artē multa post secula Democritus ampliauit quādo ⁊ hippocrates medicine disciplina effloruit. Apud assyrios aūt magice artes copiose sunt. testante Lucano: Quis noscere fibra facta queat. quis ꝑdat aues qs fulgura celi seruet. ⁊ assyria scrutet sidera cura. Itaqꝫ hec vanitas magicarū artiū. ex traditione angeloꝝ maloꝝ in toto terrarū orbe plurimis seculis valuit. ⁊ ꝑ quādam scientiā futuroꝝ ⁊ infernorū ⁊ inuocatiōes eoꝝ inuenta sunt aruspicia augurationes ⁊ ipsa que dicunt oracula ⁊ necromantia. Nec mirū de magorum prestigijs. quorū intantū ꝑdicere maleficioꝝ artes. ut etiam moysi simillimis signis resisterēt. vertentes virgas in dracones. aquas in sanguinē. Fert ⁊ quedam maga famosissima Circe. que socios Ulixis mutauit in bestias. Legit ⁊ de sacrificio qd̄ Arcades deo suo lyceo imolabat. ex quo quicūqꝫ sumerent. in bestiarum formas cōuertebant. Hinc apparet nō esse ī totū dubiū qd̄ nobilis ille poeta scripsit de quadā femina. que magicis artib⁹ excellebat. Hec inquit se carminib⁹ ꝓmittit soluere mentes. Quas velit ast alijs duras imittere curas. Sistere aquā fluuijs ⁊ vertere sidera retro. Nocturnosqꝫ ciet manes. mugire videbis sub pedibus terrā. ⁊ descēdere montib⁹ ornos. Quid plura? Si credere fas est dephitonissa ut ꝓphete Samuelis animā de inferni abditis euocaret. ⁊ viuorū presentaret conspectibus. si tamen animā ꝓphete fuisse credam⁹ ⁊ nō aliquā phantasmaticam illusionē sathane fallacia factā. Prudentius quoqꝫ de mercurio sic ait. Tradit hic extinctas sumpto moderamine virge. In lucem reuocasse animas. Ast alios damnasse neci. Et post paululū adiecit. Murmure nā magico tenues excire figuras. Atqꝫ sepulchrales scire incantare fauillas. Uita itidem spoliare alios ars noxia nouit. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorū magnitudinem nuncupant. Hi ⁊ elemēta concutiūt turbāt mentes hominū. ac sine vllo veneni haustu violentia tm̄ carminis interimūt. vnde ⁊ Lucanus. Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit. Demonib⁹ enī accitis audēt ventilare: ut quisqꝫ suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine vtunt ⁊ victimis. ⁊ sepe contingunt corpora mortuorū. Necromantij sunt. quorū percantationibus vident resuscitati mortui. diuinare ⁊ ad introgata respōdere. Necro enī grece mortuus. mantia diuinatio nuncupat. ad quos suscitandos. cadaueri sanguis adijcitur. Nam amare demones sanguinē dicunt. Ideoqꝫ quotiēs necromātia fit. cruor aq̄ miscet ut colore sanguinis facili⁹ prouocent. Hydromātij ab aqua dicti. Est enim hydromantia ī aque inspectiōe vmbras demonum euocare. ⁊ imagines uel ludificationes eorū videre. ibiqꝫ aliqua ab eis audire. vbi adhibito sanguine etiā inferos perhibentur sciscitari. Quod genus diuinationis a

persis dicitur allatum. Varro dicit diuinationis quattuor esse genera: terram·aquam·aerē ⁊ ignē. Hinc geomantiam· hydromantiā· aeromantiā piromantiam dictam constat. Diuini dicti·quasi deo pleni. Diuinitate enim se plenos simulant ⁊ astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo sunt autem genera diuinationis ars ⁊ furor. Incantatores dicti sunt qui artē verbis peragunt. Arioli vocati propter ꝙ circa aras idolorum nefarias preces emittunt· ⁊ funesta sacrificia offerunt· hisqꝫ celebritatibus demonū responsa accipiunt. Aruspices nuncupati quasi horarum inspectores. Dies enim ⁊ horas in agēdis negocijs operibusqꝫ custodiunt. ⁊ quid p singula tempora obseruare debeat homo intendunt. Hi etiā exta pecudum inspiciunt ⁊ ex eis futura predicunt. Augures vero sunt qui volatus auiū ⁊ voces intendunt aliaqꝫ signa rerum uel obseruationes improuisas hominib⁹ occurrentes. Iidem ⁊ auspices. Nam auspicia sunt que iter facientes obseruant. Dicta sunt autem auspicia quasi auiū aspicia. ⁊ auguria quasi auiū garria· hoc est auiū voces ⁊ linguas. Item augurium quasi auigeriū quod aues gerūt. Duo sunt autem genera auspiciorum. vnum ad oculos. alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus. ad aures vox auiū. Phytones· a pythio apolline dicti· ꝙ is auctor fuerit diuinādi. Astrologi dicti eo ꝙ i astris augurantur. Genethliaci appellati propter nataliū cōsiderationem dierum. Geneses enim hominū p duodecim celi signa describunt· siderūqꝫ cursu nascentium mores actus ⁊ euentus predicare conantur· id est quis quali signo fuerit nat⁹· aut quē effectum habeat vite qui nascitur. Hi sunt q̄ vulgo mathematici vocantur· cuius supstitionis genus constellationes latini vocant· idē notationes siderum· quomodo se habeat cum quisqꝫ nascitur. Primum autem· idem stellarum interpretes magi nūcupabantur· sicut de his legit̄ qui in euangelio natum christum annūciauerunt· postea hoc nomine soli mathematici. Cuius artis scientia vsqꝫ ad euangeliū fuit cōcessa· ut christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo interpretaretur. Horoscopi dicti· ꝙ horas natiuitatis hominū speculant̄ dissimili ⁊ diuerso fatu. Sortilegi sūt· qui sub nomine ficte religionis p quasdam quas sanctorū sortes vocant· diuinationis scientiam ꝓfitent̄· aut quarūcunqꝫ scripturarum inspectione futura ꝓmittunt. Salisatores vocati sunt· quia dum eis membrorū quecūqꝫ partes salierint· aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare predicunt. Ad hec aūt oīa ptinent ⁊ ligature execrabiliū remediorꝫ que ars medicorum condemnat· siue in precantationib⁹ siue in characteribus uel in quibuscunqꝫ rebus suspendendis atqꝫ ligandis. In quib⁹ omnibus ars demonū est ex quadam pestifera societate hominū ⁊ angelorꝫ malorꝫ exorta. Unde cuncta vitanda sūt a xpiano ⁊ omni penitus execratione repudianda atqꝫ dānanda. Auguria autē auiū· phryges primi inuenerunt. Prestigium vero mercurius primus dicit̄ inuenisse. Dictū āt prestigiū ꝙ prestringat aciem oculorū. Aruspicine artem primus etruscis tradidisse dicitur quidā sages· hic ex horis aruspicinam dictauit. ⁊ postea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodā rustico subito hūc ex glebis exiluisse. ⁊ aruspicinam dictasse qua die ⁊ mortu⁹ ē. Quos libros romani ex etrusca lingua in ꝓpriam mutauerūt.

De paganis Cap. x.

Pagani ex pagis atheniēsiū dicti vbi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus ⁊ pagis gentiles lucos idolaqꝫ statuerunt. ⁊ a tali initio vocabulū pagani sortiti sūt. Gentiles sūt qui sine lege sūt. ⁊ nōdū crediderūt. Dicti aūt gentiles q̄a ita sunt ut fuerūt geniti· id ē sicut i carne descēderūt sub peccato scꝫ idolis seruientes ⁊ nec dū regenerati. Proinde gētiles primit⁹ nuncupant̄. Ipsi dicūtur grece ethnici. Ethnici enim ex greco in latinū interpretantur gentiles. Ethnos enim grece gens dicitur. Post fidē autē nō debere vocari gentes siue gentiles eos qui ex gentibus credūt· sicut post fidem dici iam nō potest iude⁹· testante paulo apostolo. ⁊ dicente iam xpianis. Quoniam cum gentes essetis· hoc ē infideles. Apostate dicuntur qui post baptismū xpi susceptū ad idolorū cultū ⁊ sacrificiorꝫ contaminationes reuertūt̄. Est aūt nomē grecum.

De dijs gentium. Cap. xi.

Quos aūt pagani deos asserūt· homines olim fuisse produntur. ⁊ pro vniuscuiusqꝫ vita uel meritis coli apud suos post mortem ceperūt ut apud egyptum isis· apud cretam iouis. apud mauros iuba· apud latinos faunus. apud romanos quirinus. Eodē quoqꝫ mō apud athenas minerua· apud samū iuno· apud paphū ven⁹· apud lēnos vulcan⁹· apud naxos liber· apud delos apollo. In quorꝫ etiā laudibus accesserunt ⁊ poete. ⁊ cōpositis carminib⁹ in celū eos sustulerunt. Nam quorundam adinuentiones artium cultū peperisse dicūt̄· ut esculapio medicina· vulcano fabrica. Ab actib⁹ aūt vocāt̄· ut mercuri⁹ ꝙ mercib⁹ preest· liber a libertate. Fuerūt etiā ⁊ q̄dā viri fortes aut vrbiū cōditores· qb⁹ mortuis homines q̄ eos dilexerūt· simulacra finxerūt· ut haberēt aliqd̄ ex imaginū cōtemplatiōe solatiū. sed paulatim hūc errorē psuadētib⁹ demonib⁹ ita in posteris ꝯstat irrepsisse· ut q̄s illi ꝓ sola noīs memoria honorauerūt· successores deos existimarēt atqꝫ colerent. Simulacrorꝫ vsus exort⁹ est· cum ex desiderio mortuorꝫ cōstituerēt imagines uel effigies tāqꝫ i celū recepti· ꝓ qb⁹ se i tris demones colēdi supposuerūt. ⁊ sibi sacrificari a decepť ⁊ pditis psuaserūt. Simulacra aūt a similitudine nūcupata eo ꝙ manu artificis ex lapide aliave materia eorꝫ vult⁹ imitant̄· in quorꝫ honore fingūt̄. Ergo simulacra uel ꝓ eo ꝙ sūt similia· uel ꝓ eo ꝙ

ſimulata atqꝫ conficta·vnde ⁊ falſa ſunt. Et notandum ꝙ latinus ſermo ſit ⁊ nõ hebreus. Apud eos enĩ idolũ ſiue ſimulacrũ ſemel dicit̃. Judei dicũt ꝙ iſmahel primꝰ ſimulacrũ luto fecerit. Gentiles autẽ primũ ꝓmetheũ ſimulacra hominũ de luto finxiſſe ꝑhibent·ab eoqꝫ natã eẽ artem ſimulacra ⁊ ſtatuas fingendi. Unde ⁊ poete ab eo homines primũ factos eſſe confingũt figurate·ꝓpter effigies. Apud grecos autẽ cecrops·ſub quo ꝑmũ in arce oliua orta ẽ. ⁊ atheniẽſiũ vrbs ex minerue appellatione nomen ſortita eſt. Hic primꝰ oĩuꝫ iouem appellauit·ſimulacra reꝑperit·aras ſtatuit·victimas imolauit·nequaꝙ̃ iſtiuſmodi rebꝰ in grecia vnꝙ̃ viſis. Idolatria idoloꝝ ſeruitus ſiue cultura interpretat̃. Nam latria grece·latine ſeruitꝰ dicit̃·que quantũ ad veram religionẽ attinet·non niſi vni ⁊ ſoli deo debet̃. Hanc ſicut impia ſuperbia ſiue hominũ ſiue demonũ ſibi exhiberi uel iubet uel cupit·ita pia humilitas uel hominũ ul' angeloꝝ ſanctoꝝ ſibi oblatam recuſat ⁊ cui debet̃ oſtendit. Idolum autẽ eſt ſimulacrũ·qḋ humana effigie factum ⁊ conſecratũ eſt·iuxta vocabuli interpretationẽ. Idos enĩ grece formam ſonat ⁊ ab eo ꝑ diminutionẽ idolũ deductum·eque apud nos formulã facit. Igit̃ omnis forma ul' formula idolũ ſe dici expoſcit. Inde idolatria omnis circa oẽ idolum famulatus ⁊ ſeruitus. Quidam ṽo latini ignorantes grece imperite dicunt idolum ex dolo ſumpſiſſe nomen·ꝙ̃ diabolus creature cultum diuini nominis inuexit. Demones a grecis dictos aiũt·q̃ſi Δαιμονασ. id ẽ ꝑitos ac reꝝ preſcios. Preſciũt enĩ futura multa. Unde ⁊ ſolent reſponſa aliqua dare. Ineſt enĩ illis cognitio rerũ plus ꝙ̃ infirmitati humane·partim ſubtilioris ſenſus acumine·partim experientia longiſſime vite·partim ꝑ dei iuſſum angelica reuelatiõe. Hi corporũ aereorũ natura vigent. Ante tranſgreſſionẽ quidem celeſtia corpora gerebant; lapſi ṽo in aereã qualitatẽ conuerſi ſunt·nec aeris illiꝰ puriora ſpacia·ſed iſta caliginoſa tenere permiſſi ſũt·qui eis quaſi carcer ẽ·vſqꝫ ad tempus iudicij. Hi ſũt preuaricatores angeli·quorũ diabolus princeps eſt. Diabolus hebraice dicit̃ deorſum fluens·q: quietus in celi culmine ſtare contẽpſit; ſꝫ ſuꝑbie pondere deorſum corruens cecidit. Grece ṽo diabolꝰ criminator vocat̃·uel ꝙ crimina in que ipſe illicit ad deum referat·uel q: electoꝝ innocentiã criminibꝰ fictis accuſet. Unde ⁊ ĩ apocalypſi voce angelica dicit̃. Proiectꝰ eſt accuſator fratrũ noſtroꝝ qui accuſabat illos in conſpectu dei noſtri die ac nocte. Sathanas in latinũ ſonat aduerſarius·ſiue tranſgreſſor. Ipſe eſt enim aduerſarius qui eſt veritatis inimicus. ⁊ ſemꝑ ſanctoꝝ virtutibꝰ contraire nitit̃. Ipſe ⁊ trãſgreſſor q: preuaricator effectus·in veritate qua conditus eſt nõ ſtetit. Idẽ ⁊ temptator·q: temptandam iuſtorum innocentiam poſtulat·ſicut in iob ſcribit̃. Antichriſtus appellatur·q: contra chriſtũ venturus eſt·nõ quõ quidam ſimplices intelligunt·antichriſtũ ideo dictũ ꝙ ante chriſtũ venturus ſit·id eſt poſt eum veniat chriſtus. Nõ ſic·ſed antichriſtus grece dicit̃·qḋ eſt latine contrarius chriſto. Anti enim grece·in latinũ contra ſignificat. Chriſtum enĩ ſe mentiet̃ dum venerit. ⁊ contra eum dimicabit. ⁊ aduerſabitur ſacramentis chriſti ut veritatis eius euangelium ſoluat. Nam ⁊ templũ hieroſolymis reparare ⁊ omnes veteris legis cerimonias reſtaurare tentabit. Sed ⁊ ille antichriſtus eſt qui negat eſſe dominũ chriſtũ. Contrarius enim chriſto eſt. Omnes enĩ qui exeũt de eccleſia. ⁊ ab vnitate fidei precidũt̃. ⁊ ipſi antichriſti ſũt. Bel idolum babyloniũ eſt·quod interpretat̃ vetus. Fuit enim hic belus pater nini primus rex aſſyriorum quem quidã ſaturnũ appellant·qḋ nomen ⁊ apud aſſyrios ⁊ apud afros poſtea cultum eſt. Unde ⁊ lingua punica bal deus dicit̃. Apud aſſyrios aũt bel vocatur quadam ſacroꝝ ſuoꝝ ratiõe. ⁊ ſaturnus ⁊ ſol. Beelphegor interpretatur ſimulacrum ignominie. Idolum enim fuit moab cognomento baal ſuꝑ montẽ phogor·quem latini priapum vocant deũ hortoꝝ. Fuit aũt de lampſaco ciuitate helleſponti·de qua pulſus eſt. ⁊ propter virilis membri magnitudinẽ in numerũ deorũ ſuoꝝ eum greci tranſtulerũt ⁊ in nomine ſacrauerũt hortorum. Unde ⁊ dicit̃ preeſſe hortis ꝓpter eoꝝ fecunditatem. Beelzebub idolum fuit accaron·qḋ interpretatur vir muſcarũ. Zebub enim muſca vocatur. Spurciſſimũ igit̃ idolum·ideo vir muſcaꝝ vocatur·ꝓpter ſordes idolatrie·ſiue ꝓpter ĩmundiciam. Belial ſine iugo. Belial hebraice bel dicitur idolum niniuitarũ. Behemoth ex hebrea voce in latinam linguã animal ſonat; ꝓpter ꝙ de excelſis ad terrena cecidit. ⁊ ꝓ merito ſuo ut animal brutum effectus ſit. Ipſe eſt ⁊ leuiathan id eſt ſerpẽs de aquis·quia in huius ſeculi mari volubili verſat̃ aſtutia. Leuiathan autẽ interpretat̃ additamentũ eorum; quoꝝ ſcilicꝫ niſi hominũ quibus ĩ paradiſo ſemel ꝑ culpam preuaricationis intulit mortem. ⁊ hanc vſqꝫ ad eternam mortẽ quotidie ꝑſuadendo adijcit uel extendit. Quedam autem noĩa deoꝝ ſuoꝝ gentiles ꝑ vanas fabulas ad rationes phyſicas conantur traducere·eaqꝫ in cauſis elementoꝝ compoſita eſſe interpretant̃. ſed hoc a poetis totum fictum eſt·ut deos ſuos ornarent aliquibus figuris·quos ꝑditos ac dedecoris infamia plenos fuiſſe hiſtorie confitent̃. Omnino enĩ fingendi locus vacat vbi veritas ceſſat. Saturnꝰ origo deorũ ⁊ totius poſteritatis a paganis deſignatur. Hunc latini a ſatu appellatũ ferũt·quaſi ad ipſum ſatio omniũ pertineat rerũ·uel a temporis longitudine ꝙ ſaturetur annis. Unde ⁊ eũ greci cronos nomen habere dicunt·id eſt tempꝰ·ꝙ filios ſuos fert̃ deuoraſſe·hoc ẽ·annos q̃s tempus ꝓduxerit in ſe reuoluit·uel eo ꝙ ſemina vnde oriũt iterũ redeũt. Hũc celi patris abſcidiſſe genitalia dicũt·q: nihil ĩ celo de ſeminibꝰ naſcit̃. Falcẽ

tenet inquiũt·ꝓpter agriculturam significandam uel ꝓpter tẽpoꝛa ⁊ annos ꝙ in se redeant·uel pꝛo/pter sapientiam ꝙ intus acuta sit. Jn aliquibus autẽ ciuitatibus saturno liberos suos gentiles imolabãt·ꝙ saturnum poetę liberos suos deuo/rasse solitum tradiderũt. Jouis fertur a iuuan/do dictus.⁊ iupiter q̃si iuuãs pater·hoc ẽ omni/bus pꝛestans. Hũc ⁊ pꝛiuato titulo·iouem opti/mũ dixerunt·dum fuisset incestoꝛ in suis·inpu/dicus in extraneis·quem modo taurum fingunt ꝓpter europę raptum·fuit enĩ in naui cuiꝰ insigne erat taurus·modo danaes p imbꝛem aureũ appe/tisse concubitũ·vbi intelligit̃ pudicitiã mulieris ab auro fuisse coꝛruptam·modo in similitudinẽ aquilę fuisse·ꝓpter ꝙ puerum ad stupꝛum rapue/rit·modo serpentẽ·q2 reptauerit.⁊ cygnum quia cantauerit. Et ideo nõ figurę iste sunt·ƺ plane de veritate scelera. Unde turpe erat tales deos cre/di·quales homines esse nõ debeant. Janũ dicũt quasi mundi uel cęli uel mensiũ ianuam. Duas ia/ni facies faciunt·ꝓpter oꝛientem ⁊ occidentẽ. Cũ ṽo faciũt eum quadrifrontẽ ⁊ ianum geminũ ap/pellant·ad quattuoꝛ mũdi partes hoc referũt uel ad quattuoꝛ elementa siue tempoꝛa. Sed dũ hoc fingũt·monstrum·non deum faciunt. Neptunũ aquas mũdi pꝛędicant.⁊ dictus ab eis neptunus quasi nube tonans. Uulcanũ volũt ignem.⁊ di/ctus vulcanus·quasi volãs candoꝛ·uel quasi vo/licanus·ꝙ p aerem volet. Jgnis enĩ de nubibus nascit̃·vnde etiã Homerus dicit eũ pꝛęcipitatum de aere in terras·ꝙ oẽ fulmen de aere cadit. Jd/circo aũt vulcanus de femoꝛe iunonis fingit̃ na/tus·ꝙ fulmina de imo aere nascũt̃. Claudus aũt dicit̃ vulcanus·q2 p naturã nũꝙ̃ est rectus ignis. ƺ quasi claudus·eiusmodi speciẽ motũqȝ habet. Jdeo aũt in fabꝛoꝝ foꝛnace eundem vulcanũ au/ctoꝛẽ dicũt·q2 sine igne nullũ metalli genus fun/di extendiqȝ potest. Pluton gręce latine diespiter uel dis pater·quem alij oꝛcum vocant·quasi re/ceptoꝛem moꝛtiũ. Unde ⁊ oꝛca nuncupat̃ vas qđ recipit aquas. Jpse ⁊ gręce charon. Liberũ a li/beramẽto appellatũ volũt·ꝙ quasi mares in co/eundo p eius beneficium emissis seminibus libe/rent̃·ꝙ idem liber muliebꝛi ⁊ delicato coꝛpe pin/gitur. Dicũt enim mulieres ei attributas.⁊ vinũ ꝓpter excitandã libidinẽ. Unde ⁊ frons eiꝰ pam/pino cingit̃·ƺ ideo coꝛonam vitteam ⁊ coꝛnu ha bet·q2 cum grate ⁊ moderate vinũ bibit̃·lętitiam pꝛestat.cũ vltra modum·excitat lites·id est quasi coꝛnua dat. Jdem aũt ⁊ lięus apo tu lyin·id ẽ ab hac dissolutione·ꝙ multo vino membꝛa soluant̃. Jste ⁊ gręce dionysius·a mõte indię nyso.vbi di/citur esse nutritus. Cęterũ ẽ ⁊ nysa ciuitas ĩ qua colit̃ idem liber·vnde ⁊ nysęus dictus est. Mer/curius sermo interpꝛetat̃. Nam ideo mercurius quasi medius currens dicit̃ appellatus·ꝙ sermo currat int̃ homines mediꝰ. Jdeo ⁊ hermes grę/ce·ꝙ sermo uel interp̃tatio·quę ad sermonẽ vtriqȝ ptinet hermenia dicit̃. Jdeo ⁊ mercibꝰ pꝛęesse·q2 inter vendentes ⁊ ementes sermo fit mediꝰ. Qui ideo fingit̃ habere pẽnas·q2 citius verba discur/runt.vnde ⁊ velox ⁊ errans inducit̃. Alas eius in capite ⁊ in pedibus·significare volucrẽ fieri per aera sermonem. Nunciũ dictũ·qm̃ p sermonem omnia cogitata enunciant̃. Jdeo aũt hunc furti magistrũ dicũt·q2 sermo animos audientiũ fal/lit. Uirgam tenet qua serpentes diuidit·id est ve/nena. Nam bellantes ac dissidentes interpꝛetũ oꝛatione sedantur.vnde ⁊ ƺm Liuiũ·legati pacis caduceatoꝛes dicunt̃. Sic enĩ p feciales bella in/dicebãt̃·ita pax p caduceatoꝛes fiebat. Hermes aũt gręce dicit̃ apo tes hermenias·latine inter/pꝛes q̃ ob virtutẽ multarũqȝ artiũ scientiã trime/gestus·id est ter maximꝰ nominatus est. Cur aũt cũ capite canino fingunt·hęc ratio dicit̃·ꝙ inter omnia animalia canis sagacissimũ genus ⁊ per/spicax habeat. Martem deum belli esse dicunt ⁊ martem appellatũ·q2 p viros pugnat̃·ut sit mars quasi mas·licȝ ⁊ tria sint genera consuetudinum sicut scytharũ·vbi ⁊ fęminę ⁊ viri ĩ pugnã eunt. Amaçonũ·vbi solę fęminę. Romanoꝝ aliarũqȝ gentiũ·vbi soli mares. Jtem martẽ dicunt·quasi effectoꝛem moꝛtiũ. Nam a marte moꝛs nũcupat̃. Unde ⁊ adulterũ dicunt·q2 belligerantibꝰ incer/tus ẽ. Qui ṽo nudo pectoꝛe stat·ut bello se quisqȝ sine foꝛmidine coꝛdis obijciat. Mars aũt apud gręcos gradiuus dicit̃·eo ꝙ in bello gradũ infe/rant qui pugnãt·aũt ꝙ impigre gradiant̃. Apol/linem q̃uis diuinatoꝛẽ ⁊ medicũ vellent·ipsũ ta/men solem etiã dixerũt·quasi solum. Jpsum titan quasi vnũ ex titanis qui aduersum iouem nõ fe/cit. Jpsum phębũ·quasi ephebũ·hoc ẽ adolescẽ/tem. Unde ⁊ sol puer pingit̃·eo ꝙ quotidie oꝛiat̃ ⁊ noua luce nascat̃. Pythiũ quoqȝ eũdem apolli/nẽ vocari aiũt·a pythone imensę molis serpente. cuius non magis venena ꝙ̃ magnitudo terrebat. Hũc apollo sagittarũ ictibus sternens·nominis q̃ spolia repoꝛtauit·ut pythius vocaret̃. Un/de ⁊ ob hoc insigne victoꝛię pythia sacra celebꝛã/da constituit. Dianã quoqȝ soꝛoꝛem eiꝰ similit̃ lu/nam ⁊ viarũ pꝛęsidem aiũt. Unde ⁊ virginem eã volũt.ꝙ via nihil pariat.⁊ ideo ambo sagittas habere fingunt̃·ꝙ ipsa duo sidera de cęlo radios vsqȝ ad terras emittũt. Dianã aũt vocatam·qua/si duanam·ꝙ luna die ac nocte appareat. Jpsam ⁊ lucinã asseuerãt·eo ꝙ luceat. Eandem ⁊ triuiã eo ꝙ tribꝰ fingat̃ figuris. De qua Uirgilius.tria virginis oꝛa dianę.q2 eadem luna·eadem diana ⁊ eadem ꝓserpina vocat̃. Sed cũ luna fingit̃·sub lustri splendet amictu·cũ succincta iacit calamos latonia virgo est·cũ subnixa sedet solio plutonia coniunx. Latonia aũt diana·eo ꝙ latonis fuerit filia. Cererẽ·id est terrã a creandis frugibꝰ asse/runt dictã·appellantes eã nominibꝰ plurimis. Di cunt etiã eã ⁊ opem·ꝙ ope melioꝛ fiat terra. Pꝛo/serpinã·ꝙ ex ea ꝓserpãt fruges. Uestã ꝙ herbis

uel variis vestita sit reb⁹·uel a vi sua stādo. Eandem ⁊ tellurē.⁊ matrem magnam fingūt·turritā cū tympano ⁊ gallo ⁊ strepitu cymbaloꝝ. Matrem vocatā ꝙ plurima pariat.magnam ꝙ cibū gignat. almā quia vniuersa animalia fructibus suis alit. Est eni alimētoꝝ nutrix t̃ra. Qꝫ simulacrū ei⁹cū claui fingit̃·q: tellus hyeme clauditur·vere apit̃·ut fruges nascantur. Qꝫ tympanū habet·significare volunt orbem terrę. Qꝫ curru vehit̃·dicit̃·q: ipsa est terra quę pendet in aere. Qꝫ sustinet̃ rotis·q: mund⁹ rotat̃ ⁊ volubilis est. Qꝫ leones illi subijciūt mansuetos·ut ostendāt nullū genus esse terrę tam ferū qđ nō subigi possit aut supari ab ea. Qꝫ in capite turritam gestat coronā ostendit suppositas terrę ciuitates quasi insignitas turrib⁹ constare. Qꝫ sedes fingunt̃ circa eam·q: cū omnia moueant̃.ipsam nō moueri. Qꝫ coribantes ei⁹ministri cū strictis gladijs esse fingunt̃ ut significet̃ omnes ꝑ terra sua debere pugnare. Qꝫ gallos huic deę ut seruirent fecerūt·significāt qui semine indigeant terram sequi oportere. In ea quippe omnia repiri. Qꝫ se apud eā iactāt·precipit̃ inquiunt·ut qui terram colunt·ne sedeant·semp enim esse qđ agant. Cymbaloꝝ aūt ęreoꝝ sonitus·ferramentoꝝ crepitus in colēdis agris·⁊ ideo ęre·ꝙ terrā antiqui colebant ęre prius ꝙ ferrū esset inuentū. Eandem vestam ⁊ ignem esse ꝓhibent.q: terram ignē habere non dubiū est·ut ex etna vulcanoqꝫ datur intelligi. Et ideo virginem putant·q: ignis inuiolabile sit elementū·nihilqꝫ nasci possit ex eo quippe qui omnia quę arripuerit assumat. Ouidius in fastis. Nec tu aliud vestam·ꝙ viuam intellige flammam. Nataqꝫ de flāma corpora nulla vides. Propterea ⁊ virgines ei seruire dicunt̃·eo ꝙ sicut ex virgine·ita nihil ex igne nascat̃. Junonem dicunt quasi ianonē·id est ianuā·ꝑ purgationib⁹ feminarū.eo ꝙ q̄si portas matronarū pandat.⁊ naturas nubētiū maritis. Ꝫ hoc philosophi. Poetę aūt iunonem iouis asserunt sororem ⁊ coniugem. Ignē eni ⁊ aerem iouē·aquam ⁊ terrā iunonem interpretant̃. Quorum duoꝝ ꝑmixtione vniuersa gignunt̃. Et sororem dicūt·ꝙ mūdi pars est. Coniugē·ꝙ cōmixta corpa tundit. Unde ⁊ virgili⁹. Tū pater omnipotēs fęcūdis imbribus ęther. Coniugis in gremiū lętę descendit. Minerua apud grecos athena dicit̃·id est femina. Apud latinos aūt mineruā vocatā quasi deam.⁊ munus artiū variarū. Hanc enim inuentricē multoꝝ ingenioꝝ ꝓhibent.⁊ inde eā artem ⁊ rationem interpretant̃.q: sine ratiōe nihil potest contineri. Quę ratio q: ex solo animo nascit̃·animūqꝫ putant esse in capite ⁊ in cerebro ideo eam dicūt de capite iouis esse natam·q: sensus sapientis qui inuenit omnia in capite est. In cuius pectore ideo caput gorgonis fingit̃·ꝙ illic est omnis prudentia quę confūdit alios.⁊ imperitos ac saxeos comprobat·qđ ⁊ in antiquis imperatoꝝ statuis cernimus in medio pectore loricę ꝑpter insinuādā sapientiā ⁊ virtutē. Hęc minerua ⁊ tritonia dicit̃. Triton eni africę palus ē circa quā fert̃ virginali aꝑparuisse ętate·ꝑpter qđ tritonia nuncupata est. Unde ⁊ tanto procliuius dea credita est: quāto minus origo eius innotuit Pallas aūt dicta uel ab insula pallene in thracia in qua nutrita ē·uel apo tu pallein to dory.id est ab hastę concussione·uel ꝙ pallante gigantē occiderit. Venerē ex inde dicunt nuncupatā ꝙ sine vi femina eē virgo nō desinat. Hāc gręci aphroditi vocant·ꝑpter spumā sanguinis generantem. Aphros eni grece spuma vocatur. Qꝫ autē fingunt saturnum celio patri genitalia abscidisse.⁊ sanguinem fluxisse in mari·atqꝫ eo spuma maris concreta venus nata est·illud aiūt·ꝙ ꝑ coitū salsi humoris substātia est.⁊ inde aphroditi venerē dici·ꝙ coitus spuma est sanguinis: quę ex suco viscerū liquido salsoqꝫ constat. Ideo autē venerē vulcani dicūt vxorem·q: venereum officiū nō nisi calore consistit.vnde est. Frigidus in venerē senior. Nam ꝙ saturnus dicit̃ celio patri virilia amputasse quę in mare cadentia venerē creauerūt ideo fingit̃·q: nisi humor de celo in terrā descenderit·nihil creat̃. Cupidinē vocatum ferūt ꝑpter amorē. Est enim demon fornicatiōis. Qui ideo alatus pingit̃·q: nihil amantib⁹ leuius·nihil mutabilius inuenit̃. Puer pingit̃·q: stultus est ⁊ irrationabilis amor. Sagittā ⁊ facem tenere fingitur. sagittam q: amor cor vulnerat.facem q: inflāmat. Pan dicūt gręci·latini siluanū deū rusticoꝝ·quem in naturę similitudinem formauerūt. Unde ⁊ pan dictus ē·id est omne. Fingūt eni cū ex vniuersali elemētoꝝ specie. Habet eni cornua ī similitudinē radioꝝ solis ⁊ lunę. Distinctā maculis habet pellē·propter cęli sidera. Rubet eius facies·ad similitudinē ętheris. Fistulam septē calamoꝝ gestat·propter harmoniā cęli ī qua septē sunt soni ⁊ septē discrimina vocum. Villosus est q: tellus conuestita est.⁊ agit̃ ventis. Pars eius inferior fęda est·propter arbores ⁊ feras ⁊ pecudes. Caprinas vngulas habet·ut soliditatē terrę ostendat·quē volūt rerū ⁊ totius naturę deū. vnde ⁊ pan quasi omnia dicūt. Isis lingua ęgyptioꝝ terra appellat̃·quā isin volunt esse. Fuit eni isis regina ęgyptiorum inachi regis filia quę de grecia veniens egyptios litteras docuit: ⁊ terras colere instituit·propter qđ ⁊ terrā eius noīe appellauerūt. Serapis omniū maximus ęgyptiorum deus. Ipse est apis rex argiuoꝝ qui nauib⁹ transuectus in ęgyptū cum ibidem mortuus fuisset·serapis appellatus est ꝑpterea q: archa in qua mortuus ponit̃·quā sarcophagū vocant·soros grece dicit̃.⁊ ibi eū venerari sepultum ceperunt prius ꝙ templū eius esset instructū·velut soros. Sꝫ apis sorapis primo·deinde vna littera cōmutata serapis dict⁹ est. Apis fuit apud ęgyptios taurus serapi consecratus ⁊ ab eo ita cognominatus·quē ęgyptij instar numinis colebant·eo ꝙ de futuris

daret quędam manifesta signa. Apparebat enim
in memphis. Quē centū antistites ꝓsequebant̄ ꝛ
repēte velut lymphatici pręcinebāt. Hui⁹ capitis
imaginē sibi in heremo videri fecerunt. Fauni a
fando velut apo tes phones dicti·ꝙ a voce·nō si/
gnis ostēdere viderent̄ futura. In lucis eni cōsu/
lebant̄ a paganis. ꝛ respōsa illis nō signis ſ; vo/
cibus dabant. Geniū dicūt ꝙ quasi vim habeat
omniū rerū gignendarū·seu a gignendis liberis.
Unde ꝛ geniales lecti dicebant̄ a gentib⁹·q̄ no/
uo marito sternebant̄. Hec ꝛ alia sūt gentiliū fa/
bulosa figmēta quę interpretata sic habent̄ ut ea
nō intellecta damnabiliter tū adorent. Fatū aūt
dicūt esse quicquid dii fant̄·quicqd iupiter fatur.
A fando igit̄ fatū dicūt·id est a loquēdo. Qđ ni/
si hoc nomen iā in alia re soleret intelligi q̄ corda
hominū volumus inclinare·rationabilit̄ posse/
mus a fando fatū appellare. Nō eni abnuere pos/
sumus esse scriptū i litteris sanctis: semel locutus
est deus·duo hęc audiui. ꝛ cętera. Qđ eni dictum
est·semel locutus est·intelligit̄ imobiliter·hoc est
incōmutabilit̄ est locutus·sicut nouit incōmuta/
biliter oīa quę futura sunt ꝛ quę ipse facturus ē.
Tria aūt fata fingūt in colo. ꝛ fuso·digitisq; fila
ex lana torquentib⁹·ꝓpter tria tempora·pręteritū
qđ in fuso iam netū atq; inuolutū est. pręsens·qđ
inter digitos nentis traiicit̄. futurū in lana quę
colo implicata ē. ꝛ qđ adhuc ꝑ digitos nentis ad
fusum tāq̄ pręsens ad pręteritū traiiciendum est.
Parcas dicūt cata antiphrasin appellatas ꝙ mi/
nime parcant. Quas tres esse voluerūt·vnā quę
vitā hominis ordiat̄· alterā quę contexat·tertiā
quę rumpat. Incipim⁹ eni cū nascimur·sumus cū
viuimus·desinimus cū interimus. Fortunā a for/
tuitis nomen habere dicūt·quasi deā quandā res
humanas varijs casibus ꝛ fortuitis illudentem.
Unde ꝛ cęcam appellant·eo ꝙ passim i quoslibet
incurrens sine vllo examine meritorū ꝛ ad bonos
ꝛ ad malos venit. Fatū aūt a fortuna separant. ꝛ
fortunā quasi sit i his quę fortuitu veniūt·nulla
palam causa. Fatū vo appositū singulis ꝛ statutū
aiūt. Aiūt ꝛ tres furias feminas crinitas serpen/
tibus ꝓpter tres effectus qui in animis hominum
multas ꝑturbationes gignunt. ꝛ interdū cogunt
ita delinquere·ut nec fame nec ꝑiculi sui respectū
habere ꝑmittāt. Ira quę vindictā cupit·cupidi/
tas quę desiderat opes·libido quę appetit volup/
tates. Quę ideo furię appellantur ꝙ stimulis suis
mentē feriant. ꝛ quietā esse nō sināt. Nymphas
deas aquarū putant·dictas a nubib⁹. Nā ex nu/
bibus aquę. vnde deriuatū est. nymphas aquaꝝ
deas·quasi numina lympharū. Ipsas aūt dicunt
ꝛ musas·q̄s ꝛ nymphas·nec imerito. Nam aquę
motus musicen efficit. Nympharū apud gētiles
varia sunt vocabula. Nymphas quippe montiū
oreades dicūt·siluarū dryades·fontiū hamadry/
ades·cāpoꝝ naides. maris nereides. Heroas di/
cūt a iunone traxisse nomē. Grece eni iuno hera
appellat̄. Et ideo nescio·quis filius eius ꝓm gre/
corum fabulam heros fuit nūcupatus. hoc vide/
licet velut mysticū significante fabula qđ aer iu/
noni deputet̄ vbi volunt heroas habitare. Quo
noīe appellant alicui⁹ meriti animas defunctorū
q̄si heroas·id est viros aereos ꝛ celo dignos pro/
pter sapientiā ꝛ fortitudinem. Penates gentiles
dicebāt omnes deos quos domi colebāt. Et pe/
nates dicti ꝙ essent in penetralib⁹·id est in se/
cretis. Hi dii quō vocabant̄ uel quę nomina ha/
buerint ignorat̄. Manes dicunt deos mortuorū
quorū potestatē inter lunam ꝛ terram asserunt. a
quibus ꝛ mane dictū existimant·ꝙ putant habe/
re·quia man⁹·id est rarus est. Manes dictos si/
ue quia late manant ꝑ auras·siue quia mites sūt·
īmanib⁹ contrario noīe h̄ appellatos. Apulei⁹ aūt
ait eos cata antiphrasin dici manes· h̄ est mites
ac modestos cū sint terribiles ꝛ imanes·ut par/
cas·ut eumenidas. Laruas ex hominib⁹ factos
demones aiūt·qui meriti mali fuerint. Quarum
natura esse dicitur·terrere paruulos ꝛ in angulis
garrire tenebrosis. Lamias quas fabulę tradunt
infantes corripere ac laniare solitas·a laniando
specialiter dictas. Pilosi qui grece panite· latine
incubi appellant̄·siue inui ab ineundo passim cū
animalib⁹. Unde ꝛ incubi dicunt̄ ab incubando
hoc est stuprando. Sepe eni improbi existūt etiā
mulierib⁹. ꝛ earū peragūt cōcubitū·q̄s demones
galli dusios nuncupāt·q: assidue hanc peragunt
imundiciā. Quē aūt vulgo incubonē vocāt·hūc
romani faunū ficariū dicunt. ad quē Oratius di/
cit. Faune nympharū fugientiū amator ꝑ meos
fines; ꝛ aprica rura lenis incedas. Hunc alij sa/
tyrum vocant.

Incipit liber nonus
De linguis gentiū Cap. I.

Linguarū diuer/
sitas exorta est in ędificatiōe
turris post diluuium. Nam
prius q̄ superbia turris illius
in diuersos signorum sonos
humanā diuideret societatē·
vna omniū nationū lingua fuit quę hebręa voca
tur: qua patriarchę ꝛ prophetę vsi sunt nō solum
in sermonibus suis·verū etiam in litteris sacris.
Initio aūt quot gentes·tot linguę fuerunt. Dein/
de plures gentes q̄ linguę·q: ex vna lingua mul/
tę gentes sunt exortę. Linguę aūt dictę in hoc lo/
co ꝑ verbis quę ꝑ linguā fiunt genere locutionis
illo quo is qui efficit ꝑ id qđ efficit̄ nominat̄·sicut
os dici solet ꝑ verbis·sicut man⁹ ꝑ litteris. Tres
sunt autem linguę sacrę·hebrea·greca·latina·quę
toto orbe maxime excellunt. His eni tribus lin/
guis sup crucē dñi a pilato fuit causa eius scripta
Unde ꝛ propter obscuritatem sanctarū scriptu/
rarū·harū triū linguarū cognitio necessaria est·
ut ad alterā recurrat̄·dū siquā dubitationē noīs

uel interpretatiōis sermo vnius lingue attulerit. Greca aūt lingua inter ceteras gentiū clarior habetur. Est eni et latinis et omnib' linguis sonantior: cuius varietas in quinqꝫ partibus discernit. Quarū prima dicit cenedo: id est mixta siue cōmunis: qua omnes vtunt. Secūda attica: videlicet atheniensis: qua vsi sunt omnes grecie auctores. Tertia dorica quā habent egyptij et syri. Quarta ionica. Quinta eolica qua se eolisti locutos dixerūt. et sunt in obseruatiōe grece lingue eiusmodi certa discrimina. Sermo enim eorū ita est dispartitus. Latinas autē linguas quattuor esse quidam dixerūt: id est priscam: latinā: romanam: mixtā. Prisca est qua vetustissimi italie sub iano et saturno sūt vsi incondita: ut se habent carmina saliorū. Latina: quam sub latino et regibus tuscie ceteri in latino sūt locuti: ex qua fuerūt. xij. tabule scripte. Romana que post reges exactos a populo romano cepta est: quam neuius: plautus ennius: virgilius poete. et ex oratorib' graccus et cato et cicero uel ceteri effuderūt. Mixta que post imperiū latius ꝓmotum simul cū moribus et hominibus in romanā ciuitatem irrupit: integritatem verbi p soloecismos et barbarismos corrumpens. Omnes aūt orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt: sicut hebrei et syri. Oēs mediterranee gentes in palato sermones feriunt sicut greci et asiani. Oēs occidentis gentes verba in dentibus frangunt: sicut itali et hispani. Syrus et chaldeus: vicin' hebreo est in sermone consonans in plerisqꝫ et litterarū sono. Quidam aūt arbitrant linguam ipsam esse chaldeam: q: abraham de chaldeis fuit. Q si hoc recipitur: quō in daniele hebrei pueri linguam quam nō nouerant doceri iubent? Omnē aūt linguam vnusquisqꝫ hominū: siue grecam siue latinam siue ceterarum gentium: aut audiendo potest tenere: aut legendo aut ex preceptore accipere. Cum autē omniū linguarū scientia difficilis sit cuiqꝫ: nemo tamē tam desidiosus est ut i sua gente positus sue gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putādus est: nisi animaliū brutorū deterior? Illa enim ꝓprie vocis clamorem exprimūt: iste deterior qui ꝓprie lingue caret noticia. Cuiusmodi autē lingua locutus est deus in principio mūdi cū diceret: fiat lux: difficile est inuenire. Nondū eni erant lingue. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hominū auribus maxime ad primū hominē loquēs uel ad ꝓphetas: uel dū corporaliter insonuit vox dicentis dei: tu es filius meus dilectus. vbi a quibusdā creditur illa lingua vna et sola que fuit anteqꝫ esset linguarū diuersitas. In diuersis aūt gentib' creditur qꝫ eadem lingua illis deus loquat: qua ipsi homines vtunt ut ab eis intelligat. Loquit autē deus hominib' non p substantiam inuisibilē: ꝫ p creaturam corporalem: p quam etiā et hominibus apparere voluit quando locutus est. Dicit etiam apostolus: Si linguis hominū loquar et angelorū: vbi querit. qua lingua angeli loquant: nō qꝫ angelorum alique lingue sint: ꝫ p exaggerationē dicit. Item querit: qua lingua in futurum homines loquant: nusqꝫ reperit. Nā dicit apostolus: Siue lingue cessabūt. Ideo aūt prius de linguis ac deinde de gentib' posuimus: q: ex linguis gentes: nō ex gentibus lingue exorte sunt.

De gentium vocabulis Cap. II.

Gens est multitudo ab vno principio orta: siue ab alia natione: ꝺm ꝓpriam collectionem distincta: ut grecie asie. Hinc et gentilitas dicit. Gens aūt appellata ꝓpter generationes familiarū: id est a gignēdo: sicut natio a nascendo. Gentes aūt a quibus diuisa est terra xv. sunt. De iafeth. xv. et vna. de cham. xxxij. de sem. xxvij. que fiunt. lxxiij. uel potius ut ratio declarat. lxxij. totidemqꝫ lingue per terras esse ceperunt: queqꝫ crescendo ꝓuintias et insulas impleuerunt. Filij sem quinqꝫ singulariter gentes singulas ꝓcreauerūt. Quorum primus elam: a quo elamite principes persidis. Secūdus assur: a quo assyriorum pullulauit imperiū. Tertius arfaxat: a quo gens chaldeorū exorta ē. Quartus ludi: a quo lydij. Quintus arā a quo syri: quorum metropolis fuit damasc'. Filij arā nepotes sem. iiij. hus et vl et gether et mesa. Hus traconiditis conditor qui inter palestinam et celesyriam tenuit principatum. vnde fuit iob: ꝺm qđ scriptum est: Uir erat in terra hus noīe iob. Secundus vl: a quo armenij. Tertius gether: a quo carmeni siue carie. Quartus mesa: a quo sūt hi qui vocant meones. Posteritas arfaxat filij sem. heber nepos arfaxat: a quo hebrei sūt. Iectan filius heber: a quo gens indorū orta est. Sale filius iectan a quo bactriani: licꝫ eos alij scytharū exules suspicentur. Ismahel fili' abraham: a quo ismahelite: qui nūc corrupto nomine saraceni quasi a sara. et agareni ab agar. Nabaioth fili' ismahel a quo nabathei qui ab effrata in mari rubro inhabitant. Moab et āmon filij loth: a quibus moabite et āmonite. Edom filius esau: a quo idumei. Hec sunt gētes que de sem stirpe descendūt: possidētes terrā meridianā: ab ortu solis vsqꝫ ad fenices. Filij cham quattuor: ex quib' orte sūt gētes he. Chus: a quo ethiopes ꝓgeniti. Mesraim: a quo egyptij phibent exorti. Futh: a quo libij. Unde et mauritanie fluuius vsqꝫ i presens futh dicit. omnisqꝫ circa eū regio futhensis. Chanaan a quo afri et fenices et chananeorū decē gentes. Itē ex nepotib' cham. Filij chus nepotis cham sex. Filij chus saba et euilath sabatha rema saba euca. Saba: a q ꝓgeniti et appellati sabei. de quib' Uirgili': Solis est thurea virga sabeis. Hi sūt et arabes. Euilath: a quo getuli in parte remotioris africe heremo coherētes. Sabatha: a quo sabateni q nūc astabari nominant. Rema vero et saba et euca paulatim antiqua vocabula pdiderunt. et que nunc a veterib' habeāt ignorat. Filij rema saba et dadan

Hic autē saba per sin litterā scribitur in hebræo·
ille aūt supior saba p samech·a quo appellant sa/
bei·vocat aūt nūc saba arabia. Dadan a q̄ gens ē
ethiopię in occidētali plaga. Filij mesraim·labin
a quo libij qui quondā futhei vocabāt. Cesloim·
a q̄ philistijm q̄s veteres allophilos·nos modo
corrupte palęstinos vocam⁹. De allophilis cętere
sex gentes ignotę sūt·quę bello ethiopico subuer/
sę vsq; ad obliuionē prȩteritorū nominū puene/
runt. Filij chanaan.xj.ex quo chananeorū decem
gentes quor terrā his expulsis iudęi possederūt.
Quorū primogenitus sidon·a quo sidones. Un/
de ⁊ vrbs eorū in fenice sidon vocat. Secundus
eth·a q̄ ethei. Tertius iebus·a quo iebusei: quo/
rum fuit irl'm. Quart⁹ amorreus·a quo amorrei.
Quintus gergeseus·a quo gergesei. Sext⁹ eueus
a quo euei. Ipsi sūt gabaonitę a ciuitate gabaon
qui supplices venerūt ad iesū. Septim⁹ aracheus
q̄ archas condidit oppidū contra tripolim in ra/
dicibus libani sitū. Octauus aseneus·a quo ase/
nei. Non⁹ aradius·a q̄ aradij sūt·qui aradū insu
lam possederūt·angusto freto a fenicis littore se/
paratā. Decim⁹ amareus·a quo syrię nobilis ciui/
tas quę vocat coelis. Undecim⁹ amatheus. Hę
sūt gentes de stirpe chā·quę a sidone vsq; ad ga/
ditanū fretū omnē meridianā partē tenent. Itē
tribus filiorū iafeth. Filij aūt iafeth·vij.noiant.
Gomer·ex q̄ galathę·id ē galli. Magog a q̄ ar/
bitrant scythas ⁊ gotthos traxisse originē. Ma
dai·a quo medos extitere putant. Iauan·a quo
iones·q̄ ⁊ greci. Unde ⁊ mare ioniū. Tubal·a q̄
hiberi q̄ ⁊ hispani·licz quidā ex eo ⁊ italos suspi
cent. Mosoch·ex quo cappadoces sunt. Unde ⁊
vrbs apud eos vsq; hodie maleca dicit. Tiras·ex
q̄ thraces·quor nō satis imutatū vocabulū ē·q̄si
tiraces. Filij gomer nepotes iafeth· assenes· a q̄
sarmatę: q̄s greci reginos vocāt. Rifath·a q̄ pa
phlagones. Gotorma·a q̄ sūt friges. Filij iauan·
elisa.a q̄b⁹ greci elisei q̄ vocant eolides. Unde ⁊
lingua q̄nta grece eolis appellat. Tarsis·a q̄ cili/
ces ut ioseph⁹ arbitrat. Unde ⁊ metropolis ciui
tas eorū tarsis dicit. Cethim·a q̄ cithei.i.cyprij·
a quib⁹ hodie ⁊ vrbs cithiū noiat. Dodani·a quo
rhodij. Hę sūt gentes de stirpe iafeth·quę a tau/
ro monte ad aquilonē mediam partē asię ⁊ omnē
europā vsq; ad oceanū britannicū possident·no/
mina ⁊ locis ⁊ gentib⁹ relinquētes·de quib⁹ po/
stea imutata sūt plurima·cętera pmanent ut fue/
runt. Nā multar gentiū vocabula partim man
serunt·ita ut hodie appareat vnde fuerāt deriua/
ta·sicut ex assur assyrij·ex heber hebrei: partim
vo temporis vetustate ita mutata sunt ut vix ho/
mines doctissimi antiquissimas historias pscru/
tantes·nec omniū·s3 nec aliquar ex istis origines
gentiū potuerint repire. Nā q ex filio cham qui
vocabat mesraim egyptij sint exorti·nulla hoc re/
sonat origo vocabuli·sicut nec ethiopū·q̄ dicunt
ad eum filiū cham ptinere qui chus appellatus ē.

Et si omnia considerent·plurima tn̄ gentiū mu/
tata q̄ manētia vocabula apparent·quib⁹ postea
noīa diuersa·diuersa dedit ratio. Nāq; indi ab
indo flumine dicti sunt·qui ab occidentali parte
eos includit. Seres a pprio oppido nomen sortiti
sunt·gens ad orientē sita·apud quos de arborib⁹
lana contexit. de quib⁹ est illud: Ignoti facie sed
noti vellere seres. Gangaridę·ipsi sunt inter assy/
rios indosq; inhabitātes circa gangen fluuium.
vnde etiam gangaridę nuncupati sunt. Hyrca/
ni dicti sunt a silua hyrcania vbi sunt plurimę ti/
gres. Bactriani scythę fuerunt qui suorum fa/
ctione a sedibus suis pulsi iuxta bactron orient
fluuium consederūt· ex cuius vocabulo ⁊ nomen
sortiti sunt. Huius gentis rex fuit Zoroastes in/
uentor magicę artis. Parthi q̄3 ⁊ ipsi a scythis
originē trahūt. Fuerunt enī eorū exules.qd̄ etiam
vocabulo eor manifestat. Nā scythico sermone
exules parthi dicunt. Hi similit ut bactriani do/
mesticis seditionib⁹ scythia pulsi solitudinē iuxta
hyrcaniā primū furtim occupauerūt. deinde plę/
raq; finiū etiā virtute obtinuerūt. Assyrij ab as/
sur filio sem vocati·gens potentissima·quę ab eu/
frate vsq; ad indorū fines omnē in medio tenuit
regionē. Medi a rege suo cognominati putant.
Namq; iason peliaci regis frater·a pelię filijs
thessalia pulsus est cū medea vxore sua cuius fuit
priuign⁹ medus rex atheniensiū: qui post mortē
iasonis orient plagā pdomuit: ibiq; mediā vrbē
condidit genteq; medor noīe suo appellauit. Sz
inuenim⁹ in genesi·q madai auctor gentis medo/
rū fuit·a quo ⁊ cognominati ut superi⁹ dictū est.
Persę a perseo rege sunt vocati·qui e grecia asiā
transiens ibi barbaras gentes graui diuturnoq;
bello perdomuit. Nouissime victor·nomen sub/
iectę genti dedit. Persę autē ante cyrum ignobi/
les fuerunt.⁊ nullius inter gentes loci habeban/
tur. Medi semp potentissimi fuerūt. Casdęi qui
nūc chaldęi vocant a caseth filio nachor fratris
abrahę cognominati sūt. Sabęi dicti ἀπὸ τοῦ
σεύεσθαι.quod ē supplicare ⁊ venerari·quia di/
uinitatem p ipsorū thura veneramur. Ipsi sunt ⁊
arabes·quia in montibus arabię sūt·qui vocan/
tur libanus ⁊ antilibanus vbi thura colligunt.
Syri ab surim vocati phibentur·qui fuit nepos
abraham ex cethura. Quos autē veteres assyri/
os·nūc nos vocamus syros·a parte totum appel/
lantes. Hebręi vocati sunt ab heber·qui pnepos
fuit sem. Israhelitę vo ab isrl' filio ysaac. Nā pa/
triarcham hebreorū constat fuisse isrl'·a quo.xij.
iudeor tribus israhelis vocabulū sortiti sūt. Iu/
dęis autem scissura decem tribuū noīa imposuit.
Nā antea hebręi siue israhelitę nuncupabantur.
ex quo autē in duo regna dei populus diuisus est
tunc duę tribus quę de stirpe iuda reges habebāt
iudęorū nomen sortiti sunt. Reliqua pars decem
tribuū quę in samaria sibi regē cōstituit·ob po/
puli magnitudinē pristinū nomen retinuit isrl'.

Samaritanorũ gens sumpsit exordiũ ab assyrijs qui transmigrati habitauerũt i samaria. qui latine interpretãt custodes. eo q captiuato isrl̃ isti in terrã regionis eorum ad custodiã collocati sunt. Fenix cadmi frater de thebis egyptiorũ in syriã pfectus apud sidonẽ regnauit. eosq; ꝑ̃pos ex suo noie fenices. eamq; puinciã feniciã nuncupauit. Sidones autẽ a ciuitate que vocat̃ sidon traxisse vocabulũ phibent̃. Saraceni dicti uel q: ex sara genitos se predicent. uel sicut gentiles aiunt. q ex origine syrorũ sint. quasi syrigene. Hi p amplam solitudinẽ habitãt. Ipsi sũt τ ismahelite ut liber geneseos docet. q sint ex ismahele. Ipsi cedareni a cedar filio ismahelis. Ipsi agareni ab agar. q ut diximus puerso noie saraceni vocat̃ q: ex sara se genitos gloriant̃. Philistei ipsi sũt palestini. q: p litterã sermo hebreus nõ habet. ꝫ p eo phi greco vtunt̃. Inde philistei p palestinis dicunt̃. a ciuitate vtiq; sua. Idem τ allophyli. id est alienigene ob hoc q: semp fuerũt inimici isrl̃ τ longe ab eorum genere ac societate separati. Chananei appellati de chanaan filio cham quorum terram iudei possederũt. Ex cuius origine fuit emor pater sichẽ a quo amorrei sunt nũcupati. Egyptij ab egypto quodã rege suo vocati sũt. Nã antea aerei dicebant̃. Interptant̃ aũt lingua hebraica egyptij affligẽtes. eo q afflixerint dei pplm priusq̃ dño auxilio liberarent̃. Armenius ex thessalia vnus de numero ducũ iasonis. q ad colchos pfecti sũt. recollecta multitudine que amisso rege iasone passim vagabat̃. armeniã condidit. gentiq; ex suo vocabulo nomẽ dedit. Limes ẽ psicus q scythas ab eis diuidit. scythia cognominatus. a quo limite scythe a quibusdã phibeñt vocati. gens antiquissima semp habita. Hi parthos bactrianosq;. femine aũt eorum amaçonũ regna condiderũt. Massagete ex scytharum origine sunt. Et dicti massagete quasi graues. id est fortes gete. Nã sic Liuius argentũ graue dicit. i. massas. Hi sunt q int̃ scythas atq; albanos septẽtrionalibus iugis inhabitãt. Amaçones dicte sũt siue q simul viuerẽt sine viris q̃si amaçosę. siue q adustis dexterioribus mãmis essẽt ne sagittarũ iactus ipediret̃. q̃si ἄνευ μαζοῦ. Nudabãt eñi quã adusserãt mãmã. Has Titianus vnimãmas dicit. Nã hoc est amaçon. quasi anesmaçoin. id est sine mãma. Has iã non esse. q earũ gentes partim ab hercule. partim ab achille uel ab alexandro vsq; ad internitionẽ delete sũt in ptes asiatice. Scythie gentes que posteros se iasonis credũt albo crine nascunt̃ ab assiduis niuibus. τ ipsius capilli color genti nomẽ dedit τ inde dicunt̃ albani. Hos glauca oculis id est picta inest pupilla. adeo ut nocte plus q̃ die cernãt. Albani aũt vicini amaçonibus fuerũt. Hugnos antea hunnos vocamus. postremo a rege suo abares appellatos. qui prius in vltima meotide int̃ glatialẽ tanaim τ massagetarum imanes ꝑ̃pos habitauerũt. Deinde pnicibus equis caucasi rupibus feras gentes alexandri claustra cohibẽte ruperũt τ orientẽ. xx. annis tenuerũt captiuũ. τ ab egyptijs atq; ethiopibus annuũ vectigal exegerũt. Troianorum gens antea dardana a dardano rege nominata. Nam dardanus τ iasius fratres e grecia pfecti ex his iasius ad thraciã. dardanus ad frigiã peruenit. ibiq; primus regnauit. Post quẽ filius eius erichthonius. deinde nepos eius tros. a quo troiani nũcupati sunt. Galathe galli esse noscunt̃. qui in auxilium a rege bithynie euocati regnum cum eo peracta victoria diuiserũt. sicq; deinde grecis admixti. primum gallogreci. nũc ex antiquo gallorum nomine galathe nũcupant̃. Greci ante thessali a thessalo. postea a greco rege greci sũt nuncupati. Nã greci proprie thessali dicti sunt. Lapithas autem gentem thessalie fuisse aiunt circa peneon amnẽ olim inhabitantẽ. a lapitha apollinis filia nuncupatos. Sicyonij greci sũt nuncupati a sicyonio rege. Hi primum agialei vocabantur. a rege agialeo qui primus sicyonijs imperauit. a quo τ agialea ciuitas nũcupata est. que nunc peloponnesus vocat̃ a pelope rege suo. Ipsi sunt τ arcades ab arcade rege iouis τ caliste filio dicti. Danai a danao rege vocati. Idem τ argiui. ab argo conditore cognominati. Postq̃ aũt rex grecorum apis mortuus est. huic filius argus successit in regnum. τ ex eo argiui appellati sunt. qui etiam ab eis post obitum ut deus haberi cepit. templo τ sacrificio honoratus. Achei qui τ achiui. ab acheo iouis filio dicti. Pelasgi nominati. q: cũ velis pãsis verno tẽpore aduenisse italiã visi sũt ut aues. Primo enim eos Varro italiã appulisse cõmemorat. Greci vero pelasgos a pelasgo iouis τ larisse filio phibent dictos. Myrmidones fuerunt achillis socij dolopes pyrrhi. Dicti aũt sunt myrmidones pter astutiã. quasi myrmice id ẽ formice. Eratosthenes aũt dicit dictos myrmidones a myrmidone duce iouis τ eury meduse filio. Cecropi atheniensiũ regi successit agranus. cuius filia atthis nomine τ regioni τ genti nomẽ dedit. Et ex ea attici cognominati. qui sunt athenienses. Jon vir fortis ex suo nomine eosdem athenienses vocauit iones. Macedones a nomine emacionis regis antea emaci nũcupati sũt. postea macedones dicti. a macedone rege deucalionis materno nepote. Epyrote a pyrrho achillis filio prius pyrride. postea vero a pyrrho rege ad italiã trãsire presumpserũt. Dorus neptuni τ ellepis filius fuit. vnde dori τ originem τ nomen ducunt. Sunt autem pars grecie gentis ex quibus etiã cognoiata ẽ tertia lingua grecorum. que dorica appellat̃. Lacedemones a lacedemone semele ac iouis filio dicti. Hi diu pseuerãtes in bello ꝯ messenios veriti ne diuturnitate prelij spem prolis pderent. preceperũt ut virgines eorum cũ iuuenibus domi relictis concũberẽt. sicq; ex

ꝑmiſcuo virginū ⁊ maritoꝝ cōcubitu·iuuenes de
incertis parētibus nati ſūt.⁊ ex nota materni pu
doris ſpartani vocati ſunt.nā ipſos eē ſpartanos
quos ⁊ lacedęmones. Spartanos vo ꝓpt̄ repen/
tinos aduētus aduerſus cadmū q̄ſi de t̄ra cōtra/
ctos.⁊ ex oī pte cōfluītos ita vocatos. Thraces
ex filio iafeth qui vocatus eſt tiras.⁊ orti ⁊ co/
gnominati ut ſuperius dictū ē ꝓhibent̄.licꝫ gen/
tiles eos ex morib⁹ ita dictos exiſtimēt ꝙ ſint tru/
ces. Seuiſſimi eni oīuꝫ gentiū fuerūt. Unde ⁊ mul/
ta de eis fabuloſa memorāt̄·ꝙ captiuos diis ſuis
litarēt.⁊ humanū ſanguinē i oſſibus capitū po/
tare ſoliti eſſent. De qb⁹ Uirgilius: Heu fuge cru/
deles terras·fuge littus auarū.quaſi crudelium ⁊
auarorum. Iſtrorū gens originem a colchis du/
cit·qui miſſi ad argonautas perſequendos·ut a
ponto intrauerunt iſtrum fluuium·a vocabulo
amnis·quo a mari receſſerāt appellati ſunt. Ro/
mani a romuli nomine nuncupati qui vrbem ro/
mam cōdidit gentiqꝫ ⁊ ciuitati nomem dedit. Hi
ante a ſaturno ſaturnii·a latino latini vocati ſūt
Nam latinus italię rex fuit· qui ex ſuo nomine
latinos appellauit· qui poſtea romani nuncupati
ſūt. Hi ⁊ quirites dicti·quia quirinus dictus eſt
romulus·ꝙ ſemper haſta vtebatur. quę ſabino/
rū lingua quiris dicitur. Italus ꝗ̄ ⁊ ſabinus ⁊
ſicanus frēs fuerūt·ex quib⁹ noīa ꝓplis iposita ⁊
regionib⁹ ſūt. Nā ab italo itali·a ſabino ſabini·
sicul a ſicano ſicani·qui ⁊ ſiculi cognominati ſūt. Idē
⁊ ſicilienſes. Tuſci italię gens ē·a frequentia ſa/
crorum ⁊ thuris vocata·id eſt ἀπὸ τοῦ θύειν
Umbri italię gens eſt·ſed galloꝝ veteꝝ ꝓpago qui
apenninū montē incolūt. de quib⁹ hiſtorię ꝓhi/
bent·eo ꝙ tp̄e aquoſę cladis imbrib⁹ ſupfuerint.
⁊ ob hoc vmbrios gręce noīatos. Marſi gens
italię·dicta a comite liberi marſia q̄ vſū illis vi/
tiū oſtēdit.⁊ ob hoc illi ſtatuā fecerūt·quā poſtea
romani victis marſis tulerunt. Marſos autem
greci tuſcos vocant·quaſi ὀφιούχους·ꝙ mul/
tos ſerpentes habeat. ⁊ ὄφις ſerpens dicatur.
illęſos autem eſſe carminum maleficiis. Inhabi/
tant autem plagam apennini montis ſimul cum
vmbriis. Gotthi a magog filio iafeth noīati pu/
tāt̄. de ſimilitudine vltime ſyllabę·quos veteres
magis getas ꝗ̄ gotthos vocauerunt·gens fortis
⁊ potētiſſima·corpoꝝ mole ardua·armoꝝ genere
terribilis. De quib⁹ Lucan⁹: Hinc dacus premat·
inde getes occurrat hiberis. Daci autē gotthorū
ſoboles fuerunt.⁊ dictos putant dacos quaſi da/
gos·q: de gotthoꝝ ſtirpe creati ſūt. De qbus ille
Ibis arctos ꝓcul vſqꝫ dagos. Beſſi barbari fue/
rūt q̄ a multitudine boum ſic vocati credunt̄. De
quibus quidā: Qui colit terrę medio uel ille di/
uitis multo boue pilleatus accola ripę. Gipedes
pedeſtri prelio magiſ ꝗ̄ equeſtri ſunt vſi.⁊ ex hac
cauſa ita ſūt vocati. Sarmatę patentibus cāpis
armati inequitabāt priuſ ꝗ̄ eos lentul⁹ danubio
prohiberet·atqꝫ inde ob ſtudium armorū ſarma/
tę nuncupati exiſtimantur. Lanus fluuius fertur
vltra danubiū·a quo alani dicti ſunt·ſicut ⁊ po/
puli inhabitantes iuxta lemannū fluuiū alemāni
vocantur. De quibus Lucanus: Deſeruere cauo
tētoria fixa lemanno. Longobardos vulgo ferūt longo barbos
nominatos a prolixa barba ⁊ nūꝗ̄ tonſa. Uan/ vandal
delicus amnis ab extremis gallię erumpens·iu/
xta quē fluuiū inhabitaſſe ⁊ ex eo traxiſſe nomen
vandali perhibentur. Germanię gentes dictę ꝙ germania
ſint immania corpora immaneſqꝫ natiōes·ſeuiſ/
ſimis duratę frigorib⁹·qui mores ex ipſo cęli ri/
gore traxerūt· feroces animi ⁊ ſemper indomiti
raptu venatuqꝫ viuentes. Horū plurimę gentes
varię armis·diſcolores habitu·linguis diſſonę.⁊
origine vocabulorum incertę·ut tolerates·ſamſi
vari·quadi·tungri·marcomanni·bruteri·camaſi
blangiani·tubantes: quoꝝ immanitas barbarie
etiam in ipſis vocabulis horrorem quendam ſi/
gnificat. Sueui pars germanorum fuerūt in fine Sueui
ſeptētrionis· de quib⁹ Lucanus: Fundit ab ex/
tremo flauos aquilone ſueuos. Quorū fuiſſe cen/
tū pagos ⁊ populos multi tradiderūt. Dicti autē
ſueui putantur a monte ſueuo qui ab ortu initiū
germanię facit·cui⁹ loca icoluerūt burgundiones
quondā a romanis ſubacta interiore germania
per caſtrorū limites poſiti a tiberio cęſare in ma/
gnā cōualuerūt gentē·atqꝫ ita nomē ex locis ſū/
pſerunt·quia crebra ꝑ limites habitacula conſti/
tuta burgos vulgo vocāt. Hi poſtea rebelles ef/
fecti romanis·pluſ ꝗ̄ octoginta milia armatorū
ripę reni fluminis inſederunt.⁊ nomē gentis ob/
tinuerunt. Saxonum gens in oceani littoribus saxonum
⁊ paludibus inuiis ſita virtute atqꝫ agilitate ha/
bilis.vnde ⁊ appellata ꝙ ſit durum ⁊ validiſſimū
gen⁹ hominū.⁊ preſtans cęteris piraticis. Fran/ franci
ci a quodam proprio duce vocari putantur. Alii
eos a feritate morū nuncupatos exiſtimāt. Sūt
enim in illis mores incōditi·naturalis ferocitas
animorū. Britānos quidam latinę nominatos britanos
ſuſpicantur·eo ꝙ bruti ſint.gens intra oceanum
interfuſo mari·quaſi extra orbē poſita·de quib⁹
Uirgilius: Toto diuiſos orbe britānos. Sco/ scoti
ti propria lingua nomen habent a picto corpore
eo ꝙ aculeis ferreis cum atramento variaꝝ figu/
rarum ſtigmate annotētur. Galli a candore cor/ galli
poris nuncupati ſunt. Gala enim grece lac dicit̄.
Unde ⁊ Uirgili⁹ ſic eos appellat·cū ait de his:
Tū lactea colla auro innectunt̄. Scdm diuer/
ſitatem enī cęli ⁊ facies hominū ⁊ colores ⁊ cor/
porū quātitates ⁊ animoꝝ diuerſitates exiſtunt·
Inde romanos graues·grecos leues·afros ver/
ſipelles·gallos natura feroces atqꝫ acriores inge
nio puidemus·qđ natura climatum facit. Galli
aūt ſenones antiquit⁹ xenones dicebantur·ꝙ li/
berꝫ hoſpitio recepiſſent·poſtea x.i s litterā cōmu
tata ē. Uacca oppidū fuit iuxta pyreneū a q̄ ſunt

cognoīati vaccei· de q̇bꝰ credit̄ dixisse poetā. Lateqꝫ vagātes vaccei. Hi pyrenei iugis p̱ amplam montis habitant solitudinē. Idē ⁊ vascones· q̄si vaccones. c. in. s. littera demutata: quos Cneus pōpeius edomita hispania ⁊ ad triūphū venire festinās de pyrenei iugis deposuit. ⁊ ī vnū oppidū congregauit. Unde ⁊ cōuenarū vrbs nomen accepit. Hispani ab hibero amne· primū hiberi· postea ab hispalo hispani cognominati sūt. Gallici a candore dicti. vnde ⁊ galli. Reliquis enim hispanię populis candidiores existunt. Hi grecā sibi originem asserunt. Unde ⁊ naturali ingenio callent. Siquidē post finem troiani belli teucrū mortē aiacis fratris inuisū patri telamoni dum non reciperet̄ in regnū· cyprum concessisse· ibiqꝫ vrbem noie antiquę patrię salaminā condidisse inde galletiam ꝑfectus· expositis sedibus ex loco nomē genti dedisse. Astures gentes hispanię vocati eo ꝙ circa isturā flumen septi montibus siluisqꝫ crebris inhabitent. Cantabri gens hispanię a vocabulo vrbis. ⁊ hiberi amnis· cui insidūt appellati. Horū animꝰ ptinax. ⁊ magis ad latrocinandum ⁊ ad bellandū· uel ad ꝑpetiendū verbera semꝑ parati. Celtiberi ex gallis celticis fuerūt q̊rū ex noīe appellata ē regio celtiberia Nā ex flumine hispanię hibero vbi cōsederūt. ⁊ ex gallis q̇ celtici dicebant̄ mixto vtroqꝫ vocabulo celtiberi nūcupati sunt. Afri appellati ab vno ex posteris abrahę qui vocabat̄ afer qui dicit̄ duxisse aduersus libyā exercitū. ⁊ ibi victis hostibꝰ consedisse· eiusqꝫ posteros ex noīe attaui ⁊ afros ⁊ africam nuncupasse. Peni aūt carthaginenses sunt a fenicibꝰ nūcupati· qui cū didone ꝑfecti sūt. Tyrios ꝟo a tyria vrbe fenicū nūcupatos· de qua ꝑfecti sunt. ⁊ in africę littus venerūt. Getuli getę dicūt̄ fuisse qui ingenti agmine a locis suis nauibꝰ conscendentes· loca syrtium in libya occupauerūt. ⁊ quia ex getis venerant deriuato noīe getuli cognominati sūt. Unde ⁊ opinio est apud gotthos ab antiqua cognatione mauros consanguinitate ꝓpinquos sibi vocare. Africā aūt initio habuere libyes. deinde afri· pꝰ hoc getuli· postremū mauri ⁊ numides. Mauri ⁊ numide ut afri putāt sic sumpserūt ⁊ exordiū ⁊ vocabulū. Nam postq̄ꝫ in hispania hercules interijt ⁊ exercitꝰ eius cōpositus ex varijs gentibꝰ amisso duce passim sibi sedes quęrebant. ⁊ ex eo numero medi ⁊ persę ⁊ armeni nauibꝰ in africam transuecti ꝓxima mari loca occupauere· sed persę dū materiā in agris ꝓ cōstruēdis domicilijs nō inuenirēt. ⁊ ignara lingua cōmertiū ꝓhiberēt· p̱ patentes agros· ⁊ diuersas solitudines vagabāt̄. ⁊ a pabulatiōibꝰ vagabūdis· semetipsos ꝓpria lingua numides appellauerūt· id ē sine oppido vagos ⁊ errantes. Medi aūt cū libijs se miscuerāt· qui ꝓxima hispania habitabant. quorū nomē paulatim libyes corrupere barbara lingua mauros ꝓpt medos appellantes· licꝫ mauri ob colorē a gręcis vocarent̄. Gręci enim nigrū mauron vocant. Ęstifero quippe calore afflati speciem atri coloris ducūt. Massylia ciuitas africę est nō lōge ab atlante ⁊ hortis hesperidū· a q̄ ciuitate massyli vocati sunt· quos nos corrupte massulos vocamꝰ· de q̇bꝰ Uirgiliꝰ. Hinc mihi massylie gētis monstrata sacerdos. Gaulalū gētes sūt a meridie vsqꝫ oceanū hesperiū ꝑuagantes. His nomen gauloen insula dedit quę est iuxta ęthiopiam· vbi nec serpens nascit̄ nec viuit. Garamantes ꝑp̄li africę sūt ꝓpe cirenas inhabitantes· a garamāte rege apollinis filio nominati· qui ibi ex suo nomine garama oppidū cōdidit. Sūt aūt ꝓximi gentibꝰ ęthiopū· de q̇bꝰ Uirgiliꝰ: Extremi garamātes. Extremi aūt q: seui ⁊ a cōsortio hūanitatis remoti. Hesperij ꝟo sūt q̇ circa hispaniā cōmorant̄. Nam hispania hesperia dicitur. Ęthiopes dicti a filio cham qui vocatus est chus· ex quo originē trahūt. Chus enī hebraica lingua ęthiops interpretat̄. Hi quondā ab indo flumine cōsurgentes· iuxta ęgyptū inter nilum ⁊ oceanū· in meridie sub ipsa solis vicinitate insederūt· quorū tres sunt populi· hesperi· garamantes. ⁊ indi. Hesperi sunt occidentis· garamantes tripolis· indi orient̄. Trogoditę gentes ęthiopū ideo nuncupati ꝙ tanta celeritate pollēt· ut feras cursu pedū assequāt̄. Panphagij ⁊ hi ī ęthiopia sunt· quibꝰ esca est quicquid mandi pōt. ⁊ oīa fortuitu gignentia. vnde ⁊ appellati. Ictiophagi ꝙ venando in mari valeant. ⁊ piscibus tm̄ alantur. Hi post indos montanas regiones tenent· quos subactos alexander magnꝰ· piscibꝰ vesci ꝓhibuit. Antropophagi gens asperrima· sub regione syricū sita· qui quia humanis carnibꝰ vescunt̄· ideo antropophagi nominātur. Itaqꝫ sicut his· ita ⁊ ceteris gentibꝰ p̱ sęcula aut a regibus· aut a locis· aut a moribꝰ· aut ex quibuslibet alijs causis īmutata vocabula sūt· ita ut prima origo noīs eorum tempoꝝ vetustate non pateat. Iam ꝟo hi q̇ antipodę dicuntur· eo ꝙ cōtrarij esse vestigijs nostris putant̄· ut quasi sub terris positi aduersa pedibꝰ nostris calcent vestigia· nulla rōne credendū est· q: nec soliditas patit̄· nec centrū terrę· sed neqꝫ h̄ vlla historię cognitione firmat̄· sed hoc poetę q̄si ratiocinando coniectāt. Titanas autē quosdam in gręcia ferūt fuisse robustos ⁊ excellentes viribus ꝑp̄os quos ferūt fabulę ab irata cōtra deos terra ad eiꝰ vltionē creatos. Unde ⁊ titanes dicti sunt.   .id est ab vltione ꝙ q̄si vlciscēdę matris terrę causa ī deos armati existerent· quos fabulę a ioue bello fuisse sup̱atos atqꝫ extinctos fingunt· ꝓpter ꝙ e cęlo iactis fulminibus interierunt.

De regnis ⁊ militię vocabulis Cap. III.

Regnū a regibꝰ dictum. Nam sicut reges a regēdo vocati· ita regnū a regibꝰ. Regnū vniuersę natiōes suis quęqꝫ temporibꝰ habuere· ut assyrij· medi· persę· ęgyptij· gręci uel romani· quoꝝ vices sors tēporū ita volutauit

alterq̄ ab altero solueret. In oīa aūt regna terrarum duo regna ceteris gloriosiora traduntur. assyriorum primo. deinde romanorum. ut temporibus et locis inter se ordinata atq; distincta sunt. Nam sicut illud prius. et hoc posterius. ita illud in oriente. hoc in occidente exortū ē. Denique in illius fine. huius initiū confestim fuit. Regna cetera ceteriq; reges velut appendices istorum habent. Reges a regendo vocati. sicut enī sacerdos a sanctificando. ita et rex a regendo. Non aūt regit q̄ nō corrigit. Recte igitur faciendo regis nomē tenetur. peccando amittitur. Unde et apud veteres tale erat prouerbiū. Rex eris si recte facias. si nō facias nō eris. Regie virtutes precipue due. iusticia et pietas. Plus aūt in regibus laudatur pietas. Nam iusticia per se seuera est. Consules appellati a consulendo. sicut reges a regendo. et sicut leges a legendo. Nam cū romani regū superbā dominationē nō ferrent. annua imperia binosq; consules sibi fecerūt. Nam fastus regius. nō beniuolentia consulentis. sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules appellati. uel a consulendo ciuibus. uel a regendo cūcta consilio. Quos tamē ideo mutandos per annos singulos elegerūt. ut nec insolens diu maneret. et moderatior cito succurreret. Inde aūt duo pares. quia vnus rem ciuilē. alter rem militarē administrabat. Regnauerūt aūt annis quadringentis sexagintasepte. Proconsules subiecti erāt consulibus. et dicti proconsules eo q̄ vice consulis fungerentur. sicut procurator curatoris. id est actoris. Exconsules aūt dicti q̄ iā a consulatu exierint siue discesserint. pacto vicis sue anno. Dictatores q̄nto anno post reges expulsos romani sibi creauerūt. dum gener tarquinij ad iniuriā soceri vindicādā ingentē aduersus romā collegisset exercitū. Hi q̄nquennij temporis imperio vtebātur. Plus enī erant honore q̄ consules q̄ annuas ptātes tenebant. Et dicti dictatores quasi principes et preceptores. Unde et magistri populi nominabantur. vnde et edicta dicuntur. Cesarū nomē a iulio cepit. qui bello ciuili commoto primus romanorū singularē obtinuit principatū. Cesar aūt dictus q̄ ceso mortue matris vtero. prolatus eductusq; fuerit. uel q̄ cū cesarie natus sit. a quo et imperatores sequētes cesares dicti. eo q̄ comati erāt. Qui enim ex secto vtero eximebantur. cesones et cesares appellabantur. Julius autē dictus. quia a iulo enee filio originē duxit. ut cōfirmat Uirgilius: Julius a magno demissū nomē iulo. Imperatorum aūt nomē apud romanos eorū tm̄ prius fuit. apud quos summa rei militaris cōsisteret. et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui. sed dum diu duces titulis imperatorijs fungerentur. senatus censuit. ut augusti cesaris hoc tm̄ nomen esset. eo q̄ is distingueretur a ceteris gētiū regibus. quod et sequētes cesares hactenus vsurpauerūt. Solet enī fieri ut primi regis nomē etiā reliq̄ possideāt. sicut apud albanos ex siluij noīe oēs reges albanorum siluij appellati sūt. sic et apud persas arsacide. apud egyptios ptolemei. apud athenienses cecropide. Augustus ideo apud romanos nomē imperij est. eo q̄ olim augeret rempublicā amplificādo. Quod nomē primitus senatus octauiano cesari tradidit. ut quia auxerat terras. ipso noīe et titulo cōsecraretur. Dū aūt idē octauianus iā cesar et imperator appellaretur uel augustus. postea vero dū ludos expectaret. et pnūciatū esset illi a populo ut vocaretur et dominus. statim manu vultuq; auerso indecoras adulatiōes repressit. et domini appellationē ut homo declinauit. atq; in sequenti die oēm ipsum grauissimo edicto corripuit. dominumq; se post hec appellari. nec a liberis quidē suis permisit. Fuit enī filius actie que nata est de sorore iulij cesaris. Reges aūt ob hanc cām apud grecos basilei vocantur. q̄ tanq̄ bases ipsum sustinēt. Unde et bases coronas habēt. Quāto enī quisq; magis preponitur. tanto amplius pondere laborum grauatur. Tyranni grece dicuntur. idē latine et reges. Nā apud veteres inter regē et tyrānū nulla discretio erat. ut Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyrāni. Fortes enī reges tyranni vocabantur. Nam tyro fortis. de quibus dominus loquitur dicens: Per me reges regnāt et tyrāni per me tenēt terrā. Jam postea in vsū accidit tyrānos vocari pessimos atq; improbos reges luxuriose dominatiōis cupiditatē et crudelissimā dominationē in populis exercentes. Princeps et dignitatis modo significatur et ordinis. sicut est illud virgilianū: Princeps ardētē coniecit lāpada turnus. pro primus. aut dictus princeps a capiendi significatiōe. q̄ primus capiat. sicut municeps ab eo q̄ munia capiat. Dux dictus eo q̄ sit ductor exercitus. Sed non statim quicūq; principes uel duces sunt. etiā reges dici possūt. In bello aūt melius ducē noīari cōuenit q̄ regē. Nā hoc nomē exprimit in prelio ducentē. Unde et Uirgilius: Ducis euandri. Salustius: Quo cupidius in ore ducis sese quisq; bonū Nō dixit in ore cōsulis. Monarche sūt q̄ singularē possidēt principatū qualis fuit alexāder apud grecos. et iulius apud romanos. Hinc et monarchia dicitur. Monos quippe singularitas greco noīe. archia principatus ē. Tetrarche sūt quartā partē regni tenētes. Nā tetra quatuor sūt. qualis fuit apud iudeā philippus. Patricij inde vocati sūt. pro eo q̄ sicut patres filijs. ita prouideāt rei publice. Prefecti dicti q̄ pretoria ptāte presint. Pretores idem q̄ et prefecti. q̄si prepositores. Presides vero dicti. quia alicuius loci tutelā presidialiter tenēt. Tribuni vocati q̄ militibus siue plebibus iura tribuūt. Chiliarce sūt q̄ mille presūt militibus. quos nos millenarios nūcupamus. et est grecū nomē. Centuriones dicti eo q̄ centū presūt militibus. sicut q̄nq̄genarij q̄ in capite sūt q̄nq̄ginta militū. sicut decani ab eo q̄ decē militibus preferuntur. Miles dictus. quia mille erāt ante in numero vno. uel quia vnus ē ex mille electus. Romulus aūt primus ex populo milites sumpsit et appellauit. Liber vero primus militie ordinē docuit. Miles aut ordinarius dicitur. aut extraordinarius. Ordinarius est qui per ordinē militat. nec adhuc

aliquē cōsecutus est gradū honoris. Est eni gregarius·id est humilis militię. Extraordinari⁹ est qui ob virtutē ꝓmouet̃ ex ordine. Emeriti dicuntur veterani solutiq; militia·qui iam in vsu pręlij non sunt·quia mereri militare dicit̃· a stipendijs scilicȝ quę merent̃. Idem ⁊ veterani dicūtur·quia iam in vsu pręlij non sunt·sed post multos militię labores quietis suffragiū cōsequūtur. Equestres milites dicti·eo ꝙ equo sedeāt. Itē militat ille in equestri ordine. Tyrones dicunt̃ fortes pueri ꝙ ad militiā delegant̃ atq; armis gerendis habiles existunt. Hi eni non ex sola ꝓfessione natiuitatis· sed ex aspectu ⁊ valitudine corpis existimant̃. Vñ ⁊ tyrones dicti·quiq; anteꝗ̃ sacramēto probati fuerint milites nō sūt. Romanę aūt militię mos fuit puberes pmo exerceri armis. Nam sextodecimo anno tyrones militabant·quo etiā solo sub custodib⁹ agebant. de quib⁹ Virgili⁹: Et primo flore iuuentus. Seruos sane nunꝗ̃ militasse constat·nisi seruitute deposita·excepto hānibalis tēpore·cum post cannense pręliū in tanta necessitate fuissent romani·ut ne liberandorū quidē seruorū daretur facultas. Desertores vocati·eo ꝙ desertis militarib⁹ officijs euagant̃. Hi in alios numeros militię nomē dare ꝓhibent̃·sed si nō magni temporis culpam cōtraxerint·cęsi numeris suis restituūtur. sed ⁊ qui deserunt exercitū ad hostes trāseuntes. ⁊ ipsi desertores vocant̃. Conscripti milites dicuntur· q: in tabulis conferunt̃ ab eo qui eos ducturus est·sicut transcripti vocātur·cū de alia in aliā legionē transeūt. ⁊ inde transcripti·q: noīa dant ut transcribant̃. Optiones dicti ꝙ sint electi. Nā optare eligere est·sicut ē illud: Optauitq; locū regno·id est elegit. Excubitores dicūt̃· ꝓ eo ꝙ excubias sempagunt. Sūt eni ex numero militum. ⁊ in porticib⁹ excubant ꝑpter regalē custodiā. Excubię aūt diurnę sūt·vigilię nocturnę. vnde ⁊ vigiles. Velites erāt apud romanos genus militię·a volitando vocati. Lecti eni agilitate iuuenes cū armis suis post terga equitū consedebant. ⁊ mox cū ad hostes ventū esset·equis desiliebāt. ⁊ cōtinuo pedites ipsi·ex alia parte equitibus p quos aduecti fuerant dimicantib⁹·hostē perturbabant. Ab his igitur velitib⁹ elephanti quondā hānibalis retroacti cum regi iam a suis nō possent·fabrili scalpro inter aures adacto necabantur. Castra sūt vbi milites steterint. Dicta aūt castra quasi casta·eo ꝙ illic castraret̃ libido. Nam nunꝗ̃ his intererat mulier. Militia autē a militibus dicta·aut a multis quasi multitia· q̈si negociū multorū·aut a mole rerū·quasi molecatia. Legio sex miliū armatorum est·ab electo vocata quasi lecti·id est armis electi. proprie autē lingua macedonū phalanx·gallorū caterua·nostra legio dicitur. Legio autem habet sexaginta centurias· manipulos. xxx. cohortes. xij. turmas ducentas· choros. xv. Centuria est pars exercitus in centenos milites diuisa. Vnde ⁊ qui his pręsunt centuriones dicunt̃. Succenturiati sunt·non qui in prima sed qui in secunda centuria sunt·quasi sub prima centuria·tñ structi etiā ipsi ⁊ i speculis positi in bello sūt·ut si prima defecerit·isti quos sub se diximus·laborātib⁹ primis subueniāt. Vnde ⁊ ad insidiandū ponitur succenturiat⁹·quasi armis dolosis instruct⁹. Manipul⁹ ducētoꝝ ē militum. Manipuli aūt dicti sūt milites·siue q: bellū primo manu incipiebant·siue ꝙ anteꝗ̃ signa essent manipulos sibi·id est fasciculos stipulę uel herbę alicu⁹ ꝓ signis faciebant·a quo signo manipulares milites cognominati sūt. de quib⁹ Lucanus: Conuocat armatos extēplo ad signa maniplos. Turma. xxx. equites sunt. Romani eni equites in vna tribu trecenti fuerunt. De singulis enim centurijs. x. dabant̃ ⁊ fiebat turma. Cohors q̄ngentos milites habet. Tria sunt militię genera· sacramentū·euocatio·cōiuratio. Sacramentū in quo post electionē iurat vnusquisq; miles se non recedere a militia nisi post completa stipendia·id est militię tpa. ⁊ hi sunt qui habent plenā militiā. Nam viginti ⁊ q̄nq; annis tenent̃. Euocatio dū ad subitū bellū·non solū milites·ȝ ⁊ ceteri euocant̃. Vnde etiā consul solebat dicere: Qui rēpublicam saluā eē vult me sequatur. Cōiuratio·quę fit in tumultu quando vicinū vrbis periculū singulos iurare nō patit̃·ȝ repente colligit̃ multitudo ⁊ tumultuosa in ira cōfiat̃. Hęc ⁊ tumultuatio dicitur. In acie aūt iste fere formę sunt: Exercit⁹ classis·nod⁹·cuneus·alę·cornua·agmen: quę formas ⁊ nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuātur. Acies dicta ꝙ ferro armata sit ⁊ acumine gladioꝝ. Exercitus·multitudo ex vno genere·ab exercitatiōe belli vocata. Classes dictę ꝑpter diuisionē exercit⁹·qui postea manipuli dicti sunt. vnde ⁊ Virgili⁹: Classibus hic locus ē: hic acies certare solebant. Nam postea ⁊ classica nauiū dicta. Nodus ꝓprie est densa peditū multitudo·sicut turma equitū. Nodus autem dictus pro difficultate ꝙ vix possit resolui. Cuneus est collecta in vnū militum multitudo. Vnde ꝑpter ꝙ in vnū coit. ⁊ ipsa coitio in vnū cuneus nominatus est quasi counc⁹·eo ꝙ in vnū omnes cogunt̃. Alę in exercitu. xxx. equites esse dicunt̃. Alę aūt equites ob hoc dicti·quia tegunt pedites alarū vice. Cornua vocant̃ extremitas exercitus ꝙ intorta sit. Agmen dicitur·cū exercit⁹ iter facit·ab agendo vocatū·id est eundo. Plautus: Quo te agis ⁊ ipse. Est eni exercitus ambulans. Nam agmen dicitur·qḋ in longitudine directum est· qualiter solet esse cum exercitus portis ꝓcedit. quicq̄d fuerit aliud abusiue dicitur.

De ciuibus Cap. IIII.

De imperijs militięq; vocabulis ex parte dictū est·deinceps ciuiū nomina sūmatim subiungimus. Ciues vocati ꝙ i vnū coeuntes viuant ut vita cōmunis ⁊ ornatior fiat ⁊ tutior. Domus vnius familię habitaculum est·

ficut vrbs vni⁹ populi·ficut orbis domiciliū toti⁹ generis humani. Est aūt domus genus familię· siue coniūctio viri ⁊ vxoris. Incipit aūt a duob⁹· ⁊ ē nomē grecū. Familia ē liberi ex liberis legib⁹ suscepti a femore. Gen⁹ aūt a gignendo ⁊ ꝓgenerando dictum·aut a diffinitione certorū prognatorum·ut nationes que ꝓprijs cognationibus terminatę gentes appellantur. Populus est humanę multitudinis iuris consensu ⁊ cōcordi cōmunione sociatus. Populus autem eo distat a plebibus ꝙ populus vniuersi ciues sūt·cōnumeratis senioribus ciuitatis. Plebs autem reliquū vulgus sine senioribus ciuitatis. Popul⁹ ergo tota ciuitas ē. vulgus ꝟo plebs est. Plebs autem dicta a pluralitate·maior est enim numerus minorū ꝙ̄ seniorꝫ. Populus ꝟo. .dicitur id est cetus. .vnde ⁊ ꝓprius dict⁹ est. Grece autem popul⁹ laos dicitur·a lapidibus. Vulg⁹ est passim inhabitās multitudo·quasi q̄sqꝫ quod vult. Tribus dicuntur tanꝙ̄ curię ⁊ cōgregationes distinctę populorꝫ. ⁊ vocatę tribus ab eo ꝙ in principio romani trifarie fuerūt a romulo dispertiti: in senatorib⁹·militibus ⁊ plebib⁹. Quę tamē tribus nūc multiplicatę·nomen pristinū retinēt. Senatui nomē ętas dedit ꝙ seniores essent. Alij a sinendo dictos accipiunt senatores. Ipsi enim agendi facultatem dabant. Senatusconsultus a consulendo ⁊ tractādo est dictus·ꝙ sic fit ut consulat ⁊ nocere non possit. Patres autem ut Salustius dicit·a curę similitudine vocati sūt. Nam sicut patres filios suos·ita ⁊ illi rempublicā alebant. Patres conscripti·quia dum romulus decem curias senatorum elegisset·noīa eorum presente populo in tabulas aureas cōtulit·atqꝫ inde patres conscripti vocati. Primi ordines senatorū dicuntur illustres·secundi spectabiles·tertij clarissimi. Iam inferius quartū aliqđ genus non ē. Quis autē senatoria quisqꝫ origine esset·vsqꝫ ad legitimos annos eques roman⁹ erat. deinde accipiebat honorem senatorię dignitatis. Censores apud veteres romanos erant. Est enī nomē censoris dignitas iudicialis. Censere enī iudicare ē. Itē cēsores sūt patrimoniorꝫ iudices·a censu ęris appellati. Iudices dicti quasi ius dicentes populo·siue ꝙ iure disceptent. Iure aūt disputare·est iuste iudicare. Non est autem iudex·si non est in eo iusticia. Presides rectores prouintię sunt dicti ꝙ presunt. Pretores aūt quasi preceptores ciuitatis ⁊ principes. Idem ⁊ questores·quasi quesitores·eo ꝙ questionibus presunt. Consiliū enim ⁊ causa apud eos est. Proceres sunt principes ciuitatis·quasi ꝓcedes·ꝙ ante omnes honore precedant. Vnde ⁊ capita trabium que eminēt extra parietes proceres dicuntur·eo ꝙ primo procedāt. Hinc aūt ad primores facta translatio ꝙ a cetera multitudine prominent. Tribuni dicti ꝙ plebi uel iura uel opem tribuant. Constituti sunt autē sexto anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu ⁊ consulib⁹ premeretur·tunc ipsa sibi tribunos quasi ꝓprios iudices ⁊ defensores creauit· qui eorum libertatem tuerentur. ⁊ eos aduersus iniuriā nobilitatis defenderent. Vnde ⁊ defensores dicti·eo ꝙ sibi plebem cōmissam contra insolentiam improborū defendant. At contra nunc quidam euersores non defensores existunt. Numerarij vocati sunt qui publicū nūmū ęrarijs inferunt. Functi ab eo ꝙ fungant̄ officio ⁊ honore aliquo dicti. Hinc ⁊ defunctos mortuos dicim⁹ q̄ compleuerūt vitę officia. Nihil enī iam faciunt. Municipes sunt in eodē municipio nati·ab officio munerū dicti·eo ꝙ publica munia accipiunt. Munia enim officia sunt. Vnde ⁊ immunes dicunt̄ qui nullū gerūt officiū. Municipales originales ciues ⁊ in loco officiū gerentes. Decuriones dicti·ꝙ sint de ordine curię. Officium enim curię administrant. vnde non est decurio qui summam non intulit uel curiā participauit. Curiales autē idē ⁊ decuriones. Et dicti curiales·q: ciuilia munera procurāt ⁊ exequūt̄. Principales·magistratus. ⁊ duūuirales·curialium officiorꝫ ordines sūt. Principales dicti·ꝙ presint magistratib⁹. Magistrat⁹ ꝟo ꝙ maiores sint reliquis officijs. Duūuirales autē qui super duos viros habent potestatem. Tabellio vocat⁹·eo ꝙ sit portitor tabellarū. Idem exceptor·idē ⁊ scriba public⁹·q: ea tm̄ quę gestis publicāt̄ scribit. Burgarij a burgis dicti·quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant. vnde et burgūdionū genti nomen inhęsit·quos quondam subacta germania romani per castra disposuerūt·atqꝫ ita nomē ex locis sumpserunt. Collegiati dicuntur·ꝙ eorū collegio custodijsqꝫ deputentur qui facinus aliqđ commiserunt. Est enim sordidissimū genus hominū patre incerto progenitum. Priuati sunt extranei ab officijs publicis. Est enim nomen magistratum habenti contrarium. ⁊ dicti priuati·ꝙ sint ab officijs curię absoluti. Mercēnarij sunt q̄ seruiunt accepta mercede. Idem ⁊ barones greco nomine ꝙ sint fortes in laboribus· Barys enim dicitur grauis ꝙ sit fortis. Cui contrarius est leuis·id est infirmus. Publicani appellantur cōductores vectigalium fisci uel rerum publicarum·siue qui vectigalia publica exigunt·uel qui p negocia sęculi lucra sectant̄. vnde ⁊ cognominati sūt. Villicus ꝓprie villę gubernator est. Vnde ⁊ a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernatorem villę·sed dispensatorem vniuersę dom⁹ Tullio interpretāte significat· qđ est vniuersarum possessionum ⁊ villarum dispensatorem. Actores idem ⁊ curatores·ab agendo ⁊ curando vocati. Procuratores ꝟo eo ꝙ vice curatoris fungantur·quasi propter curatores·sicut ꝓconsul pro consule. Coloni sunt cultores aduenę· dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes atqꝫ alienum agrum locatum tenentes ac debentes cōditionē genitali solo ꝓpter agriculturā


sub dñio possessoris .p eo q hic locatus ē fundus. Coloni autem quattuor modis dicūtur. Nā coloni aut romani sunt·aut coloni latini·aut coloni auxiliares. aut coloni ruris priuati. Inquilini vocati quasi incolentes aliena. Non eñ habent ꝓpriam sedē·sed in terra aliena inhabitant. Differt autem inter inquilinū ⁊ aduenam. Inquilini enim sunt qui emigrant ⁊ non ꝑpetuo ꝑmanent. Aduenę aūt uel incolę aduenticij perhibent̄ sed ꝑmanentes. ⁊ inde incolę·quia iam habitatores sunt. ab incolēdo. Indigenę sunt inde geniti. ⁊ in eodem loco nati vbi inhabitant. Incola autē nō indigenam sed aduenam indicat. Peregrini dicti eo q ignorantur eorū parentes a quibus orti existunt. sunt enim de longinqua regione. Urbani vocabantur qui romę habitabant. Qui vo ī cęteris locis·oppidani. Nam sola roma vrbs·cętera oppida. Famuli sūt ex ꝓpria suorū familia orti. Serui autē vocabulū inde traxerunt·q hi q̄ iure belli possint occidi a victorib⁹ cōseruabāt̄ ⁊ serui fiebant·a seruando scilicꝫ serui appellati. Ancillę a sustentaculo vocatę. Ancon eñ gręce cubit⁹ dicitur. Unde ⁊ ancone dicimus. Mancipium est quicquid manu capi subdiqꝫ pōt·ut homo equus ouis. Hęc eñ animalia statim ut nata sūt·mancipiū esse putantur. Nam ⁊ ea quę in bestiaꝝ numero sunt·tunc vident̄ mancipiū esse quādo capi siue domari ceperint. Ingenui dicti quia ī genere habent libertatē non in facto sicut liberti. Unñ ⁊ gręci eos eugenes vocant q sint boni generis. Libertus aūt vocatus·quasi liberatus. Erat eñ prius iugo seruitutis addict⁹. Libertorū aūt filij apud antiquos libertini appellabant̄·quasi de libertis nati. Nūc vo libertinus·aut a liberto factus aut possessus. Manumissus dicit̄ quasi manu emissus. Apud veteres eñ quotiēs manu mittebāt·alapa ꝑcussos circūagebant ⁊ liberos confirmabant. vnde ⁊ manumissi dicti·eo q de manu mitterentur. Dedititij primū a deditione sunt nuncupati. Deditio eñ dicitur quādo se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt: quibus hęc origo nominis fuit·dū quondā aduersus populum romanū serui armis sūptis dimicassent·victi se dederūt·comꝓhensiqꝫ varia turpitudine affecti sunt. Ex his quidā postea a dñis manumissi·ꝓpter suppliciorꝫ notas quas manifeste perpessi sunt·ad dignitatem ciuiū romanorū non ꝑuenerunt. Latini ante romam conditā apud latinos fiebant· nunq̄ ꝑ testamentū·sed ꝑ epistolam libertatē sumentes. Inde quia ꝑ testamentū non fiebant·nec ex testamento aliquid capere·nec suos heredes facere poterant. Ciues romani postea sub consulibus ꝑ testamenta in vrbe romana effecti sūt. Dicti aūt ciues romani·quia testamēto liberi effecti· in numerū romanoꝝ ciuiū rediguntur. His primum aditus erat in vrbe roma cōmorari. cęteris aūt libertis .ꝓhibebatur·ne uel in vrbe roma uel infra septimum ab vrbe miliarium cōmanerēt.

De affinitatibus ⁊ gradibus Cap. v.

Heredis nomē imposuit census ęris. soluit enim tributū auctoris. In hoc enim vocabulo prima successio est hęreditatis ⁊ generis·ut sūt filij ⁊ nepotes. Prohęres est qui loco hęredis fungitur quasi .p hęrede. Est eñ aut institutus·aut substitut⁹. Pater est a quo nascitur initium generis. Itaqꝫ is paterfamilias vocitatur. Pater aūt dictus eo q patratiōe peracta filium procreet. Patratio enim ē rei venereę consūmatio. Lucreti⁹. Et bene patratio patrū. Genitores aūt a gignendo. ⁊ parentes quasi parientes. Idem ⁊ creatores. Crementū enim ē semen masculi·vnde animaliū ⁊ hominū corpora concipiuntur. hinc creatores parentes dicunt̄. Mater dicitur q exinde efficiatur aliquid. Mater enim quasi materia·nam causa pater ē. Paterfamilias aūt dictus·q omnibus in familia sua positis seruis·tanq̄ pater filijs patria dilectiōe cōsulit seruorūqꝫ conditionē a filiorum affectu non discernit·sed quasi vnū membrū amplectitur. Hinc eñ exortum est nomē patrisfamilias. Qui autē inique dominant̄ ī seruis·hoc se noīe nequaq̄ reputent appellari. Materfamilias inde vocat̄·quia ꝑ quandam iuris solēnitatem in familiam trāsit mariti. Tabulę enim matrimoniales instrumenta emptionis suę sunt. Alias sicut matrona est ⁊ mater ꝑmi pueri·id est quasi mater nati·ita materfamilias illa est quę plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit. Auus·patris pater est·ab ęuo dictus·id est ab antiquitate. Proauus aui pater est·quasi prope auum. Abauus·proaui pater·iā lōge ab auo. Atauus·abaui pater. Tritauus·atauí pater·quasi tetrauus. id est quartus supra abauū. Sed tritauus vltimū cognationis nomen est. Familia autem oritur a patre·terminatur ī tritauo. Filius ⁊ filia a familia dicti sūt. ipsi enim primi in ordine nascentiū existunt. Unñ ⁊ cornelia familia stirps ipsa oīs a cornelio orta. Familia aūt a femore. femur eñ gen⁹ est ⁊ stirps ostēdit̄. Nā familia·.p seruis abusiue·nō ꝓpe dicit̄. Stirps ex longa generis significatione vocatur. Gnatus dict⁹ quia generatus. Unde ⁊ ꝑ g scribit̄. Soboles·eo q substitutio sit generis. Quadripartitus est aūt ordo filioꝝ·ita. Unigenitus· primogenitus·medius·nouissimus. Unigenitus q sit vnicus·nec ante nec post vllus. Primogenitus·ante quem nullus. Medius·inter oēs. Nouissim⁹·post omnes. Idem ⁊ minimus·a monade. Nouissimus autem ꝓpter q nouus·quia cęteri precedēdo antiquiores existūt. Quattuor eñ modis filij appellantur: natura·imitatione·adoptione·doctrina. Natura·veluti cū dicuntur filij abrahę iudei. Imitatione·ut ipsius abrahę fidē imitantes ex gentibus·dicente euāgelio: Potēs ē deus de lapidibus istis suscitare filios abrahę. uel sicut eosdem iudęos dñs filios eē dicit diaboli·a quo nō nominati uel non nati·sed quē fuerāt

imitari. Adoptiõe q̃ qđ hũana cõsuetudine nulli licet nescire. uł sic nos deo nõ natura. ꝫ adoptiõe dicim⁹: pr̃ nr̃ q̃ es i celis. Doctrina. sic apl's filios suos appellat eos qb⁹ euãgeliũ p̄dicauit. Filij ãt ideo i legib⁹ liberi appellãt. ut isto vocabulo secernãt a fuis. q̃a sic seru⁹ i ptãte ẽ dñi. sic fili⁹ i ptãte ẽ pr̃is. Inde etiã filio fit emãcipatio. ut sit liber a pr̃e. sic fit seruo manumissio. ut sit liberat⁹ a dño. Itẽ liberi dicti. q: ex libero sũt matrimonio orti. Nã filij ex libero ⁊ ancilla fuilis cõditiõis sũt. Sẽp eni q̃ nascit̃ deteriorẽ parentis statũ sumit. Naturales aũt dicũtur ingenuar̃ cõcubinar̃ filij q̃s sola natura genuit. nõ honestas cõiugij. Idẽ ⁊ pueri a pube. Adoptiu⁹ filius ẽ q̃ aut pr̃e iusto aut auo aut ꝓauo cui⁹ ptãte p emãcipationẽ ẽ tradit⁹ i alienã potestatẽ. q̃ vtriusq; fert nomen. ut flaui⁹ emili⁹ uel scipio paulus. Gemini sũt nõ duo tm̃ simul nati. ꝫ etiã plures. De geminis aũt vno abortiuo. alł q̃ legitime nat⁹ fuerit vopisc⁹ noiat̃ Postbum⁹ vocat̃ eo ꝙ p⁹ humationẽ pr̃is nascitur. id est post obitũ. Iste ⁊ defuncti nomẽ accepit. sic eni lex voluit ut qui de defuncto nascitur defuncti nomine appelletur. Nothus dicitur qui de patre nobili ⁊ matre ignobili gignit̃. sicut ex concubina. Est autem hoc nomen grecum ⁊ i latinitate deficit. Huic cõtrarius est spurius qui de matre nobili ⁊ de patre ignobili nascit̃. Itẽ spurius patre incerto matre vidua genitus velut tm̃ spurij filius. quia muliebrem naturã veteres spuriũ vocabãt. velut ἀπὸ τοῦ σπόρου ꝰ ẽ seminis nõ patris noie. Eosdem ⁊ fauonios appellabant. quia quędam animalia fauonio spũ hausto cõcipe existimant̃. Unde ⁊ hi q̃ nõ sunt de legitimo matrimonio matrẽ poti⁹ q̃ patrẽ sequũtur. Latinę aũt spurij quasi extra puritatẽ. id ẽ quasi imũdi. Nepos ẽ qui ex filio nat⁹ ẽ. Dict⁹ aũt nepos quasi natus post. Primũ eni filius nascit̃. deinde nepos. Gradus eni substitutiõis ẽ. Hinc ⁊ posteritas q̃si postera etas. Nepos aũt vtriusq; sexus ẽ. Nam ut neptis dicamus in iure est ꝓpter discretionẽ successionis admissum. Pronepos est q̃ ex nepote cõcept⁹ natusq; est. Et dictus ꝓnepos q̃si nat⁹ porro p⁹. Ex hoc quoq; gradu incipit vocari ⁊ progenies. quasi porro post geniti. Nã filij ⁊ nepotes nõ sũt ꝓgenies. q: nõ ẽ in eis longa posteritas. Sicut aũt inferius longe editi ꝓgenies dicunt̃. ita superi⁹ proaui attauiq; ꝓgenitores appellant̃. q̃si porro generãtes. Pronepos dictus q: ꝓpe nepotẽ. Abnepos quia seiungitur a nepote. Est eni inter illũ ⁊ nepotẽ ꝓnepos. Adnepos abnepotis filius. Trinepos adnepotis fili⁹. q: p⁹ nepotẽ quart⁹ i ordine ẽ q̃si tetranepos. Minores aũt nõ dicim⁹ nisi q̃tiẽs graduũ deficit nomẽ. utputa filius nepos ꝓnepos abnepos adnepos trinepos. Ubi isti gđ⁹ defecerint. merito iam dicim⁹ minores. sic ⁊ maiores dicim⁹ post pr̃is aui ꝓaui abaui attaui tritauiq; vocabulũ.

Hoc loco necessariũ est exponere queadmodũ grad⁹ cognatiõis numeret̃. Qua in re in primis admonendi sumus ꝙ cognationum alie supra numerant̃. alię infra. alię ex trãsuerso. quę etiã a latere dicũt̃. Superior cognatio ẽ parentũ. inferior liberorũ. Ex transuerso fratrũ sororũue. eorũq; qui ex his ꝓgenerãt̃. ⁊ cõsequẽt̃ patrui. amitę. auunculi. matertere. Et superior q̃dẽ ⁊ iferior cognatio a p̄mo gradu icipit. at ea quę ex trãsuerso numerat̃ a secũdo. Primo gradu ẽ supra pater. infra fili⁹ filia. Secũdo supra au⁹ auia. infra nepos nept̃. Ex trãsuerso frat̃ ⁊ soror. Tertio supra ꝓauus ꝓauia. infra ꝓnepos ꝓneptis. Ex trãsuerso fr̃is sororisq; fili⁹ filia ⁊ ꝯsequẽt̃ patru⁹ amita. auũculus matertera. Patruus ẽ pr̃is frat̃ q̃ grece πάτρως vocat̃. Auũcul⁹ ẽ matris frater q̃ apud grecos ꝓpie μήτρως appellat̃ ⁊ ꝓmiscue θεῖος dicitur. Amita est patris soror. matertera v̄o est matris soror. vtraq; θεία. uel apud quosdã τηθίς appellat̃. Quarto gradu supra abau⁹ abauia. infra abnepos abneptis. Ex trãsuerso fr̃is sororisq; nepos nept̃. ⁊ ꝯsequent̃ patru⁹ magnus amita magna. id est aui frat̃ ⁊ soror. Itẽ auũcul⁹ magn⁹ ⁊ matt̃era magna. id est auię frat̃ ⁊ soror. Consobrin⁹ ꝯsobrina. id ẽ q̃ quęve ex fr̃ib⁹ aut sororib⁹ ꝓgenerãt̃. Sꝫ q̃dã recte ꝯsobrinos eos ꝓpe putãt dici q̃ ex duab sororib⁹ ꝓgenerãt̃. q̃si ꝯsororinos. Eos v̄o q̃ ex duob⁹ fr̃ib⁹ ꝓgenerãt̃ ꝓpie patrueles vocari. Si aũt ex duob⁹ fr̃ib⁹ sorores nascant̃. sorores patrueles vocant̃. At eos q̃ ex fr̃e ⁊ sorore ꝓgenerãt̃ amitinos ꝓpe dici. Amitę tuę filij ꝯsobrinũ te appellãt. tu illos amitinos. Quinto gđu supra attau⁹ attauia. infra atnepos atneptis ex trãsũso fr̃is sororisq; ꝓnepos ꝓnept̃. ⁊ cõsequẽter ꝓpatru⁹ ꝓamita. id ẽ ꝓaui frat̃ ⁊ soror. ꝓauũcul⁹ ꝓmatt̃era. id ẽ ꝓauię frat̃ ⁊ soror. Itẽ fr̃is patruelis sororis patruelis ꝯsobrini ⁊ ꝯsobrinę amitini ⁊ amitinę fili⁹ filia. ꝓprior sobrin⁹ sobrina. Hi sũt patrui magni. amitę magnę. auunculi magni. matterę magnę. fili⁹ filia. Sexto gradu sũt supra tritau⁹ tritauia. infra trinepos trinept̃. Ex trãsuerso fr̃is sororisq; abnepos abnept̃. ⁊ cõsequent̃ abpatru⁹ abamita. id ẽ abaui frat̃ ⁊ soror. abauũcul⁹. abmatt̃era id ẽ abauię frat̃ ⁊ soror. Itẽ sobrini sobrinęq;. i. q̃ quęve ex fr̃ib⁹ uł sororib⁹ patruelib⁹ uel ꝯsobrinis uł amitinis ꝓgenerãt̃. Hactenus ostendisse sufficiat queadmodũ gđ⁹ cognatiõis numerent̃. Nãq; ex his palã ẽ intelligẽ queadmodũ vlteri⁹ q̃sq; gđ⁹ numerare debem⁹. Quippe sp narrata quęq; psona gradũ adijciat. uel longe facili⁹ sit respõdere quoto q̃sq; gđu sit ꝙ ꝓpa cognatiõis appellatiõe quẽq̃ denotari. Agnatiõis grad⁹ eodẽ modo numerẽt̃. Sꝫ cũ magis veritas oculata fide ꝙ p aures animis hoiũ ifigit̃. iõ necessariũ duxim⁹ p⁹ narrationẽ gđuũ etiã eos i p̄senti libro inscribi q̃ren⁹ possint ⁊ ex aurib⁹ ⁊ oculorum inspectiõe adolescẽtes pfectissimã graduũ doctrinã adipisci. Stemmata dicunt̃ ramusculi quos aduocati faciũt in genere cum gradus cognationũ partiunt̃. utputa ille filius. ille pater ille auus. ille attau⁹. ⁊ ceteri quor̃ figurę hę sũt.



abauus abauia
ꝓpatru' ꝓamita
ꝓauus ꝓauia
ꝓauūcul' ꝓmaſtera
hoꝛum filius filia
patruus magnus amita mag̃
auus auia
auūcul' ⁊ maſtera mag̃
hoꝛum filius filia
eoꝛum nepos neptis
ꝓpioꝛ ſobꝛin' ſobꝛina
patruus amita
Pater mater
auūcul' maſtera
ꝓpioꝛ ſobꝛin' ſobꝛina
eoꝛum nepos neptis
eoꝛum ꝓnepos ꝓneptis
hoꝛum filius filia
fr ⁊ ſoroꝛ patruelis amitini
Frater
Soroꝛ
cōſobꝛin' cōſobꝛina
hoꝛum filius filia
eoꝛum ꝓnepos ꝓneptis
eoꝛum nepos neptis
hoꝛum filius filia
fratris filius filia
Filius filia
ſoroꝛis filius filia
hoꝛum filius filia
eoꝛum nepos neptis
hoꝛum nepos neptis
fratris nepos neptis
nepos neptis
ſoroꝛis nepos neptis
eoꝛum nepos neptis
fratris ꝓnepos ꝓneptis
ꝓnepos ꝓneptis
ſoroꝛis ꝓnepos ꝓneptis
abnepos abneptis
Hec est arboꝛ con ſangui ni tatis

De agnatis & cognatis Cap. vi.

a Agnati dicti eo q accedat pnatis dũ desunt filij. Qui ideo prius in gente agnoscunt· quia veniunt per virilis sexus personas· veluti frater eodem patre natus· uel fratris filius· nepos· uel ex eo. Item patruus. Cognati dicti· quia sunt & ipsi ꝓpinquitate cognationis cõiuncti. Qui inde post agnatos habent· q: p femininini sexus psonas veniũt· nec sũt agnati· s alias naturali iure cognati. Proximus ꝓpter ꝓximitatẽ sanguinis appellat. Cõsanguinei vocati eo q ex vno sanguine· id est ex vno patris semine nati sunt. Nã semẽ viri spuma ẽ sanguinis ad instar aquę i scopulos collisę· quę spumã candidam facit. vel sicut vinũ nigrũ qd in calice agitatum spumã albentẽ reddit. Fratres dicti· eo q sint ex eodem fructu· id est ex eodem semine nati. Germani vo de eadẽ genitrice nascẽdo manãtes non ut multi dicũt· de eodẽ germine· q tm fratres vocantur. ergo frẽs ex eodem fructu· germani ex eadẽ genitrice manãtes. Uterini vocati eo q sint ex diuersis patrib & vno vtero editi. Nã vterus tm mulieris est. Quattuor aũt modis frẽs dicũt in diuinis scripturis· natura· gente· cognatione: affectu. Natura· ut esau & iacob· andreas & petrus iacobus & iohannes. Gente· ut oẽs iudei fratres inter se vocant· ut i deuteronomio; Si aũt emeris fratrẽ tuũ q est hebręus. Et apsus; Optabã inquit ego anathema esse a xpo p fratrib meis q sunt cognati mei sm carnẽ q sunt israelitę. Porro cognatione frẽs vocant q sunt de vna familia id ẽ patria· quas latini paternitates interptant· cũ ex vna radice multa generis turba diffũditur. ut i genesi dixit abrahã ad loth. Nõ sit rixa inter me & te & inter pastores meos & pastores tuos· quia fratres sumus. Et certe loth non erat frater abrahę· sed fili fratris eius aram. Quarto modo affectu fratres dicti· qui in duo scindunt· speciale & cõmune. Speciale quo oẽs xpiani frẽs vocãt· ut: Ecce q bonũ & q iocundũ habitare fratres i vnũ. In cõmune aũt cũ & oẽs hoies ex vno patre nati· pari int nos germanitate cõiungimur· scriptura loquẽte: Dicite his q oderũt vos· frẽs nri vos estis. Germana ita intelligit· ut germanus eadẽ genitrice manãs. Soror aũt ut frat. Nã soror ẽ ex eodẽ semine· dicta q sola cũ fratrib i sorte agnationis habeat. Fratrũ filij patrueles dicti eo q patres eoꝝ germani frẽs int se fuerũt. Cõsobrini vo vocati q aut ex sorore & frẽ· aut ex duab sororib sũt nati· quasi cõsororini. Fratrueles aũt matertere filij sũt. Sobrini cõsobrinoꝝ filij. Thius grecũ nomẽ est. Patruus frat patris est· quasi pater alt. Unde & discedẽte pre pupillũ prior patruus suscipit. & quasi filiũ lege tuet. Auũcul est matris frat· cui nomẽ formã diminutiui habere videt· q: ab auo venire mõstratur. Amita ẽ soror pris· qsi alia mat. Matertera ẽ soror matris· qsi altera mat. Socer ẽ q filiã dedit. Gener ẽ q filiã duxit. Gener aũt dict q asciscat ad augẽdũ gen. Socer aũt & socr qd genex uel nux sibi associauit. Uitric aũt q vxorẽ ex alio viro filiũ aut filiã habentẽ duxit. Et dict vitric qsi nouitric q a matre supducat nou. Priuign ẽ q ex alio pre natus est. & priuign dici putat· qsi priuigen· q: pus genit. vñ & vulgo ante natus. Uocabula aũt a gẽte hec videt declinata. genitor genitrix· agnati agnatę· cognati cognatę· pgenitores pgenitrices· germani germanę. Hęc cõsanguinitas dũ se paulatim propaginũ ordinibus dirimens vsq ad vltimũ gradum subtraxerit. & propinquitas esse desierit· eam rursus lex matrimonij vinculo repetit. & quodãmodo reuocat fugiẽtẽ. Ideo aũt vsq ad sextũ generis gradũ cõsanguinitas constituta est· ut sicut sex etatibus mundi generatio & hoĩs status finitur· ita ꝓpinquitas generis tot gradibus terminaretur.

Item de predictis affinitatibus

a Auctor mei generis pater mihi ẽ, ego illi fili aut filia. Patris mei pater mihi au. ego illi nepos aut neptis. Pris mei auus mihi proauus· ego illi pronepos aut proneptis. Patris mei proauus mihi abauus est· ego illi abnepos aut abneptis. Patris mei abau mihi atauus ẽ· ego illi adnepos aut adneptis. Patris mei atauus mihi tritau est· ego illi trinepos aut trineptis.

De patruis

Patris mei frater mihi patruus est· ego illi fratris filius aut filia. Patrui mei pater mihi pater magn ẽ· ego illi filij fratris fili aut filia. Patrui mei auus mihi propatru ẽ· ego illi filij filię nepos aut neptis. Patrui mei proauus mihi adpatru est· ego illi nepotis aut neptis filius aut filia.

De amitis

Patris mei soror mihi amita est· ego illi fratris filius aut filia. Amitę meę mater mihi amita magna ẽ· ego illi filię fratris filius aut filia. Amitę meę auia mihi pamita est· ego illi neptis fili aut filia. Amitę meę proauia mihi abamita ẽ· ego illi neptis nepos aut nept.

De auunculis

m Matris meę frat mihi auũculus est· ego illi sororis fili aut filia. Auũculi mei pater mihi auuncul magn ẽ· ego illi filij sororis fili aut filia. Auunculi mei auus mihi pauũcul ẽ· ego illi filij nepos aut neptis. Auunculi mei pauus mihi abauũculus est· ego illi neptis filius aut filia.

De materteris

m Matris meę soror mihi matertera est· ego illi sororis fili aut filia. Materterę meę soror mihi matertera magna est· ego illi sororis nepos aut neptis. Auię meę soror mihi abmatertera est· ego illi sororis pronepos aut proneptis. Proauię meę soror mihi promatertera ẽ ego illi neptis filius aut filia.

De coniugijs Cap.vii.

Vir sexum significat·non coniugium·nisi adieceris·vir eius. Maritus vero etiam sine adiectione coniugē sonat.⁊ a mare maritus·quasi mas. Est enim nomen prime positionis·quod facit in diminutione masculus·in deriuatione maritus. Sponsus a spondendo vocatus. Nam ante vsum tabellarum matrimonij cautiones sibi inuicē emittebant·in quibus spondebant se inuicē cōsentire ī iura matrimonij.⁊ fideiussores dabant. Vnde ⁊ admissū est ut sponsū dicam⁹ virū a spondendo.⁊ sponsam similit̄. Ceterū ꝓprie spondere velle est. Ergo sponsus nō q: ꝓmittit̄·sed quia spondet ⁊ sponsores dat. Arrabo dicta·quasi arrabona. Quod enī dat̄ ꝓ cōiugio·bene datur·q: cōiugiū bonū est. Qđ ꝟo causa fornicatiōis aut adulterij·malū est·idcirco arrabo non est. Dicta aūt arra a re ꝓ qua traditur. Est aūt arra nō solū sponsio cōiugalis·sed etiam ꝓ qualibet ꝓmissa re data ut compleat̄. Proci nuptiarum petitores a precādo ⁊ petēdo dicti. Pronuba dicta eo ꝙ nubentib⁹ preest·queqꝫ nubentē viro cōiungit·ipsa ē ⁊ paranympha.nam nympha sponsa ī nuptijs.⁊ nympha ꝓ lauatiōis officio·qđ ⁊ ad nomē nubentis alluditur. Coniuges appellati ꝓpter iugū qđ imponit̄ matrimonio coniungendis. Iugo enī nubētes subijci solent ꝓpter futurā cōcordiā ne separent̄. Coniuges aūt veri⁹ appellant̄ a prima desponsatiōis fide·ꝙuis adhuc inter eos ignoret̄ coniugalis cōcubitus·sicut ioseph maria coniunx vocat̄·int̄ quos nec fuerat nec futura erat carnis vlla cōmixtio. Nupte dicte ꝙ vultus suos velent·translatū nomē a nubib⁹ qb⁹ tegitur celum. Vnde ⁊ nuptie dicunt̄ ꝙ ibi primū nubentiū capita velant̄. Obnubere enī coopire ē. Cui cōtraria innuba hoc est innupta·que adhuc vultū suū non velat. Vxores vocate quasi vnxiores. Moris enī erat antiquitus ut nubētes puelle simul venirēt ad limē mariti.⁊ postes anteꝙ ingrederent̄ ornarēt laneis vittis.⁊ oleo vngerent. Et inde vxores dicte quasi vnxiores·que ideo vetabāt̄ limina calcare·ꝙ illic ianue ⁊ coeāt ⁊ separent̄. Matrona ē que iam nupsit.⁊ dicta matrona quasi mater nati·uel q: iam mater fieri potest. vnde ⁊ matrimoniū dictū. Distinguit̄ aūt inter matronā ⁊ matrē·matreqꝫ familias. Nam matrone·q: iam in matrimoniū cōuenerunt·matres q: genuerūt·matresfamilie q: iam p quādā iuris solēnitatē in familiā mariti transierūt. Monogamus dictus· quia vni tm̄ nupsit. Mono enim apud grecos vnū dicitur·gamos nuptie interpretantur. Bigamus aūt ⁊ trigam⁹ a numero vxorū vocatus·quasi duaꝝ uel triū maritus. Vidua vocata ꝙ cum viro vno fuerit·nec circa consortiū alterius viri post mortem primi cōiugis adheserit. Nam que alteri post mortē prioris viri nupserint· vidue nō dicūtur. Itē vidua dicta ꝙ sola sit·nec circa consortiū alterius viri cōiugalia iura custodiat. Fratris vxor fratissa vocat̄. Mariti frater leuir dicit̄. Duorū inter se fratrū vxores ianitrices vocant̄·quasi candē ianuā terentes·uel p eandem ianuam iter habentes. Viri soror glos appellat̄. Sororis vir speciale nomē nō habet· nec vxoris frater. Matrimoniū est nobiliū iusta conuentio ⁊ conditio. Cōiugiū est legitimarū psonarū inter se coeundi ⁊ copulandi nuptie. Cōiugiū est dictū quia coniūcti sunt·uel a iugo quo ī nuptijs copulantur·ne resolui aut separi possint. Connubium aūt nō a nupta sed a nubendo formatū. Dicit̄ aūt connubiū·cū equales in nuptias coeūt·utputa ciues romani·pari vtriqꝫ dignitate. Connubiū aūt non est cū ciuis roman⁹ cū latina iungit̄. Quotiens aūt cōnubiū nō ē·filij patrē nō sequūt̄. Hymeneus dicit̄ a quodā hymeneo q̄ prim⁹ ꝓspere vsus est nuptijs·uel apo tu hymenos·que mēbrane virginitatis est claustrū. Contuberniū est ad temp⁹ coeundi conuentio. vnde ⁊ tabernaculū·qđ mō huc mō illuc prefigitur. Repudiū ē qđ sub testimonio testiū uel presenti uel absenti mittit̄. Diuortiū est quotienscūqꝫ dissoluto matrimonio·alter eorū alteras nuptias sequit̄. Diuortiū autē dictū a flexu viarū·hoc ē vias in diuersa tendentes. Friuolū est cum eo animo separant̄ ut rursum ad seinuicem reuertant̄. Nā friuolū est velut quassē mētis ⁊ fluxe nec stabilis. Proprie aūt friuola vocantur·fictilia vasa inutilia. Tres aūt ob causas ducitur vxor. Prima est causa prolis·de qua legit̄ in genesi.⁊ benedixit eis dicens: Crescite ⁊ multiplicamini. Secūda causa adiutorij·de q̄ ibi ī genesi dicitur: Non est bonū hoiem esse solū·faciamus ei adiutoriū simile sibi. Tertia causa incōtinentie. Vnde dicit apl'us: ut qui se non continet nubat. In eligēdo marito quattuor spectari solent: virtus·gen⁹·pulchritudo·sapientia. Ex his sapientia potentior est ad amoris effectū. Refert hec quattuor Virgili⁹ de enea ꝙ his dido impulsa ē in amorem eius. Pulchritudine: quē sese ore ferens. Virtute: ꝙ forti pectore ⁊ armis. Oratione·heu quibus ille iactatus fatis que bella exhausta canebat. Genere: credo equidē nec vana fides gen⁹ esse deorū. Itē in eligenda vxore quattuor res impellunt hoiem ad amorē: pulchritudo genus·diuitie·mores. Melius tamen est si in ea mores querant̄ ꝙ pulchritudo. Nūc aūt ille querunt̄·quas aut diuitie aut forma·non quas ꝓbitas morū cōmendat. Ideo autem femine sub viri potestate consistunt·quia leuitate animi plerūqꝫ decipiunt̄. Vnde ⁊ equū erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde ⁊ veteres voluerūt feminas innuptas ꝙuis pfecte etatis essent·ꝓpter ipsam animi leuitatē in tutela consistere.

Finit liber nonus

Incipit liber decimus de quibusdā vocabulis nominū per alphabetum distinctis

ORigo quorundam nominū·id est vnde veniant·non pene oībus patet Proinde quędā noscēdi gratia·huic operi interiecimus. Licȝ origo nominū vnde veniant·a philosophis eam teneat rationem·ut per denominationē homo ab humanitate·sapiens a sapientia nomineť·q: prius sapientia·deinde sapiens·tamen claret alia specialis in origine quorundā nominū causa·sicut homo ab humo·vnde ꝓprie est appellatus. Ex quibꝰ exempli gratia quędam in hoc opere posuimus.

AEros vir fortis ꝛ sapiēs. Auctor ab augēdo dictus. Auctorē in feminino genere dici nō posse. Nam quędā sunt quę ī feminino genere flecti nō possunt·ut cursor. Actor ab agēdo. Alumnꝰ ab alēdo vocatꝰ·licȝ ꝛ qui alit ꝛ qui aliť alumnus dici possit·id est ꝛ qui nutrit ꝛ qui nutriť· ȝ melius tñ qui nutriť. Amicus ꝑ deriuationē quasi animi custos. Dictus aūt ꝓprie amicꝰ ab hamo·id est a catena charitatis·vnde ꝛ hami q̄ teneant. Amator turpitudinis·q: amore torqueť libidinis. Amabilis aūt q̄ sit amore dignus. Amasius eo q̄ sit pronꝰ ad amorē. Astutꝰ ab astu vocatꝰ·qd̄ est callidi ꝛ cauti nois. q̄ possit sine ꝑiculo fortiter aliquid facere. Argutus·quia argumentū cito inuenit in loquēdo. Acer in vnāquāq; formā vegetus ac nimiꝰ. Alacer a velocitate ꝛ cursu·quasi diceret aliger. Armiger·q̄ arma gerat. Alacris lętus·alacriť gestiens. ꝛ nulliꝰ rei nouitate turbatus. Agilis ab agēdo aliq̄d celeriter·sicut docilis. Aemulus·eiusdē rei studiosus·quasi imitator ꝛ amabilis. alias inimicꝰ īuenitur. Aequus est ꝯm naturam iustus·dictus ab ęq̄litate hoc est ab eo q̄ sit ęqualis·vnde ꝛ ęquitas appellata ab ęq̄litate quadā scilicet. Aequęuus·eo q̄ sit alteri ęqualis ęuo·id est coętaneus. Arrogans·eo q̄ multū rogeť. ꝛ ille multū fastidiosus sit. Audax ꝓprie ꝓ arrogāte poniť. Animosus·eo q̄ sit animis ꝛ viribꝰ plenꝰ. Animatus·q̄si animo auctꝰ ꝛ q̄si animo firmatus. Aelatus·ꝓ eo q̄ seipsum suꝑ mensurā eleuet·dū magnus sibi videť de his quę agit. Attollens q̄ se eleuet ꝛ erigat. Ambitiosus q̄ honores ambiat. Auidus dictus ab auēdo. auere enī cupere est. Hinc ꝛ auarus. Nam quid est auarum esse? ꝓgredi vltra q̄ȝ sufficit. Auarus ex eo dictus·q̄ sit auidus auri ꝛ nunq̄ȝ opibꝰ expleať. ꝛ quantū plus habuerit tantū plus cupiat: Flacci suꝑ hoc concordāte snīa·q̄ ait: Semꝑ auarꝰ eget. ꝛ Salustiꝰ q̄ neq; auaritia copia neq; inopia minuať. Amarꝰ a sapore translatum nomen habet. Est enī insuauis·nec nouit quēq̄ȝ ad consortiū suū aliqua īuitare dulcedine.

Adulter violator maritalis pudoris·eo q̄ alteriꝰ thorū polluit. Anceps hucilluc q; fluctuās ac dubius istud an illud capiat. ꝛ in qua parte declinet anxius. Atrox·q̄ sit tetris moribus. Abstemius a temeto·id est vino·quasi abstinēs a vino. Ablactatus·q̄ sit a lacte ablatꝰ. Aeger q̄ agať īfirmitate uel tristicia ad tempꝰ. Aegrotꝰ·q̄ sit ęger frequentiꝰ·sicut iratus ꝛ iracūdus. Aerumnosus·a rumine dictꝰ q̄ ꝑ inopiā miser factus esuriat ꝛ sitiat. Auspex eo q̄ auiū auspicia intēdat·sicut auceps·q̄ aues capiat. Astrosus ab astro dictꝰ·q̄si malo sidere natꝰ. Aenormis eo q̄ normā ꝛ mensurā excedat. Abactor est fur iumentoꝝ ꝛ pecorū quē vulgo abigeum vocant·ab abigēdo scilicet. Atramꝰ ꝛ albatus·ille a veste nigra·iste ab alba. Aduena eo q̄ aliūde aduenįat. Alienigena· q̄ ex alia gente genitꝰ est. ꝛ nō ex ea vbi est. Itē alienigena q̄ alienę regionis sit ꝛ nō eiꝰ vbi est. Accola eo q̄ aduenįēs terrā colat. Agricola a colēdo agro·sicut siluicula. Assecla eo q̄ sequať aliquem lucri causa. Assiduus dicebať apud antiquos·q̄ assibus ad ęrariū expensū conferendis pręerat. ꝛ in negocijs q̄ȝ publicis frequēs·vnde ꝛ ꝑ s nō ꝑ d scribendū ē. Apparitor noīatus q̄ appareat ꝛ videať. ꝛ presto sit ad obsequiū. Attentus ut aliq̄d audiēs teneat. Attonitus veluti furore quodam instinctus atq; stupefactus. Dictus aūt attonitꝰ a tonitrui strepitu·q̄si tonitruo stupefactꝰ. ꝛ vicino fulgore·aut tactu ꝓximus. Allectus q̄ sit palam electus. Abactus·q̄ sit ab actu remotꝰ. Abortiuꝰ eo q̄ nō oriať·ȝ aboriať ꝛ excidat. Adoptiuus·qui est palā adoptatus in filiū. Ambo ab eo qd̄ est αμφω nomen de gręco latinū factū littera tertia demutata. Alius de multis diciť: Alter vero e duobus vocať. Aequimanus appellatur qui vtraq; manu gladio incunctanter vtiť.

BEatus dictus·quasi bene auctus·scilicȝ ab habendo qd̄ velit. ꝛ nihil patiēdo qd̄ nolit. Ille aūt vere beatus est·qui habet omnia quę vult bona. ꝛ nihil vult mali. Ex his enī duobꝰ beatꝰ homo efficiť. Bonus a venustate corporis crediť dictus·postea ꝛ ad animū translatum nomen. Eum aūt dicimꝰ bonū cui non pręualet malū·eūq; optimū. qui peccat minimū. Benignus est vir sponte ad benefaciendū paratus ꝛ dulcis alloquio. Nō aūt multū distat benignus a bono·q: ꝛ ipse ad benefaciendū videť expositus Sed ī eo differt q: potest bonus esse ꝛ tristior. ꝛ bene quidē facere. ꝛ pręstare qd̄ posciť·nō tñ suauis esse nouit cōsortio. Benignus aūt sua cūctos nouit īuitare dulcedine. Beneficus·a benefaciendo alteri dictꝰ. Unde ꝛ beneficientia vocatur quę ꝓximo prodest. Beniuolus q: bene vult· Nō tñ dicimꝰ beneuolus·sicut nec maleuolus. Sępe enī ex duabꝰ partibus compositū nomen·aut priorem aut sequentē litterā corrūpit. Nam beneuolētia absurdū sonat. Blandus dulcis ꝛ inuitans ad familiaritatē sui. Brutus q̄si obrutꝰ·q: sensu caret.

Est eni sine ratione sine prudentia. Unde et ille iunius brutus ex sorore tarquinij superbi genit⁹ cū eundem casum timeret quē frater inciderat q̄ ob diuitias et prudentiā ab auūculo fuerat occisus vtilē tēporis stulticiā simulauit. Unde etiā brutus est cognominat⁹ dū vocaret iunius. Balbus a balando potius q̄ a loquēdo dictus verba eni nō explicat. Inde et blesus q: verba frangit. Bucco garrulus q̄ ceteros oris loquacitate non sensu exuperet. Biliosus q̄ sit semp tristis ab humore nigro qui bilis vocat. Baburrus stultus ineptus. Biothanat⁹ q̄ est bis mortuus. Thanatos eni greco sermone mors dicit.

quod canum indagine capiantur uel excludantur a spelunctis. Sus dicta quod pascua subigat·id est terra subacta escas inquirat. Uerres quod grandes habeat vires. Porcus quasi spurcus. Ingurgitat enim se ceno·luto imergit·limo illinit. Horatius: Et amica luto sus. hinc etiam spurcitia uel spurcus nuncupatur. Porcorum pilos setas vocamus. et setas a sue dictas·a quibus et sutores vocantur quod ex setis suant· id est consuant pelles. Aper a feritate vocatur·ablata f littera et subrogata p. Unde et apud grecos syagros·id est ferus dicitur. Omne enim quod ferum est et imite·abusiue agreste vocamus. Juuencus dictus eo quod iuuare incipiat hominum vsus in excolenda terra. uel quia apud gentiles ioui semper vbique iuuencus immolabatur·nunquam taurus. Nam in victimis etiam etas considerabatur. Taurus grecum nomen est·sicut et bos. Jndicis tauris color fuluus est·volucris pernicitas·pilis in contrarium versis·caput circumflectunt flexibilitate qua volunt·tergi duritia omne telum respuunt imiti feritate. Bouem greci boem dicunt Hunc latini trionem vocant eo quod terram terat·quasi terionem. Neuius: Trionum hic moderator rusticus. cuius latitudo pellium a mento ad crura. Palearia dicuntur a pelle ipsa·quasi pellearia·quod est generositatis in boue signum. Boum in socijs eximia pietas. Nam alter alterum inquirit·cum quo ducere collo aratra consueuit. et frequenti mugitu pium testatur affectum si forte defecerit. Uacca dicta quasi boacca. Est enim ex qualitate mobilium nominum· sicut leo leena·draco dracena. Uitulus et vitula·a viriditate vocati sunt·id est etate viridi: sicut virgo. Uitula autem parua est et nondum enixa. Nam enixa iuuenca est aut vacca. Bubali vocati per deriuationem quod sint similes boum·adeo idomiti·ut pre feritate iugum ceruicibus non recipiant. Hos africa procreat. Uri agrestes boues sunt in germania habentes cornua in tantum protensa·ut regijs mensis insigni capacitate ex eis gerule fiant. Camelis causa nomen dedit·siue quod quando onerantur ut breuiores et humiliores fiant accubant·quia greci cami humile et breue dicunt·siue quia curuus est dorso. Camus enim verbo greco curuum significat. Hos licet et alie regiones mittant sed arabia plurimos. Differunt autem sibi. nam arabici bina tubera in dorso habent·reliquarum regionum singula. Dromeda genus camelorum est minoris quidem stature· sed velocioris cursus. vnde et nomen habet. Nam dromos grece cursus et velocitas appellatur. Centum enim et amplius miliaria vno die pergere solet. Quod animal sicut bos et ouis et camelus ruminat. Ruminatio autem dicta est a rumine eminente gutturis parte·per quam dimissus cibus a certis animalibus reuocatur. Asinus et asellus a sedendo dictus· quasi asedus·sed hoc nomen quod magis equis conueniebat· ideo hoc animal sumpsit·quia prius quam equos caperent homines·huic presidere ceperunt. Animal quippe tardum et nulla ratione renitens·statim ut voluit sibi homo substrauit. Onager interpretatur asinus ferus. On quippe greci asinum vocant·agria ferum. Hos africa habet magnos et indomitos· et in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus presunt. Nascentibus masculis zelant et testiculos eorum morsu detruncant· quod cauentes matres eos in secretis locis occultant. Asini arcadici dicti eo quod ab arcadia primum vecti sint magni et alti. Minor autem asellus on agro plus necessarius est·quia et laborem tolerat et negligentiam propemodum non recusat. Equi dicti·eo quod quando quadrigis iungebantur equabantur·paresque forma et similes cursu copulabantur. Caballus a cauando dictus· propter quod gradiens vngula impressa·terram concauet· quod reliqua animalia non habent. Jnde et sonipes quod pedibus sonat. Uiuacitas equorum multa. exultant enim in campis·odorantur bellum·excitantur sonitu tube ad prelium·voce accensi ad cursum prouocantur. Dolent enim cum victi fuerint·exultant cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt·adeo ut aduersarios morsu petant. Aliqui autem proprios dominos recognoscunt·obliti mansuetudinis si mutentur·aliqui preter dominum nullum dorso recipiunt. Jnterfectis uel morientibus dominis multi lachrymas effundunt. Solius equi est propter hominem lachrymari et doloris affectum sentire. Unde et in centauris equorum et hominum natura permixta est. Solent etiam ex equorum mesticia uel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. Etas longeua equis persicis vnnicis epiroticis ac siculis: in annis vltra quinquaginta· breuior autem hispanis·ac numidis et gallicis frequens opinio est. Jn generosis equis· ut aiunt veteres·quattuor expectantur: forma·pulchritudo·meritum. atque color. Forma· ut sit validum corpus et solidum robori·conueniens altitudo·latus longum· substrictum· maxime et rotunde clunes·pectus late patens·corpus omne musculorum densitate nodosum·pes siccus et cornu concauo consolidatus. Pulchritudo·ut sit exiguum caput. et siccum·pelle prope ossibus adherente·aures breues et argute·oculi magni·nares patule. et erecta ceruix·coma densa et cauda·vngularum soliditate fixa rotunditas. Meritum·ut sit animo audax·pedibus alacer·trementibus membris·quod est indicium fortitudinis: quique ex summa quiete facile concitetur·uel excitata festinatione non difficile teneatur. Motus autem equi in auribus intelligitur·virtus in membris trementibus. Color hic precipue expectandus· badius aureus·roseus·myrteus·ceruinus·giluus·glaucus. scutulatus·canus· candidus·albus· guttatus. niger. Sequenti autem ordine varius ex nigro badioque distinctus· reliquus varius color·uel cinereus deterrimus. Badium autem antiqui vadium dicebant·quod inter cetera animalia fortius vadat. Jpse est. et spadix·quem fenicatum vocant. et dictus spadix a colore palme·quam siculi spadicam vocant. Glaucus vero est veluti pictos oculos habens. et quodam splendore perfusos. Nam glaucum veteres dicebant album. Giluus autem melinus color est subalbidus.

Guttatus albus nigris interuenientib⁹ punctis. Cādidus autem ⁊ albus inuicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est. candid⁹ vero niueus ⁊ pura luce pfusus. Canus dictus qui ex candido colore ⁊ nigro est. Scutulatus vocatus pter orbes quos habet candidos inter purpureos. Uarius ꝙ vias habeat colorū imparium. Qui aūt albos tm̄ pedes habent petuli appellantur. qui frontē albam. calidi. Ceruinus est quem vulgo guaranem dicunt. Granem idem vulgus vocat. ꝙ in modū erei sit coloris. Myrteus aūt est. pressus in purpura. Dosinus autē dictus. ꝙ sit color eius de asino. idē ⁊ cinereus. Sūt aūt hi de agresti genere orti. quos equiferos dicim⁹. ⁊ proinde ad vrbanā dignitatē trāsire nō pnt. Mauron niger ē. Nigrū enim greci mauron vocant. Mannus vero equus breuior est. quē vulgo brunicum vocant uel brunitium. Ueredos antiqui dixerunt. ꝙ veherent redas. id est ducerent. uel ꝙ vias publicas currant p quas ⁊ redas ire solitū erat. Equorū tria sunt genera. Unū generosum prelijs ⁊ oneribus aptū. Alterū vulgare atq̃ gregariū ad vehendū non ad equitandū aptū. Tertiū ex pmixtione diuersi generis ortū. qđ etiā bigenerū dicitur. q: ex diuersis nascitur. ut mulus. Mulus aūt a greco tractum vocabulum habet. eo scilicet ꝙ iugo pistorū subact⁹ tardas molēdo ducat in gyrū molas. Iudei asserūt ꝙ ana abnepos esau equarū greges ab asinis in deserto. ipse fecerit prim⁹ ascendi. ut mulorū inde noua contra naturā animalia nascerent. Onagros q̃ ad h̄ admissos esse ad asinas. ⁊ ipsū istiusmodi repperisse concubitū. ut velocissimi ex his asini nascerentur. Industria quippe humana diuersū animal in coitu coegit. sicq̃ adulterina commixtione genus aliud repperit. sicut ⁊ iacob contra naturā colorū similitudines pcurauit. Nā tales fetus oues illi⁹ concipiebant. quales vmbras arietū desup ascendentiū in aquarū speculo cōteplabant. Deniq̃ ⁊ hoc ipsū i equarū grege fieri fertur. ut generosos obijciant equos visibus concipientiū. quo eorum similes concipere ⁊ creare possint. Nam ⁊ colūbarū dilectores depictas ponūt pulcherrimas colūbas ijsdē locis quib⁹ ille versantur. quo rapiente visu siles generent. Inde est ꝙ qdā grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animaliū vultus ut cenocefalos ⁊ simias. ne visib⁹ occurrētes similis fetus pariant. Hanc enī feminarū dicunt esse naturā. ut quales prospexerint. siue mente cōceperint in extremo voluptatis estu dū concipiunt. talem sobolē pcreent. Etenim animal in vsu venereo formas extrinsecas intus transmittit. eorūq̃ satiata typis rapit species eorū in pṗriā qualitatē. In aiantib⁹ bigenera dicunt que ex diuersis nascūtur. ut mulus ex equa ⁊ asino; burdo ex equo ⁊ asina. hybride ex apris ⁊ porcis. tityrus ex oue ⁊ hirco. musino ex capra ⁊ ariete. Est autē dux gregis.

De bestijs Cap. II.

Bestiarū autem vocabulū pprie conuenit leonibus. pardis. tigrib⁹. lupis. ⁊ vulpibus. canibusq̃ ⁊ simijs ⁊ ceteris que uel ore uel vnguibus seuiūt. exceptis serpentib⁹. Bestie aūt dicte a vi q̄ seuiūt. Fere appellate eo ꝙ naturali vtant libertate ⁊ desiderio suo ferant. Sūt autem libere eorū voluntates. ⁊ huc atq̃ illuc vagant. ⁊ quo animus duxerit. eo ferūtur. Leonis vocabulū ex greca origine inflexū est in latinum. Grece enim leon vocat. ⁊ ē nomen nothū. quia ex parte corruptū. Leena vero totū grecum est. sicut ⁊ dracena. Ut autē leena lea dicat. vsurpatum est a poetis. Leo aūt grece latine rex interptatur. eo ꝙ sit pnceps omniū bestiarū. Cui⁹ genus trifarium dicitur. E quibus breues. ac iuba crispa imbelles sūt. lōgi ⁊ coma simplici acriores. Animos eorū frons ⁊ cauda indicat. Uirtus eorū i pectore. firmitas in capite. Septi aūt a venatoribus terram contuent. quo min⁹ conspectis venabulis terreat. Rotarū timent strepitus. sed ignes magis. Cum dormierint vigilant oculi. Cum ambulāt cauda sua cooperiūt vestigia sua ne eos venator iueniat. Cum genuerint catulū. trib⁹ dieb⁹ ⁊ tribus noctibus catulus dormire fertur. Tunc deinde patris fremitu uel rugitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare dicitur catulū dormientē. Circa hominē leonū natura ē benigna. ut nisi lesi nequeāt irasci. Patet enī eorū misericordia exemplis assiduis. Prostratis enim parcunt. captiuos obuios repatriare pmittūt. hoīem nō nisi i magna fama interimūt. De quib⁹ Lucreti⁹: Scimūsq̃ leonum ⁊c. Tigris vocata pter velocē fugā. Ita enim nominant perse ⁊ medi sagittā. Est enī bestia varijs distincta maculis. virtute ⁊ velocitate mirabilis. ex cuius noie flumē tigris appellat. ꝙ is rapidissim⁹ sit omniū fluuiorū. Has magis hyrcania gignit. Panther dict⁹ siue ꝙ omniū animaliū amic⁹ sit. excepto dracone. siue quia ⁊ sui generis societate gaudet. ⁊ ad eādē similitudinē qcqd accipit reddit. Pan enī grece omne dicit. Bestia hec ē minutis orbiculis suppicta ita ut oculatis ex fuluo circulis nigra uel alba distinguat varietate. Hec semel oio parturit. cui⁹ cause ratio manifesta est. Nam cū in vtero matris coaluere catuli. maturisq̃ ad nascēdū virib⁹ pollet. odiūt tēporū moras. itaq̃ oneratam fetib⁹ vuluam tanq̃ obstantē partui vnguibus lacerant. effundit illa partū. seu poti⁹ dimittit. dolore cogēte. Ita postea corruptis ⁊ cicatricosis sedibus genitale semē infusū nō heret acceptū. s̄ irritū resilit. Nā Plinius dicit animalia cū acutis vnguib⁹ frequenter parere non posse. Uitiant enim intrinsec⁹ se mouentib⁹ catulis. Pardus secūdus post pantherē. est gen⁹ variū ac velocissimū ⁊ preceps ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leene ⁊ pardi nascit. ⁊ tertiā originē efficit. sicut ⁊ Plinius in naturali historia dicit

leonē cum parda· aut pardū cum leena concūbere ⁊ ex vtroqꝫ coitu degeneres partus creari· ut mulos ex equa ⁊ asino. Rhinoceron a grecis vocatᷣ· latine interpretatᷣ in nare cornu. Idē ⁊ monoceron· id est vnicornis· eo ꝙ vnum cornu in media fronte habeat pedū quattuor· ita acutū ⁊ validū ut quicquid impetierit· aut ventilet aut perforet. Nā ⁊ cū elephantis sępe certamen habet. ⁊ i ventre vulneratū ꝓsternit. Tantę aūt ē fortitudinis ut nulla venantiū virtute capiatᷣ. ſ꜡ sicut asseruit qui naturas animalium scripserunt· virgo puella pręponitᷣ quę venienti sinū aperit· i quo ille omni ferocitate deposita caput ponit· sicqꝫ soporatᷣ velut inermis capitᷣ. Elephantē gręci a magnitudine corporis vocatū putant· ꝙ formam montis pręferat. Grece enim mons elepho dicitᷣ. Apud indos aūt a voce barro vocatᷣ. Unde ⁊ vox eius barritus dicitᷣ. ⁊ dentes eiꝰ ebur. rostrū aūt promoscida dicitᷣ· qm̄ illo pabulū ori admouet. ⁊ est angui similis· vallo munitus eburneo. Hos boues lucas vocabant antiqui romani. boues· quia nullū animal grandius videbant· lucas q: in lucania illos primos pyrrhus in prelio obiecit romanis. Nā hoc genus animantis in rebus bellicis aptū est. In eis enī persę ⁊ indi ligneis turribus collocatis tanꝙ de muro iaculis dimicāt. Intellectu aūt ⁊ memoria multa vigent. Gregatim incedūt· motu quo valent salutant homines· murē fugiūt· auersi coeunt· quādo aūt parturiūt: in aquis uel in insulis dimittūt fętus· ꝓpter dracones q: inimici sunt ⁊ ab eis implicati necantur Biennio aūt portant fętus· nec amplius ꝙ semel gignūt· nec plures ſ꜡ tm̄ vnum. Uiuūt aūt annos trecentos. Apud solam africā ⁊ indiā elephanti prius nascebantᷣ· nūc sola eos india gignit. Gryphes vocatᷣ· ꝙ sit aīal pēnatū ⁊ quadrupes. Hoc genus ferarū in hyperboreis montibꝰ nascitᷣ· omni parte corporis leones sunt· alis ⁊ facie aquilis similes· equis vehementer infesti. Nā ⁊ homines viuos discerpunt. Cameleon nō habet vnū colorem sed diuersa varietate conspersus· ut pardus. Dictus aūt ita· eo ꝙ cameli similitudinē habet ⁊ leonis· huiꝰ cameleontis corpusculum ad colores quos videt facillima conuersione variatᷣ· qd̄ animaliū alioꝝ nō est ita ad conuersionē facilis corpulentia. Cameleopardus dictus qd̄ dum sit ut pardus albis maculis supaspersus· collo equo similis· pedibus bubalis· capite tm̄ camelo similis. hunc ęthiopia gignit. Linx dictus q: in luporū genere numeratᷣ· bestia maculis distincta terga ut pardus· ſ꜡ similis lupo. Unde ⁊ ille licos· iste linx Huiꝰ vrinam conuerti in duritiā preciosi lapidis dicūt qui liguriꝰ appellatᷣ· ꝙ ⁊ ipsos linces sentire hoc documēto ꝓbatᷣ. Nā egestū liquorem harenis inquantū potuerint contegūt inuidia quadā nature· ne talis egestio trāseat in vsum humanū. Linces dicit Pliniꝰ extra fetū vnū nō admittere secundū. Castores a castrando dicti sunt. Nam testiculi eoꝝ apti sunt medicaminibꝰ ꝓpter ꝙ cum presenserint venatorē ipsi se castrant ⁊ morsibus vires suas amputāt. De quibꝰ Cicero in scauriana· redimūt se a parte corpis· ꝓpter ꝙ maxime expetuntᷣ. Iuuenalis. Qui se eunuchū ipse facit· cupiens euadere damna testiculi. Ipsi sunt ⁊ fibri q̄ etiam pontici canes vocantᷣ. Ursus fertᷣ dictus· ꝙ ore suo formet fętus· quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus. ⁊ carnē quandā nasci quā mater lambiēdo in membra componit· vnde est illud: Sic format lingua fętū cū ꝓtulit vrsa. Sꝫ hoc imaturitas partus facit. Deniqꝫ. xxx. die generat. vnde euenit· ut precipitata fęcūditas informis ꝓcreet. Ursorū caput inualidū· vis maxima i brachijs ⁊ lumbis. Unde interdū erecti insistunt. Lupus greca deriuatiōe in linguā nostrā transfertᷣ. Lupos enī illi licos dicūt. Licos autem grece· a morsibꝰ appellatᷣ ꝙ rabie rapacitatꝫ queqꝫ inuenerit trucidet. Alij lupos vocatos aiunt· q̄si leopos ꝙ quasi leoni ita sit illi virtus in pedibꝰ· vnde quicq̄d pede presserit· nō viuit. Rapax autē bestia ⁊ cruoris appetens. De quo rustici aiūt· vocem hominē ꝑdere si eū prior lupus viderit. Unde ⁊ subito tacenti dicitᷣ: lupus i fabula. Certe si se ꝑ visū senserit· deponit feritatis audaciā. Lupi toto anno nō ampliꝰ ꝙ diebus. xij. coeūt· famē diu portant. ⁊ post longa ieiunia multū deuorāt. Lupos ęthiopia mittit ceruice iubatos. ⁊ tanto varios· ut nullū colorem dicant illis abesse. Canis nomen latinū gręcā etymologiā videtᷣ habere. Grece enī cinos dicitᷣ· licꝫ eū quidā a canore latratus appellatū estimēt. eo ꝙ insonet· vnde ⁊ canere. Nihil aūt sagacius canibꝰ. Plus enī sensus ceteris animalibus habēt. Nāqꝫ soli sua nomina recognoscūt· dn̄os suos diligūt· dominoꝝ tecta defendūt. ꝓ dn̄is suis se morti obijciūt· volūtarie cū domino suo ad prędā currūt· corpus domini sui etiā mortuum nō relinquūt. Quorū postremo natura ē extra homines esse nō posse. In canibus duo sūt expectāda· aut fortitudo aut velocitas. Catuli abusiue dicuntᷣ quarūlibet bestiarū filij. Nam catuli ꝓprie canū sūt· ꝑ diminutionem distincti. Licisci aūt dicuntᷣ· ut ait Plinius canes nati ex lupis ⁊ canibꝰ cum inter se forte miscentᷣ. Solent ⁊ inde fęminas canes noctu in siluis alligatas admitti ad tigres bestias· a quibus insiliri ⁊ nasci ex eodē fętu canes adeo acerrimos ⁊ fortes· ut complexu leones prosternant. Uulpes dicta quasi volupes. Est enī volubilis pedibus ⁊ nūꝙ rectis itineribꝰ· ſ꜡ tortuosis anfractibus currit· fraudulentū aīal· insidijsqꝫ decipiēs. Nā dū nō habuerit escā fingit mortē· sicqꝫ descēdentes quasi ad cadauer volucres rapit ⁊ deuorat. Simię grecū est nomen· id est pressis naribꝰ. Unde ⁊ simias dicimꝰ· ꝙ suppressis naribꝰ sint. ⁊ facie fęda· rugis turpiter follicātibꝰ· licꝫ ⁊ capellarū sit pressum habere nasum. Alij simias latino arbitrantur sermone vocatas· eo ꝙ multa in eis

similitudo rationis humane sentit. ß falsum est. Hę elementoꝝ sagaces noua luna exultant. me/dia ⁊ caua tristant. Fętus quos amãt ante se ge/stant. neglecti circa matrẽ herent. Horũ genera quinq; sunt. ex quib⁹ circopetici caudas habent. Simia enĩ cũ cauda est quã quidã durã vocant. Sfingę villosę sũt comis. mãmis pminentibus. dociles ad feritatis obliuionem. Cenocephali. ⁊ ipsi similes simijs. ß facie ad modũ canis. vnde ⁊ nuncupati. Satyri facie admodũ grata. ⁊ ge/sticulatis motib⁹ inquieti. Callitrices. toto pe/ne aspectu a cęteris distant. Sũt enĩ in facie pro/ducta barba. ⁊ lata cauda. Leontofonos. bestia modica. ⁊ ex eo ita vocata. q: capta exurit. cuiusq; cinere asperse carnes. ⁊ posite p compita semitaꝝ leones necãt si quantulũcũq; ex illis sumpserint. Strix animal in africa herinatij simile. vocatũ a spinarũ stridore quas tergo laxatas emittit ⁊ canes insequẽtes vulnerat. Enydros bestiola ex eo nũcupata ꝙ in aquis verset. ⁊ maxime in nilo. Quę si inuenerit dormientẽ crocodilũ. volutat se in lutũ primũ ⁊ intrat p os eius in ventrẽ ⁊ carpens oĩa interiora eius exit viua de visceribus crocodili ipso mortuo. Hic neomon grece vocat⁹ eo ꝙ odore suo ⁊ salubria ciboꝝ ⁊ venenosa pro/dant. De quo Draconti⁹ ait. Predicit suillus vim cuiuscũq; veneni. Suillus aũt a setis est nuncu/patus. Hic etiã serpentes insequit. qui cũ aduer/sus aspidẽ pugnat. caudã erigit. quã aspis maxi/me obseruat. q̃si minantẽ. ad quã cum vim suam transfert decepta corrũpit. Musio appellatus ꝙ murib⁹ infestus sit. Hũc vulgus captũ a captura vocat. Alij dicunt ꝙ captat. id est videt. Nam tãto acute cernit ut fulgore luminis noctis tene/bras superet. Unde ⁊ a grecis venit catus. id est ingeniosus. ἀπὸ τοῦ καίειν. Furo a furuo di/ctus. vnde ⁊ fur. Tenebrosos enĩ ⁊ occultos cu/niculos effodit. ⁊ eijcit predã quã inuenerit. Me/lo uel ꝙ sit rotundissimo mẽbro. uel ꝙ fauos pe/tat. ⁊ assidue mella captet.

De minutis animantibus Cap. III.

MUs pusillũ animal. grecũ illi nomen est. q̃cq̃d ẽo ex eo trahit latinũ fit. Alij dicũt mures ꝙ ex humore terrę nascant. Nam mus terra. vnde ⁊ hum⁹. His in plenilunio iecur crescit. sicut quedã maritima augent. quę rursus decrescente luna deficiũt. Sorex latinũ est eo ꝙ rodat. ⁊ in modũ serrę precidat. Antiqui aũt so/ricem sauricẽ dicebant. sicut ⁊ clodum claudum. Mustela dicta. quasi mus longus. Nã telum a longitudine dictũ. Hęc ingenio subdola in do/mibus vbi nutrit catulos suos transfert mutatq; sedẽ. Serpẽtes etiã ⁊ mures psequit. Duo aũt sũt genera mustelarũ. Alterũ enĩ siluestre est. distans magnitudine. qd greci ictidas vocãt. alterum in domib⁹ oberrans. Falso aũt opinant qui dicunt mustelã ore cõcipere. aure effundere partũ. Mu/saraneũ; cuius morsus aranee; est ĩ sardinia ani/mal periguũ. aranee forma. cui⁹ morsu precidun/tur tecta. quę solifuga dicit. ꝙ diẽ fugiat. In me/tallis argentarijs plurima est. occulta reptans ⁊ p imprudentiã supsedentibus pestẽ facit. Talpa dicta. ꝙ sit damnata cecitate pp̃etua ⁊ tenebris. Est enĩ absq; oculis. semp terram fodit; ⁊ humũ egerit. ⁊ radices subter frugib⁹ comedit. quã gre/ci asfalã vocant. Glires dicti sũt. q: pingues eos efficit somnus. Nã gliscere dicim⁹ crescere. Hyc/me enĩ tota dormiunt. ⁊ imobiles q̃si mortui ia/cent. tempore ęstiuo reuiuiscũt. Heritius animal spinis coopertũ. qd exinde dicit noiatũ. eo ꝙ sub/rigit se qñ spinis suis claudit. quib⁹ vndiq; pręte/ctus est contra insidias. Nã statim ut aliqd pre/senserit. primũ se subrigit. atq; in globũ conuer/sus. i sua se arma recolligit. Hui⁹ prudentia quę/dam est. Nã dũ absciderit vuã de vite. supinus sese volutat sup eam ⁊ sic eam exhibet natis suis. Grillus. nomẽ a sono vocis habet. Hic retro am bulat. terrã terebrat. stridet noctib⁹. Uenat eum formica circũligata capillo in cauernã eius con/iecta afflata pri⁹ puluere. ne se abscondat. ita for/micę complexibus trahit. Formica dicta eo ꝙ fe/rat micas farris. cuius solertia multa. Prouidet enĩ in futurũ. ⁊ pręparat ęstate qd hyeme come/dat. In messe aũt eligit triticũ. hordeũ nõ tãgit. Dũ pluit ei sup frumentũ. totum eijcit. Dicunt in ethiopia esse formicę ad formam canis. quę hare/nas aureas pedibus eruũt. quas custodiũt ne qs auferat. captantesq; ad necem psequunt. Formi/coleon ob hoc vocatus q: est uel formicarum leo uel certe formica pariter ⁊ leo. Est enĩ aĩal paruũ formicis satis infestum. qd se in puluere abscon/dit. ⁊ formicas frumẽta gestãtes interficit. Pro/inde aũt leo ⁊ formica vocat. q: alijs animalibus ut formica est. formicis aũt ut leo est.

De serpentibus Cap. IIII.

ANguis vocabulũ omniũ serpentiũ ge/nus. ꝙ plicari ⁊ cõtorqueri põt. ⁊ inde anguis ꝙ angulosus sit ⁊ nũꝗ̃ rectus. Angues aũt apud antiq̃s p genijs locoꝝ erãt habiti semp. vnde ⁊ Persius. Pinge duos angues pueri sacer est locus. Colubrũ constat ab eo dictũ ꝙ colat vmbras. uel ꝙ in lubricos tractus flexib⁹ sinuosis labit. Nã lubricum dicit quicqd labit dũ tenet. ut piscis ⁊ serpens. Serpens aũt nomẽ accepit. q: occultis accessib⁹ serpit. nõ apertis passi/bus ß squamaꝝ minutissimis nisibus repit. Illa aũt quę quattuor pedibus nitunt. sicut lacertę ⁊ stelliones. nõ serpentes ß reptilia noiant. Ser/pentes autẽ reptilia sunt. q: ventre ⁊ pectore re/ptant. Quoꝝ tot venena. quot genera; tot pni/ties. quot species; tot dolores. quot colores ha/bentur. Draco maior cunctorum serpentium siue omniũ animantiũ sup terram. Hunc greci dra/contã vocant. Unde ⁊ deriuatum est in latinũ ut draco diceret. q: sępe a speluncis abstractus. fert ĩ aerẽ concitatq; ppter eũ aer. Est aũt cristatus.

ore paruo. ꝛ arctis fistulis. p quas trahit spiritū ꝛ linguam exerat. Uim aūt non in dentibus. sed in cauda habet. ꝛ verbere potius ꝙ rictu nocet. Innoxius aūt est a venenis. ꝫ ideo huic ad mortē faciendā venena nō esse necessaria. q: si quē ligauerit occidit. A quo nec elephas tutus est sui corporis magnitudine. Nā circa semitas delitescēs p quas elephanti solito gradiunť. crura eoꝝ nodis illigat. ac suffocatos perimit. Gignitur autem in ethiopia ꝛ in india. in ipso incēdio iugis estus. Basiliscus grece latine interpretaťur regulus. eo ꝙ rex serpentiū sit. adeo ut eū vidētes fugiant. quia olfactu suo eos necat. Nam ꝛ hominē si aspiciat interimit. Siquidē ad eius aspectū nulla auis volans illesa trāsit. ꝫ quāuis pcul sit. eius ore combusta deuorať. A mustelis tū vincit. quas illic hoīes inferūt cauernis. in quib' delitescunt. Itaqꝫ ea visa fugit quē illa psequit ꝛ occidit. Nihil eni parens ille rerū sine remedio cōstituit. Est aūt longitudine semipedalis albis maculis lineat'. Reguli aūt sic scorpiones arentia queqꝫ sectanť. ꝛ postꝙ ad aq̄s venerint ibiqꝫ aliquē momorderint. hydrophobas ꝛ lymphaticos faciūt. Sibilus idē est q̄ ꝛ regulus. Sibilo eni occidit. anteꝙ mordeat uel exurat. Uipera dicta ꝙ vi pariat. Nā cū venter ei' ad partū intumuerit catuli nō expectantes maturā nature solutionē corrosis ei' laterib' vi erūpunt cū matris interitu. Lucan'. Uiperei coeunt abrupto corpore nati. Fertur aūt ꝙ masculus ore inserto vipere semen expuat. Illa aūt ex voluptate libidinis in rabiē versa caput maris ore receptū precidit. Ita fit ut parens vterqꝫ pereat. masculus dū coit. femina dū parturit. Ex vipera aūt fiūt pastilli qui tyriaci vocāť a grecis. Aspis vocata ꝙ morsu venena imittat ꝛ aspergat. Ios eni greci venenū dicūt. ꝛ inde aspis ꝙ morsu venenato interimat. Hui' diuersa genera ꝛ species ꝛ dispares effectus ad nocendū. Ferť āt aspis cū cepe-rit pati incantatorē. qui eā quibusdā carminibus pprijs euocat. ut eā de cauerna producat. illa cum exire noluerit. vnā aurē i terrā premit. alterā cauda obturat ꝛ operit. atqꝫ ita voces illas magicas nō audiēs. nō exit ad icantantē. Dipsas gen' aspidis. qui latine situla diciť. q: quē momorderit siti perit. Hypnalis gen' aspidis. dicta ꝙ somno necat. Hanc sibi cleopatra apposuit. ꝛ ita morte q̄si somno soluta ē. Emorrois aspis nūcupať. ꝙ sanguinē sudet q̄ ab eo morsus fuerit. ita ut dissolutis venis. quicq̄d vite est p sanguinem euocet. Grece eni sanguis hema dicitur. Prester aspis semp ore patenti ꝛ vaporanti currit. Cui' poeta sic meminit. Oraqꝫ distendens auidus fumantia prester. Hic quē pcusserit. distendiť. enormiqꝫ corpulētia necať. extuberatū eni putredo sequiť. Septabificus aspis. qui dū momorderit hominē statim eū consumit ita ut liquefiat totus in ore serpentis. Cerastes serpens dictus eo ꝙ in capite cornua habeat similia arietū. κερατα eni greci cornua vocant. sūt aūt illi quadrigemina cornicula quorum ostentatione veluti escā illiciens sollicitata aīalia perimit. Totū eni corpus harenis tegit nec vllū indiciū sui prebet. nisi ea ex pte qua iuitatas aues uel animalia capit. Est aūt flexuosus plus ꝙ alij serpētes. ita ut spinā habere nō videať. Scitalis serpens vocat' est eo ꝙ tanta prefulget tergi varietate. ut notaꝝ gratia retardet aspicientes. ꝛ q: reptando pigrior est. quos assequi nō valet. miraculo sui stupētes capit. Tanti aūt feruoris est. ut etiā hyemis tempore exuuias corpis feruentis exponat. De quo Lucan'. Et scitale sparsis etiā nūc sola pruinis. exuuias positura suas. Amphibena dicta eo ꝙ duo capita habeat. vnū in loco suo. alterū i cauda. currens ex vtroqꝫ capite tractu corporis circulato. Hec sola serpentiū frigori se committit. prima oiuz pcedens. De qua idē Lucanus. Et grauis i geminū vergens caput anphibena. Cui' oculi lucent veluti lucerne. Enidris coluber in aqua viuēs. Greci eni hydor aquā vocāt. Hydros aquatilis serpēs. a quo icti obturgescūt. cui' quidā morbū boam dicūt. eo ꝙ fimo bouis remediet. Hydra draco multorū capitū. qualis fuit in lerna palude prouintie arcadie. hec latine excedra diciť: ꝙ vno ceso tria capita excrescebāt. ꝫ hoc fabulosum est. Nam constat hydrā locū fuisse euomentē aquas vastantes vicinā ciuitatē. i quo vno meatu clauso multi erumpebāt. Quō hercules videns. loca ipsa exussit ꝛ aque clausit meat'. Nam hydra ab aqua dicta ē. Chelydros serpēs quasi chersydros diciť. quia ꝛ in aquis ꝛ in teris moratur. Nam χερσον dicūt greci terrā. ὕδωρ aquam. hic p quā labiť terrā. fumare facit. quē sic Macer describit. Seu terga expirant spumātia virus. seu tra fumat. terer qua labiť anguis. Et Lucanus. Tractiqꝫ via fumāte chelydri. Semp eni directus ambulat. Nā si torserit se dum currit statim crepat. Rinatrix serpens aquā veneno inficiēs. In quocūqꝫ eni fonte fuerit veneno eum imiscet. De quo Lucan'. Rinatrix violator aque. Cenceris serpens inflexuosa que semp iter rectum efficit. De qua Lucanus. Et semp recto lapsurus limite cenchris. Parias serpens que semp in cauda ambulat. ꝛ sulcū facere videť. De quo idem Lucanus. Quo contemptus iter cauda sulcare parias. Boas anguis italie imensa mole psequiť greges armentorum ꝛ bubalos. ꝛ plurimo lacte irriguis vberib' se inectit. ꝛ suggens interimit atqꝫ inde a boū populatione boas nomen accepit. Iaculus serpens volans. de quo Lucanus. Iaculiqꝫ volucres. Exiliūt eni in arboribus ꝛ dū aliquod animal obuiū fuerit iactant se sup illud ꝛ perimunt. Unde ꝛ iaculi dicti sunt. In arabia autem serpentes sunt cum alis que sirene vocanť. que plus currunt ab equis. ꝫ etiam ꝛ volare dicunť. quorū tantū virus est. ut morsum ante mors insequatur ꝙ dolor. Obites dicta ꝙ colorem arene habeat. De q̄ poeta. Et paruis pictus maculis thebanus

obites concolor cutis atq indiscret⁹ harenis admotus. Seps exigua serpens. quę nō solum corp⁹ sed ꝛ ossa veneno consumit. Cuius poeta sic meminit. Ossaq dissoluens cum corpore tabificus seps. Dipsas serpens tantę exiguitatis fert̄ ut cū calcatur nō videatur. Cuius venenum ante extinguit ꝙ sentiat̄ ut facies preuenta morte nec tristiciā inducat morituri. De q̄ poeta. Signiferū iuuenē tyrrheni sanguinis aulū. tortā caput retro dipsas calcata momordit. Uix dolor aut sensus dentis fuit. Salpinga serpēs ē quę nō videt̄. Cecula dicta ꝓpter ꝙ parua sit. ꝛ nō habeat oculos. Centūpeda a multitudine pedum dicta. Brucus est cuius pene totum corpus in ventre colligitur. Lacertus reptilis genus est. vocatus ita ꝙ brachia habeat. Genera lacertorū plura ut botrax. salamandria. saura. stellio. Botraca dicta ꝙ ranę habeat faciem. Nam gręci ranam botracam vocant. Salamandria vocata. ꝙ contra incēdia valeat. cuius inter omnia venenata vis maxima est Cętera enī singulos feriūt. hęc plurimos pariter interimit. Nam si arbori irrepserit. omnia poma inficit veneno ꝛ eos qui eos ederint occidit. qui etiā si uel in puteū cadat vis veneni eius potantes interficit. Ista contra incendia repugnās. ignes sola animaliū extinguit. Uiuit enī i medijs flammis sine dolore ꝛ consumptiōe. ꝛ nō solum q: nō vrit̄. sed extinguit incendium. Saura lacertus q̄ quando senescit cęcant̄ oculi eius. ꝛ intrat in foramen parietis aspicientis contra orientē. ꝛ orto sole intendit ꝛ illuminat̄. Stellio de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarū. De quo Ouidius. Aptumq colori nomen habet. varijs stellatus corpore guttis. Hic aūt scorpionibus adeo contrarius tradit̄ ut viso eo pauorem his afferat ꝛ torporem. Sūt ꝛ alia serpentiū genera. ut admodicę. elephantię. chamedracontes. Postremo quantus nominū tantus mortiū numerus. Oēs autem serpentes natura sua frigidi sūt. nec percutiūt. nisi quando calescūt. Nam quando sunt frigidi nullum tangūt. Unde ꝛ venena eorum plus die ꝙ nocte nocent. Torpent enim noctis algore ꝛ merito. q: frigidę sunt nocturno rore. In se enī adducunt vaporem corporis gelidę pestis. ꝛ natura frigidę. Unde ꝛ hyeme in nodos torquentur. ęstate soluunt̄. Inde est ꝙ dum quisq serpentium veneno pcutit̄. primū obstupescit. ꝛ postea vbi in illo calefactum ipsum virus exarserit. statim hominē extinguit. Uenenū autem dictum. eo ꝙ per venas vadit. Infusa enim pestis eius p venas vegetatione corporis aucta discurrit. ꝛ animā extinguit. Unde nō potest venenū nocere nisi hominis tetigerit sanguinē. Lucanus. Noxia serpentium est admixto sanguine pestis. Omne autem venenū frigidum est. ꝛ ideo anima quę ignea est fugit venenū frigidum. In naturalib⁹ bonis quę nobis ꝛ irrationabilibus animātibus videmus esse cōmunia. viuacitate quadam sensus serpens excellit. Unde ꝛ legit̄ in genesi: Serpens autem erat sapientior omnib⁹ pecoribus terrę. Dicit autē Plinius si creditur. ꝙ serpentis caput. etiam si cum duobus euaserit digitis nihilominus viuit. Unde ꝛ totum corpus obijcit pro capite ferientibus. Anguibus vniuersis hebes visus est. Raro in aduersum contuentur. nec frustra. cum oculos nō in fronte habeant. sed i temporibus adeo ut citius audiant ꝙ aspiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguam mouet ut serpens adeo ut triplicem linguam habere videatur cum vna sit. Serpentium humida sunt corpa. adeo ut quacūq eunt viam humore designent. Uestigia serpentium talia sunt. ut cū pedibus carere videantur. costis tamen ꝛ squamarū nisibus repāt. quas a sūmo gutture vsq ad imam aluum parili modo dispositas habent. Squamis enim quasi vnguibus. costis quasi cruribus innitunt̄. Unde si in qualibet corporis parte ab aluo vsq ad caput ictu aliquo collidatur. debilis reddita cursum habere non possit. quia vbicunq ictus ille inciderit spinam soluit p quam costarum pedes ꝛ motus corporis agebantur. Serpentes autem diu viuere dicunt̄. adeo ut deposita vetere tunica senectutem deponere. atq i iuuentutē redire perhibeantur. Tunicę serpentum exuuię nuncupantur eo ꝙ his quando senescunt sese exuunt. quibus exuti in iuuentutem redeunt. Dicuntur autem exuuię ꝛ induuię. q: exuunt̄ ꝛ induuntur. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui quę in spina ē serpentem creari. quod etiā Ouidius in metamorphoseorum libris cōmemorat dicens: Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro mutari credant humanas angue medullas. Quod si creditur merito euenit. ut sicut per serpentem mors hominis. ita ꝛ per hominis mortē serpens. Fertur autem ꝙ serpens hominem nudum nō sit ausus attingere.

De vermibus Cap. v.

Vermis est animal quod plerūq de carne uel de ligno uel de quacūq re terrena sine vllo cōcubitu gignitur. licȝ nōnūꝙ ꝛ de ouis nascantur ut scorpio. Sūt autem vermes aut terrę. aut aquę. aut aeris. aut carniū. aut frondium. aut lignorum. aut vestimentorū. Aranea vermis aeris. ab aeris nutrimento cognominata quę exiguo corpore longa fila deducit. ꝛ telę semp intenta. nūꝙ desinit laborare. ppetuū sustinens in suo labore suspendiū. Sanguisuga vermis aquatilis: dicta ꝙ sanguinē sugit. Potantibus enim insidiatur. cūq illabitur faucibus uel vbi vspiam adheserit sanguinem haurit. ꝛ cum nimio cruore maduerit. euomit id quod hausit. ut recentiorē denuo sugat. Scorpio vermis terrenus. qui potius vermib⁹ ascribitur nō serpentibus. aīal armatū aculeo. ꝛ ex eo gręce vocatū ꝙ cauda figat. ꝛ arcuato vulnere venena diffundat.

Proprium est autē scorpionis ꝙ manus palmam nō feriat. Cantareda vermis terren⁹ qui humano corpori statim ut fuerit applicat⁹. sui adustiōe vesicas efficit plenas humore. Multipes vermis terrenus. ex multitudine pedū vocatus. qui contra ictum contractus in globum complicat̄. Nascitur sub petris ex humore ꝛ terra. Limax vermis limi dictus ꝙ in limo uel de limo nascat̄. vnde ꝛ sordidus semꝑ ꝛ imundus habet̄. Bombyx frondiū vermis ex cui⁹ textura bombycinū conficit̄. Appellat̄ autem hoc nomine. ab eo ꝙ euacuetur dum fila generat. ꝛ aer solus in eo remaneat. Eruca frondiū vermis oleribus uel pampino inuoluta. ab erodendo dicta. cuius meminit Plautus. imitatus nequam bestiā ꝛ maleficā inuolutam in pampino. Implicat se eadem. nec aduolat ut locusta. ut huc illucꝗ discurrens. semipasta dimittat. sed ꝑmanet periturio frugibus ꝛ tardo lapsu pigrisꝗ morsibus vniuersa consumit. Teredonas greci vocant lignorum vermes ꝙ terendo edant. Hos nos termites dicim⁹. Ita eni apud latinos ligni vermes vocant̄ quos tempore inopꝑortuno cese arbores gignunt. Tinea vestimentoꝝ vermis dicta ꝙ teneat. ꝛ eo vsꝗ insedeat. quo erodat. Inde ꝛ ptinax. ꝙ in eandem rem identidem vrgeat. Uermes carniū emigraneus. lumbricus. ascaride. costi. pediculi. pulices. lendex. tarmus. ricinus. vsia. cimex. Emigrane⁹ vermis capitis vocat̄. Lumbric⁹ vermis intestinoꝝ. dictus quasi lubricus q: labit̄. uel ꝙ in lumbis sit. Ascaride. Costi. Pediculi vermes cutis. a pedibus dicti. vnde ꝛ pediculosi dicunt̄ quib⁹ pediculi in corpore efferuescunt. Pulices ṽo vocati sūt. ꝙ ex puluere magis nutriant̄. Tarmus vermis est lardi. Ricinus vermis est canis. vocatus eo ꝙ heret in auribus canū. Cinos eni grece canis est. Usia vermis est porci appellata quia vrit. Nam vbi momorderit. adeo locus ardet. ut statim ibi vesice fiant. Cimex de similitudine cuiusdam herbe vocatus. cuius fetorē habet. Proprie autē vermis in carne putrefacta nascit̄. tinea i vestimētis. eruca in olere. teredo i ligno. tarmus in lardo. vermis nō ut serpens apertis passibus uel squamarū nisibus repit. q: nō est illi spine rigor ut colubri. ꝫ in directū corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas contrahendo porrectas motū explicat sicꝗ agitat⁹ ꝑlabitur.

De piscibus Cap. VI.

Pisces dicti vnde ꝛ pecus a pascendo scilicet. Reptilia ideo dicunt̄ hec que natāt eo ꝙ reptandi habeāt speciē ꝛ naturam. ꝙuis se in ꝓfundū imergant. tñ in natando repuut. vnde ꝛ Dauid ait: Hoc mare magnū ꝛ spaciosum manib⁹. illic reptilia quoꝝ nō est numer⁹. Anfinia sunt quedā genera piscium dicta. eo ꝙ ambulandi in terris vsū. ꝛ natandi in aquis officiū habeāt. Anfi eni grece vtrūꝗ dicit̄. id est q: in aquis ꝛ i terris viuūt ut foce crocodili. hippotami. hoc est equi fluuiales. Pecoribus autē ꝛ bestijs ꝛ volatilib⁹ ante hoīes noīa imposuerunt ꝙ piscibus. q: prius visa sunt ꝛ cognita. Pisciū ṽo postea paulatim cognitis generib⁹ noīa instituta sūt. aut ex similitudine terrestriū animaliū aut ex specie ꝓpria siue moribus seu colore uel figura aut sexu. Ex similitudine terrestriū. ut rane ꝛ leones ꝛ vituli ꝛ nigri meruli ꝛ paui diuerso colore dorso ꝛ collo picti. ꝛ turdi albo varij. ꝛ cetera que sibi iuxta species terrestrium animaliū noīa vendicarunt. Ex morib⁹ terrestriū. ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati ꝙ mordeant. ꝛ lupi ꝙ improba voracitate alios ꝑsequant̄. A colore. ut vmbre q: colore vmbre sunt. ꝛ aurate q: in capite auri colorē habent. ꝛ varij a varietate. quos vulgo tructas vocant. A figura. ut orbis. q: rotundus est. totusꝗ in capite constat. ꝛ solea ꝙ sit instar calciamentoꝝ solijs. A sexu. ut musculus ꝙ sit balene masculus. Eius eni coitu concipere hec belua ꝑhibet̄. Hinc ꝛ musculi cochleaꝝ q̄rū lacte concipiūt ostree. Balene aūt sunt imense magnitudinis bestie. ab emittēdo ꝛ fundēdo aquas vocate. Ceteris eni bestijs maris altius iaciūt vndas. βάλλειν eni grece emittere dicitur. Cete dicte τὸ κῆτος καὶ τὰ κήτη. hoc ē ob imanitem. Sūt eni ingentia genera beluarū ꝛ equalia montiū corpora. qualis cetus excepit ionā. cuius aluus tante magnitudinis fuit. ut instar obtineret inferni. dicente ꝓpheta: exaudiuit me de ventre inferni. Equi marini ꝙ prima parte equi sunt postrema soluunt̄ in piscē. Bocas dicūt esse boues marinos quasi boacas. Cerulei a colore appellati. Nā ceruleū est viride cū nigro ut est mare. Delphines certū habent vocabulum ꝙ voces hominū sequant̄: uel ꝙ ad symphoniā gregatim conueniāt. Nihil in mari veloci⁹ istis. Nā plerūꝗ salientes naues transuolant. Quando autē preludūt in fluctib⁹ ꝛ vndaꝝ se motib⁹ saltu precipiti ferūt. tempestates significare videt̄. Hi proprie simones noīant̄. Est ꝛ delphinū gen⁹ in nilo dorso serrato qui crocodilos tenera ventrium secantes interimūt. Porci marini qui vulgo vocāt̄ suilli. qui dum escam querūt. more suis terrā sub aquis fodiūt. Circa guttur eni habent oris officiū. ꝛ nisi rostrū harenis imergāt. pastū nō colligunt. Corui a cordis voce dicti. q: grūniunt pectore. suaꝗ voce ꝓditi capiunt̄. Tinni grecū nomen habent. Hi ingrediunt̄ veris tpe. intrāt dextro latere. leuo exeūt. Hoc inde credunt̄ facere ꝙ dextris oculis acutius videāt ꝙ sinistris. Gladi⁹ dicit̄. eo ꝙ rostro maiori nato sit. ꝛ ob hoc naues ꝑfossas mergit. Serra nūcupata q: serratā cristā habet. ꝛ subter natans nauē secat. Scorpio dict⁹ q: ledit dū manu tollit̄. Tradunt decem cancris cū ocimi manipulo alligatis. oēs qui ibi sūt scorpiones ad eū locū congregari. Aranea genus piscis. dictus ꝙ aure feriat. Habet eni stimulos. de quibus ꝑcutit. Crocodilus a croceo colore dictus

gignitur in nilo·animal quadrupes in terra et in aquis valens·longitudine plerunque viginti cubitorum·dentium et unguium immanitate armatum.tantaque cutis duritia ut quamvis fortium ictus lapidum tergo repercussus sit non sentiat. Nocte in aquis·die in humo quiescit. Ova in terra fovet·masculus et femina vices servant. Hunc pisces quidam serratam habentes cristam tenera ventrium desecantes interimunt Solus ex animalibus superiorem maxillam movere dicitur. Hippotamus vocatus·quod sit equo similis dorso iuba et hinnitu·rostro resupinato a primis dentibus.cauda tortuosa·ungulis binis. Die in aquis commoratur·nocte segetes depascit:et hunc nilus gignit. Pagrum quem greci fagrum ideo nuncupant·quod duros dentes habeat·ita ut ostreis in mari alatur. Dentrix pro multitudine et granditate dentium dicitur. Lepus a similitudine capitis nuncupatus. Lupum ut dictum est aviditas appellavit piscem in captura ingeniosum·denique rete circumdatus fertur harenas arare cauda atque ita conditus transire rete. Mullus vocatur quod mollis sit atque tenerrimus·cuius cibo tradunt libidinem inhiberi·oculorum autem aciem hebetari·homines vero qui his sepe pasti sunt·piscem olent. Mullus in vino necatus hi qui inde biberint tedium vini habent. Mugilis nomen habet·quod sit multum agilis. Nam ubi dispositas senserit piscatorum insidias·confestim retrorsum rediens ita transilit rete·ut volare piscem videas. Melanurus eo quod nigram caudam habeat et nigras pennas et in corpore lineas nigras. Melan enim greci nigrum vocant. Glaucus a colore dictus·eo quod albus sit. Greci enim album glaucon dicunt. Hic estate raro apparet·nisi tantum in nubilo. Timallus ex flore nomen accepit. Timum quippe flos appellatur. Nam dum sit specie gratus et sapore iocundus tamen sicut flos fragrat.et corpore odores aspirat. Escarus dictus·eo quod solus escam ruminare perhibetur. Denique alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse. Namque inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere·sed adversum caude ictibus crebris laxare fores·atque ita retrorsum redire. Quem luctatum eius si forte alius escarus extrinsecus videat apprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis. Sparus a lancea missili nomen accepit quod eiusdem figure sit. Terrestria enim prius inventa sunt quam marina. Nam sparus est telum rusticanum missile a spargendo dictum. Australis piscis·sive quia aquarum undam ore suscipit sive quia tunc hic piscis oritur·quo tempore tendere in occasum pliades ceperint. Amio saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis·aliisque discoloribus designatur:dictus amio·quia non capitur nisi hamo. Echinus parvus et semipedalis pisciculus·nomen sumpsit quod navem adherendo retineat. Ruant licet venti seviant procelle·navis tamen quasi radicata in mari stare videtur·nec moveri·non retinendo·sed tantummodo adherendo. Hunc latini moram appellaverunt·eo quod cogat stare navigia. Uranuscopus vocatur ab oculo quem in capite habet·a quo semper supra intendit. Millago nominatus quia evolat super aquam. Quoties autem cernitur extra aquam volitans·tempestates mutari designat. Squatus dictus·quod sit squamis acutis. Unde et eius cute lignum politur. Civitas syrie que nunc tyrus dicitur·olim sarra vocabatur·a pisce quodam qui illic abundat·quem lingua sua sar appellant·ex quo derivatum est huius similitudinis pisciculos sardas sardinasque vocari. Allec pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus·unde et nuncupatus. Afforus pisciculus qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Anguille similitudo anguis nomen dedit·origo huius ex limo. Unde et quando capitur adeo lenis est ut quanto fortius presseris:tanto citius elabitur. Ferunt autem orientis fluvium gangen anguillas tricenis pedibus gignere. Anguille vino necate qui ex eo biberint tedium vini habent. Draco marinus aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes·qui dum percusserit·quaqua ferit venenum fundit. unde et vocatur. Murenam greci mirenam vocant·eo quod complicet se in circulos. Hanc feminini tantum sexus esse tradunt et concipere a serpente·ob id a piscatoribus tanquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur·ferula protinus·animam in cauda habere certum est. Nam capite percusso·vix eam interimi.cauda·statim exanimari. Congrus anguille filius sed grandis·moratur in cavernis petrarum sub aqua. Polipus·id est multipes·plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur non morsu·nec prius dimittit quam escam circumroserit. Torpedo vocata·eo quod corpus torpescere faciat·si eam quisque vivente tangat: Narrat Plinius secundus ex indico mari.torpedo etiam procul et e longinquo·vel si hasta virgaque attingatur quamvis prevalidos lacertos torpescere·qualibet ad cursum veloces pedes alligare. Tanta enim vis eius est ut etiam aura corporis sui afficiat membra. Sepia dicitur:quia sepibus interclusa facilius capitur. In coeundo obscenum genus·ore enim concipit sicut vipera. Cuius attramenti tanta vis est ut lucerne additum ethiopum videri·ablato priori lumine quidam tradunt. Lulligo.tradunt in oceano mauritanie non procul a lixo flumine tantam multitudinem lulliginum evolari ex aqua ut etiam naves dimergere possint. Conche et conclee hac ex causa vocate·quia deficiente luna cavantur·id est evacuantur. Omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lune membra turgescunt defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit·auget humorem·cum vero in defectum venerit humores minuuntur. Hoc enim physici dicunt. Conche autem per mutationem nomen·conclee vero per diminutionem quasi concule. Concharum multa genera sunt·inter quas et margariti fore que celoe dicuntur·in quarum carne preciosus calculus solidatur·de quibus tradunt hi qui de animantium scripsere naturis.eo quod nocturno tempore littora appetunt.et ex celesti rore margaritum concipiunt·unde et celoe nominantur. Murex conclea est maris·dicta ab acumine et asperitate·que alio nomine conchilium nominatur

propter ꝙ circũcisa ferro lachrymas purpurei coloris emittat·ex quibus purpura tingit. ⁊ inde ostrum appellatũ·ꝙ hec tinctura ex teste humore elicit. Cancros vocari·q: conche sũt crura habētes·inimica ostreis animalia. Eorũ enim carnibꝰ viuũt miro ingenio. Nam quia valida testa eius aperiri nō potest·explorat quādo ostrea claustra testarũ aperiat. tunc cancer latenter lapillũ iniicit atq̃ ipedita cōclusiōe ostree carnes erodit. Tradunt quidam decem cancris cum ocimi manipulo alligatis omnes qui ibi sunt scorpiones ad eũ locum coituros. Duo sunt aũt genera cancrorum fluuiales ⁊ marini. Ostrea dicta est a testa quibꝰ mollicies interior carnis munit. Greci enim testũ ostrea vocāt. Ostrea aũt neutro·carnes eius feminio dicunt genere. Musculi sunt ut prediximus conclee aquarũ·quorũ lacte concipiũt ostreę ⁊ dici musculi quasi masculi. Pelorides a peloro promōtorio sicilię vbi abundāt cognominatę sunt. Unde Uirgilius dicit; Ecce autem boreas angusta ab sede pelori. Ungues a similitudine humanarũ vnguiũ dictę. Testudo dicitꝰ eo ꝙ tegmine teste sit adopertus in camere modũ. Sunt aũt quattuor genera; terrestres·maritimę·lutarię id est in ceno ⁊ paludibus viuentes. Quartũ genus fluuiales quę in dulci aqua viuunt. Tradunt aliqui quod incredibile est·tardiꝰ ire nauigia testudinis pedem dextrum vehentia. Jcinus a terrestri icino nomē traxit·quē vulgus heritiũ vocat. Huius testula duplex spinis aculeata in modum castanearũ; quando adhuc operte de arboribus cadunt. Caro eius mollis ⁊ minio similis. Uris tribus modis dicit·ut testudo ac pelorus ⁊ conclea. Nam ⁊ qd̄ edimus ⁊ vbi caro inest. ⁊ vtrũq̃ dicit pelorus. Ranę a garrulitate vocatę eo ꝙ circa genitales strepunt paludes. ⁊ sonos vocis importunis clamoribꝰ reddāt. Ex his quędā aquaticę dicunt·quędam palustres·quędam rubetę ob id q: in vepribus viuũt·grandiores cunctarũ. Alię calamites vocant·qm̄ inter harũdines fruticesq̃ viuũt·minime omniũ ⁊ viridissime mutę ⁊ sine voce sũt. Agridulę ranę paruę in sicco uel agris morantes·vnde ⁊ nũcupatę. Negāt quidā canes latrare quibus i offa rana viua fuerit data. Sfungia a fingere id ē nitidare ⁊ extergere dicta. Afranius·accedo ad te ut tibi ceruicē fingā lintheo· id est extergā. Cicero; Et fingebat sfungiis sanguis·id est extergebat. Animal aũt esse docet cruore inherente petris·vnde ⁊ dũ absciditur sanguinē emittit. Nam alia sũt viuentia i aquis ⁊ discurrũt ut pisces·alia quę stāt fixa ut ostreę·icini sfungię. Ex his alias mares dici·eo ꝙ tenues sint fistulę spissioresq̃·alias feminas quę maioribꝰ fistulis sũt ac ppetuis·alias duriores quas greci appellant tragos. ⁊ nos hircosas dicere possumꝰ ob asperitatem sui. Mollissimũ genus earũ penicilli vocant·eo ꝙ aptę sint ad oculorum tumores ⁊ ad extergēdas lippitudines vtiles. Candidę sfungię cura fiũt. Per estatē enī ad solem sternunt. ⁊ sicut cera punica candorē bibunt. Animaliũ omniũ in aquis viuentiũ nomina. c.xliiij. Plinius ait; diuisa in generibꝰ beluarum. serpentiũ cōmuniũ terrę. ⁊ aquę cancrorum concharũ locustarum pelorede polipporũ solearũ lacertorũ ⁊ lolliginũ. ⁊ his similia ex quibus multa quodā naturę intellectu temporũ suorũ ordinē agnoscunt·quędam vero in suis locis sine mutatione vagantur. Jn piscibus aũt feminis alię cōmixtiōe masculi concipiũt ⁊ pariũt catulos. Alię ponũt oua sine masculi cōmixtione suscepta; quę idē in sequenti sui seminis iactu pfundunt. ⁊ quę hoc munere fuerint afflata generabilia fiunt·quę vero pfusa nō fuerint sterilia perseuerant·aut putrescunt.

De auibus Cap. VII.

Vnum nomen auiũ·sed genus diuersum. Nam sicut specie sibi differunt·ita ⁊ naturę diuersitate. Nam alię simplices sũt ut columbę·alię astutę ut perdix·alię ad manũ se subiiciunt ut accipiter·alię reformidant ut garamantes·alię hominũ conuersatione delectant ut hirundo·alię in desertis secretam vitam diligunt ut turtur·alię solo semine reperto pascũt ut anser alię carnes edunt ⁊ rapinis intendũt ut miluus· alię incolę quę manēt in locis semp ut strutio·alię aduenticię quę ppriis temporibus reuertunt ut ciconię ⁊ hirundines·alię congregę·id est gregatim volantes ut sturni ⁊ coturnices·alię solivagę·id est solitarię·propter insidias depredandi·ut aquila accipiter. ⁊ quęcũq̃ ita sũt. alię vocibꝰ strepunt·ut hirundo·alię cantus edunt dulcissimos ut cygnus ⁊ merula·alię verba ⁊ voces hominũ imitant ut psitacus ⁊ pica·sed ⁊ alia sicut genere ita ⁊ moribus innumerabilia. Nā volucrũ quot genera sint·inuenire quęq̃ non posse. Neq̃ enī oīs indię ethiopię aut scythię deserta q̄s penetrare potuisset·q̄ earũ genus uel differentias nosset. Aues dictę eo ꝙ vias certas nō habeāt·s; pauia quęq̃ discurrāt. Alites ꝙ alis ad alta tendant. ⁊ ad sublimia remigio alarũ conscendāt. Uolucres a volando·nā vnde volare·inde ⁊ ambulare dicimus. Uola enī dicit media pars pedis siue manꝰ ⁊ in auibus vola pars media alarũ quarũ motu pēnę agitant. Jnde ⁊ volucres. Pulli dicunt oīuz auiũ nati. S; ⁊ animaliũ quadrupedũ nati·pulli dicunt. ⁊ homo paruus pullus. Recentes igit nati pulli dicunt·eo ꝙ polluti sunt. vnde ⁊ vestis nigra pulla dicta est. Alę sũt in quibꝰ pēnę p ordinem fixę volandi exhibent vsum. Uocatę aũt alę ꝙ his aues complexos alant·ac foueant pullos. Penna a pendēdo id est a volando dicta·vnde ⁊ pendere. Uolucres enim pennarũ auxilio mouent qn̄ se aeri mandant. Pluma q̄si piluma. Nā sicut pili in quadrupedum corpe·ita pluma in auibus. Auiũ noīa multa a sono vocis constāt esse cōposita·ut grus·coruus·cygnus·pauo·miluus·vlula·

cuculus·graculus·⁊ cetera·varietas eni vocis eo/
rũ docuit hoĩes quid noĩarent. Aquila ab acu/
mine oculoꝝ vocata. Tanti eni contuit⁹ esse dicit
ut cũ sup maria imobili pẽna ferat·nec humanis
pateat obtutib⁹·de tanta sublimitate pisciculos
natare videat·ac tormẽti instar descendẽs raptã
predã pennis ad litt⁹ ptrahat. Nã ⁊ cõtra radiũ
solis fert obtutũ nõ flectere·vnde ⁊ pullos suos
vngue suspẽsos radijs solis obijcit. ⁊ quos vi/
derit imobilẽ tenere aciẽ·ut dignos genere cõser/
uat·si quos ṽo inflectere obtutũ quasi degeneres
abijcit. Vultur a volatu tardo nominata putat.
Magnitudine q̃ppe corpis prepetes volat⁹ nõ ha
bet. Harũ q̃sdã dicũt cõcubitu nõ misceri: ⁊ sine
copula cõcipere ⁊ generare natosq; eaꝝ pene vsq;
ad centũ annos pcedere·vultures aũt sicut ⁊ aq̃le
etiã vltra maria cadauera sentiũt. Altius quippe
volantes multa q̃ montiũ obscuritate celant ex
alto illę conspiciũt. Gradipes apud grecos vocat
auis apud nos tarda·eo q graui volatu detenta
nequaq̃ ut cetere volucres attollit velocitate pen
narũ. Grues ṽo nomen de ppria voce sumpserũt.
Tali eni sono susurrant. Hę aũt dũ pperant·vnã
sequunt ordine litteraro. De quib⁹ Lucanus. Et
turbata perit dispersis littera pẽnis. Excelsa aũt
petũt·quo facil⁹ videant quas petãt terras. Ca/
stigat aũt voce quę cogit ad agmen. At vbi rau/
cescit·succedit alia. Nocte aũt excubias diuidũt.
⁊ ordinẽ vigiliaꝝ p vices faciunt·tenẽtes lapillos
suspensis digitis·quibus somnos arceant. qd ca/
uendũ erit clamor indicat. Etatem in illis color
pdit. Nã senectute nigrescũt. Ciconię vocatę a so
no quo crepitant·quasi cicanię·quẽ sonũ oris po/
tius esse constat q vocis·q: cum quatiente rostro
faciũt. Hę veris nũcię·societatis comites·serpen
tiũ hostes·maria transuolãt·i asiã collecto agmi/
ne pgunt. Cornices duces eas precedũt. ⁊ ipse q̃si
exercitus psequũt. Eximia illis circa filios pietas
Nã adeo nidos impensi⁹ fouent·ut assiduo in cu
bitu plumas exuãt. Quantũ aũt temp⁹ impende/
rint in fetib⁹ educandis·tantũ ⁊ ipse i vicẽ a pul/
lis suis alunt. Olor auis est quã greci cygnũ ap/
pellant. Olor aũt dictus q sit tot⁹ plumis albus
Nullus eni meminit cygnũ nigrũ. Olon eni grę
ce totũ dicit. Cygnus aũt a canẽdo est appellatus
eo q carminis dulcedinẽ modulatis vocib⁹ fũdit.
Ideo aũt suauiter eũ canere dicũt·q: collũ longũ
⁊ inflexũ habet. ⁊ necesse est eluctantẽ vocẽ p lon/
gum ⁊ flexuosum iter varias reddere modulatio/
nes. Ferũt in hyperboreis partibus precinentib⁹
citharędis olores plurimos aduolare apteq; ad
modũ concinere. Olores autẽ latinũ nomen est.
Nã grece cygni dicũt. Nautę ṽo sibi hunc bonã
prognosim facere dicunt·sicut Emilius ait: Cy/
gnus in auspicijs semp letissim⁹ ales. Hunc optãt
nautę q: se non mergit in vndas. Strutio greco
noĩe dicit·qd animal in similitudine auis pẽnas
habere videt; tamen de terra alti⁹ nõ eleuat. Oua
sua fouere negligit ſ; piecta tantũmodo fotu pul
ueris animant. Ardea vocata·q̃si ardua·id ẽ ppt
altos volatus. Lucan⁹. quodq; ausa volare ardea.
Formidat enim imbres. ⁊ supra nubes euolat·ut
pcellas nubiũ sentire nõ possit. Cũ aũt alti⁹ vo/
lauerit·significat tempestatẽ. Hanc multi tanta/
lum noĩant. Fenix arabię auis dicta q colorẽ fę/
niceũ habeat·uel q sit in toto orbe singularis ⁊
vnica. Nã arabes singularẽ ⁊ vnicã fenicẽ vocãt
Hec q̃ngentis ⁊ vltra annis viuẽs·dũ se viderit
senuisse·collectis aromatũ virgultis·rogũ sibi in/
struit. ⁊ conuersa ad radiũ solis alarũ plausu vo/
lũtariũ sibi incendiũ nutrit·sicq; iterũ de cinerib⁹
suis resurgit. Cinnomolgus ⁊ ipsa arabię auis
pinde ita vocata q in excelsis nemorib⁹ texit ni/
dos ex fruticib⁹ cinnami. ⁊ qm̃ nõ possunt ibi con
scendere homines ppter ramoꝝ altitudinẽ ⁊ fra/
gilitatẽ·eosdẽ nidos plumbatis appetunt iaculis
ac sic cinnama illa deponũt. ⁊ precijs amplioib⁹
vendũt·eo q cinnamũ illud magis q̃ alia merca/
tores pbent. Psitacus in indię littorib⁹ gignitur
colore viridi·torque puniceo·grandi lingua ⁊ cę/
teris auibus latiore. Unde ⁊ articulata verba ex/
primit·ita ut si eã nõ videris·hominẽ loq putes.
Ex natura aũt salutat dicẽs: aue uel chere. Cete/
ra noĩa institutione discit. hinc est illud: Psitac⁹
a vobis alioꝝ noĩa discã. Hoc didici p me dicere
cesar aue. Altion pelagi volucris dicta quasi ales
oceanea eo q hyeme i stagnis oceani nidos facit
pullosq; educit·qua excubante fert extento equo/
re pelagus silentib⁹ ventis continua septẽ dierum
trãquillitate mitescere. ⁊ ei⁹ fetibus educãdis ob/
sequiũ ipsa rerũ natura prebere. Pellicanus auis
egyptia habitans in solitudine nili fluminis. vñ
⁊ nomẽ sumpsit. Nã canop⁹ egyptus dicit. Fert
si verũ sit·eã occidere natos suos·eosq; p triduũ
lugere·deinde seipsam vulnerare ⁊ aspersiõe sui
sanguinis viuificare filios. Stymphalidę aues
ab stymphadib⁹ isulis appellatę vbi plurimũ abũ/
dant·aduersus q̃s hercules sagittis ẽ vsus. Sũt
eni pelagi volucres in insulis habitãtes. Diome/
dias aues a socijs diomedis appellatas·q̃s ferunt
fabulę in easdẽ volucres fuisse conuersos·forma
fulice similes·magnitudine cygnoꝝ colore candi/
do·duris ⁊ grandib⁹ rostris. Sũt aũt circa apu/
liam in insula diomedia int scopulos littorum ⁊
saxa volitantes·iudicãt int suos ⁊ aduenas. Nã
si grecus ẽ ppius accedũt ⁊ blandiũt·si alienige/
na·morsu impugnãt ⁊ vulnerãt·lachrymosis q̃si
vocib⁹ dolẽtes·uel suã mutationẽ uel regis inte/
ritũ. Nã diomedes ab illyrijs interemptus est.
Hę aues latine diomedię dicuntur·greci eas he/
rodios dicũt. Memnonides aues egyptię appel/
latę a loco vbi memnon perijt. Nam cateruatim
aduolare dicũt ex egypto ad iliũ iuxta memno/
nis sepulchrum. ⁊ pinde eas ilienses memnonias
vocãt. Quinto aũt anno ad ilium veniũt ⁊ cum
biduo circũuolauerint·tertia die incuntes pugnã

viciſſim ſe vnguib⁹ roſtriſq; dilacerāt. Hercyneę
aues dictę ab hercynio ſaltu germanię vbi naſcū/
tur·quarū pēnę adeo p̄ obſcurū emicant·ut q̄uis
nox obtenta denſis tenebris ſit·ad p̄ſidiū itine/
ris dirigēdi ,piectę iterluceāt·curſuſq; vię pateat
indicio plumarū fulgentium. Onocrotalon gręci
vocāt roſtro longo. Quorū duo genera ſūt.aliud
aquatile·aliud ſolitudinis. Ibis auis nili flumi/
nis·quę ſemetipſam purgat roſtro in anū aquam
fundēs. Hęc ſerpētiū ouis veſcit̄·ex eis eſcā gra/
tiſſimā nidis ſuis deportans. Meropes eoſdem
⁊ gaulos·qui parentes ſuos recondere atq; alere
dicunt̄. Corydulus genus volatile·q̄ſi cor edens.
Monedula auis·q̄ſi monecula·quę cū aurū inue/
nerit·aufert ⁊ occultat. Cicero ,p valerio flacco.
Nō plus aurū tibi q̄ monedulę cōmittēdū. Veſ/
pertilio·,p tempore nomen accepit·eo q̄ lucē fu/
giens crepuſculo veſpertino circūuolat p̄cipiti
motu acta ⁊ tenuiſſimis brachiorū mēbranis ſuſ/
pēſa·animal muriū ſimile·nō tā voce reſonās q̄
ſtridore·ſpecieq; volatilis ſimul ⁊ quadrupes·qd
in alijs auib⁹ reperiri nō ſolet. Luſcinia auis inde
nomen ſumpſit q̄ cantu ſuo ſignificare ſolet dici
ſurgentis exortū·quaſi lucinia. Eadem ⁊ acre/
dula·de qua Cicero i ,pgnoſticis. Et matutinos
exercet acredula cantus. Vlula auis. ἀπὸ τοῦ
ὀλολύζειν.id ē a plāctu ⁊ luctu noīata. Cū eni
clamat·aut fletū imitat̄·aut gemitū. Vnde ⁊ apud
augures ſi lamentet̄ triſticiā.tacēs oſtendere fert̄
,pſperitatē. Bubo a ſono vocis compoſitū nomē
habet·auis feralis·onuſta quidē plumis·ſ; graui
ſemp̄ detenta pigritia·in ſepulchris die noctuq;
verſat̄ ⁊ ſemp̄ cōmorās in cauernis·de qua Oui/
dius. Fędaq; ſic volucris venturi nuncia luctus
Ignauus bubo dirū mortalibus omen. Deniq;
apud augures malū portendere fert̄. Nam cū in
vrbe viſa fuerit·ſolitudinē ſignificare dicūt. No/
ctua dicit̄·,p eo q̄ nocte circūuolat.⁊ p̄ diē nō poſ
ſit videre. Nā exorto ſplendore ſolis·viſus illius
hebetat̄. Hanc aūt inſula cretenſis nō habet. Et
ſi veniat aliūde·ſtatim morit̄. Noctua aūt nō eſt
bubo. Nā bubo maior eſt. Nycticorax ipſa ē no
ctua·q: noctē amat. Eſt eni auis lucifuga ⁊ ſolem
videre nō patit̄. Strix nocturna auis habēs no/
men de ſono vocis. Qñ eni clamat ſtridet. De q̄
Lucanus: Q̄d ſtrepitus bubo·qd ſtrix noctur/
na querūt̄. Hęc auis vulgo amma dicit̄·ab aman/
do paruulos·vnde ⁊ lac p̄bere fert̄ naſcentib⁹.
Coruus ſiue corax nomen a ſono gutturis habet
q̄ voce coracinet. Fertur hęc auis q̄ editis pullis
eſcam plene nō p̄beat prius q̄ in eis p̄ pennarū
nigredinē ſimilitudinem ,prij coloris agnoſcat.
Poſtq̄ vero eos tetros plumis aſpexerit·in toto
agnitos abundāti⁹ paſcit. Hic prior i cadauerib⁹
oculorū petit loca. Cornix annoſa auis apud lati/
nos gręco noīe appellat̄·quā aiunt augures ho/
minū curas ſignificatiōib⁹ agere·inſidiarū vias
monſtrare·futura p̄dicere. Magnū nefas hoc
credere·ut deus conſilia ſua cornicibus mandet.
Huius inter multa auſpicia tribuūt etiā pluuias
portendere vocib⁹·vnde eſt illud. Tūc cornix ple/
na pluuiā vocat improba voce. Graculus a gar/
rulitate nūcupatus: non ut quidā volunt·,p eo q̄
gregatim volent·cū ſit manifeſtū ex voce eū nūcu
pari. Eſt aūt loquaciſſimū genus ⁊ vocibus im/
portunū. Picę q̄ſi poeticę·q̄ verba in diſcrimine
vocis exprimant ut homo. Per ramos eni arborū
pendulę importuna garrulitate ſonātes.⁊ ſi lin/
guas in ſermone nequeūt explicare·ſonū tū hu/
manę vocis imitant̄. De qua congrue quidā ait:
Pica loquax certa dñm te voce ſaluto. Si me nō
videas eſſe negabis auē. Picus a pico ſaturni fi/
lio nomen ſumpſit·eo q̄ ea in auſpicijs vtebatur.
Nā ferūt hāc auē quiddā habere diuinū illo in/
dicio·q̄ i quacūq; arbore nidificauerit·clauū uel
q̄cq̄d aliud fixū fuerit: diu hęrere nō poſſit·quin
ſtatim excidat·vbi ea inſederit·iſte eſt picus mar/
tius·nā alia eſt pica. Pauo nomen de ſono vocis
habet·cui⁹ caro tam dura ē·ut putredinē vix ſen/
tiat nec facile coquat̄·de quo quidā ſic ait: Mi/
raris quotiens gēmantes explicat alas·ſi potes
hūc ſeuo tradere dure coco. Faſianus a faſide in/
ſula gręcię vnde primū aſportat⁹ eſt appellat̄. Te/
ſtatur id vetus diſticon illud. Argiua primo ſum
tranſportata carina. Ante mihi notū nil niſi fa/
ſis erat. Gallus a caſtratione vocat⁹. Inter ceteras
eni aues huic ſoli teſticuli adimunt̄. Veteres eni
abſciſos gallos vocabāt. Sicut aūt a leone leęnā
⁊ a dracone dracena·ita a gallo gallina. Cuius
mēbra ut ferūt quidā·ſi auro liqueſcēti miſceant̄
conſumi. Anas ab aſſiduitate natandi aptū no/
men accepit. Ex quo genere quędā germanę di/
cuntur·q̄ plus ceteris nutriant. Anſeris nomen
anas dedit p̄ deriuationē uel a ſimilitudine·uel q̄
⁊ ipſa natandi frequentiā habeat. Iſte vigilias
noctis aſſiduitate clangoris teſtat̄. Nullū autē
animal ita odorem hominis ſentit ut anſer·vnde
⁊ clangore eius gallorū aſcenſus in capitolio de/
p̄henſus eſt. Fulica dicta q̄ caro eius leporinā
ſapiat. Lagos eni lepus dicit̄·vnde ⁊ apud grę/
cos lagos dicit̄. Eſt eni auis ſtagnenſis·habens
nidū in medio aquę uel i petris quas aquę circū/
dant·maritimoq; ſemp̄ delectat̄ profundo. Quę
dum tempeſtatē p̄ſenſerit·fugiens in vado ludit.
Mergus ab aſſiduitate mergendi nomē habet.
Sępe aūt dimiſſo in ,pfundū capite aurarū ſigna
ſub fluctibus colligunt.⁊ p̄uidentes equoris
tempeſtatē cū clamore ad littora tendūt. Nam
in pelago iam grauiſſimā eſſe tempeſtatē conſtat
cū ad litora mergi confugerint. Accipiter auis
animo plus armata q̄ vngulis·virtutē maiorem
in minori corpe geſtans. Hęc ab accipiēdo id eſt
capiēdo nomen ſumpſit. Eſt eni auis rapiendis
alijs auib⁹ auida·ideoq; vocat̄ accipiter·hoc eſt
raptor·vnde ⁊ Paul⁹ ap̄lus dicit. Suſtinet̄ eni ſi
q̄s vos accipit. Ut eni diceret ſi q̄s rapit·dixit: ſi

quis accipit. Fert aut accipitres circa pullos suos ipsos eē. Nā dū viderint eos posse tentare volat⁹ nullas eis p̄bēr escas. s; verberāt pēnis ⁊ a nido p̄cipitant. atq₃ a tenero compellūt ad p̄dā. ne forte adulti pigrescāt. Capus itala lingua dicit̄ a capiēdo. Hūc nostri falconē vocāt. eo q₂ incuruis digit̄ sit. Milu⁹ mollis ⁊ virib⁹ ⁊ volatu. q̄si mollis auis. vnde ⁊ nūcupat̄. rapacissimus tn̄. ⁊ semp domesticis auib⁹ insidiat̄. Ossifrangus vulgo appellat̄ auis que ossa ab alto dimittit ⁊ frāgit. Vn̄ ⁊ a frangēdo ossa nomē accepit. Turtur de voce vocat̄ auis pudica. ⁊ semp in montiū iugis ⁊ i desertis solitudinib⁹ cōmorans. Tecta eni hoīu₃ ⁊ cōuersationē fugit ⁊ cōmorat̄ in siluis. Que etiā hyeme deplumata in truncis arbop̄ cōcauis habitare p̄hibet̄. Cui⁹ ecōtrario colūba hospitia humana diligit. domop̄ semp blanda inhabitatrix. Colūbe dicte q₂ eap̄ colla ad singulas conuersiones colores mutēt. aues mansuete. ⁊ i hoīu₃ multitudine cōuersantes ac sine felle. q̄s antiq venereas nūcupabāt eo q₂ nidos frequentēt. ⁊ osculo amorē concipiāt. Palumbes. eo q₂ sint farre pabulo. q̄s vulgus titos vocat. auis casta ex morib⁹ appellat̄ q₂ comes sit castitatis. Nā dicit̄ q₂ amisso corpali consortio solitaria incedat: nec carnalē copulā vltra requirat. Perdix de voce nomē habet. auis dolosa atq₃ imunda. Nā mascul⁹ in masculū insurgit. ⁊ obliuiscit̄ sexum libido p̄ceps. Adeo aūt fraudulēta. ut alteri oua diripiens foueat. s; fraus fructū non habet. Deniq₃ dum pulli p̄prie vocē genitricis audierint. naturali quodam instinctu. hāc que eos fouit relinquūt. ⁊ ad eandem que genuit reuertunt̄. Coturnices a sono vocis dicte. q̄s greci ortygias vocāt eo q₂ vise fuerint primū in ortygia insula. He adueniendi habent tp̄a. Nā estate depulsa maria transineāt. Ortygometra dicit̄ auis que gregē ducit. cā terre p̄pinquantē accipiter vidēs rapit. ac p̄pterea cura ē vniuersis ducē sollicitare externi generis. p quā caueāt prima discrimina. Cibos gratissimos habēt semina ven̄nop̄ quā ob causā eas veteres vesci interdixerūt. Solū eni hoc aīal sicut ⁊ homo caducū patit̄ morbum. Upupā greci appellāt. eo q₂ stercora humana consideret: ⁊ fetēti pascat̄ fimo auis spurcissima cristis extantib⁹ galeata. semp in sepulchris ⁊ humano stercore cōmorās. Cui⁹ sanguine si se quisq₃ inunxerit. dormitū pgens. demones suffocantes se videbit. Tucos q̄s hispani cuculos vocāt. a p̄pria voce cōstat noīatos. Hi veniēdi temp⁹ habent. miluop̄ scapulis suscepti. p̄pt̄ breues ⁊ paruos volatus. ne p longa aeris spacia fatigati deficiāt. hop̄ saliue cicadas gignūt. Oua passeris nido repta comedit ⁊ sua obijcit. que ille suscepta ⁊ fouet ⁊ nutrit. Passeres sūt minuta volatilia a puitate vocata. vn̄ ⁊ pusilli ⁊ parui. Merula antiquitus medula vocabat̄. eo q₂ modulet̄. Alij merulā vocatā aiunt. q: sola volat. q̄si mera volans. Hec cū in oībus locis nigra sit. in achaia candida ē. Hirūdo dicta q₂ cibos nō sumat residens. s; in aere capiat escas ⁊ edat. garrula auis ⁊ p tortuosos orbes ⁊ flexuosos circuit⁹ puolās. ⁊ ī nidis cōstruēdis educandisq₃ fetib⁹ solertissima habēs etiā quiddā p̄sciū. q₂ lapsura deserat. nec appetat culmina. alijs q₃ auib⁹ nō ipetit̄. nec vnq₃ p̄da est. maria trāsuolat ibiq₃ hyeme cōmorat̄. Turdi a tarditate dicti. Hyemis enim cōfinio se referūt. Turdela q̄si maior turdus. cui⁹ stercore viscū generari putat̄. Vn̄ ⁊ p̄uerbiū apud antiq̄s erat: malū sibi auem cacare. Furfurio vocatus. q₂ pri⁹ farre in farinā redacto pasceret̄. Ficedule dicte q₂ ficus magis edāt. Q̄ō pandit̄ versiculo veteri illo: Cū me ficus alat. cū pascar dulcib⁹ vuis Cur poti⁹ nomē nō dedit vua mihi? Carduellus q₂ spinis ⁊ carduis pascit̄. Vn̄ etiā apud grecos achantis dicta est. ab achantis id est spinis. quibus alit̄. Augures aūt dicūt ⁊ in gestu ⁊ in motu ⁊ in volatu ⁊ in voce. auiū signa esse constituta. Oscines aues vocāt que ore cantuq₃ auspiciū faciūt. ut coru⁹. cornix. pic⁹. Alites que volatu ostēdere futura vident̄. que si aduerse sūt inhibe dicūt̄ q₂ inhibeāt. id est vetēt. si p̄spere p̄epetes. ⁊ ideo p̄epetes. q: oēs aues priora petūt volantes. Ter tiā faciūt speciē auguriop̄ in auib⁹ quā cōmunem vocāt. ex vtroq₃ p̄mixtā. id ē cū aues ex ore ⁊ volatu auguria faciūt. s; fides nō habet. Duu₃ autē genera volucrū bis nascunt̄. Primū enim oua gignūt̄. inde calore materni corpis formant̄ ⁊ animant̄. Oua aūt dicta ab eo q₂ sint vuida. Unde ⁊ vua. eo q₂ intrinsec⁹ humore sit plena. Nā humidū est q̄ō exteri⁹ humorē habet. vuidū q̄ō interius. Quidā aūt putāt ouū grecā habere originē noīs. Illi autē dicunt oa. u littera ablata. Oua aūt quedā inani vento concipiunt̄. s; nō sunt generabilia nisi que fuerint p̄cubitu masculino concepta ⁊ seminali sp̄u penetrata. Quop̄ vim tantā dicūt. ut lignū pfusū ex eo nō ardeat. ac ne vestis quidē contracta adurat̄. Admixta q₃ calce glutinare fert̄ vitri fragmenta.

De minutis volatilibus Cap. VIII.

Apes dicte uel q₂ se pedib⁹ inuicē alligent uel p eo q₂ sine pedib⁹ nascāt̄. Nā postea ⁊ pedes ⁊ pēnas accipiūt. He solertes in generādi mellis officio assignatas incolūt sedes domicilia inenarrabili arte componūt. ex varijs florib⁹ fauū cōdūt. textisq₃ ceris inumera p̄le castra replent. exercitū ⁊ reges habēt. p̄lia mouēt. fumū fugiunt. tumultu exasperant̄. Has plerisq₃ expti sūt nasci de boū cadauerib⁹. Nā p his creandis vitulop̄ occisop̄ carnes verberāt̄. ut ex putrefacto cruore vermes creent̄. q̄ postea efficiunt̄ apes. Proprie tn̄ apes vocant̄ orte de bobus. sicut crabrones de eq̄s. fuci de mulis. vespe de asinis. Castros greci appellāt. q̄ in extremis ptib⁹ fauoꝝ maiores creant̄. q̄s aliq reges putāt. dicti q₂ castra ducāt. Fuc⁹ est maior ape. crabrone minor Dict⁹ aūt fuc⁹. q₂ alienos labores edat. q̄si fagus.

depascit enim qd nõ laborauit. de quo Uirgili⁹: Ignauũ fucos pecus a presepibus arcet. Crabrones vocati a cabo. id ẽ caballo ꝙ ex his creentur. sicut aũt crabrones nascũt de equoꝝ carnib⁹ putridis. ita ex eis iteꝝ sepe nascunt scarabei. vnde ⁊ cognominati sũt. Tauri vocant scarabei terrestres. ricino sises. Buprestis aial ẽ puũ. simillimũ i italia scarabeo. lõgipedũ. Fallit int herbas bouẽ maxime. vnde ⁊ nomẽ habet. deuoratumqꝫ tacto felle ita inflãmat ut rũpat. Cicẽdela scarabeoꝝ genus est. eo ꝙ gradiens uel volans lucet. Blatte a colore nũcupate. siquidẽ ⁊ comprehense manũ tingũt. vnde ⁊ blatteũ colorẽ dicũt. Hoc autẽ aial lucem videre nõ patit. contrariũ musce. Nam musca lucipeta. ⁊ blatta lucifuga est. Per noctem eni tm ambulat. Papiliones auicule sũt que maxime abundant florentibus maluis. quiqꝫ vermiculos stercore suo faciunt nasci. Locusta ꝙ pedibus sit longis veluti asta. vñ ⁊ eã greci tam maritimã ꝙ terrestrẽ astagon appellãt. Cicades ex cuculoꝝ nascũtur sputo. He in italia apud reginos multe sunt. nec vsqꝫ alibi. Musca ex greco venit. sicut ⁊ mus. hec sicut ⁊ apes necate i aqua aliquotiẽs post vni⁹ hore spaciũ reuiuiscũt. Cinomia grece vocat. id est musca canina. Nã cinos grece canis vocat. Culex ab aculeo dictus ꝙ sanguinẽ sugat. Habet eni in ore fistulã in modum stimuli. q̃ carnẽ terebrat ut sanguinẽ bibat. Scinifes musce minutissime sunt. ꝫ aculeis permoleste quib⁹ tertia plaga superb⁹ pplꝰs egyptioꝝ cesus ẽ. Oestrus aial armẽtis aculeis pmolestũ. Oestrũ aũt grecũ est. qd latine asilus vulgo tauanus vocat. Bibiones sunt q̃ in vino nascũtur. quos vulgo musciones a musto appellant. vnde ⁊ Afrani⁹: Cũ ad me spectas ⁊ fabulari incipis: ex ore in oculis tuis bibiones inuolãt. Gurgulio dicitur. quia pene nihil est aliud nisi guttur.

Prefaciuncula in librũ sequentem.

In hoc libello quasi in q̃dã breui tabula. q̃sdã celi causas situsqꝫ terraꝝ ⁊ maris spacia annotauim⁹. ut in modico lector ea pcurrat. ⁊ cõpẽdiosa breuitate etymologias eoꝝ causasqꝫ cognoscat.

Incipit liber tertius decimus.

De mũdo Cap. I.

Mundus est celũ. terra. mare. ⁊ que i eis sũt opa dei. de quo dicitur: Et mũdus p eũ fact⁹ ẽ. Mũdus latine a philosophis dicitur ꝙ in sempiterno motu sit: ut celũ. sol. luna. aer. maria. Nulla eni requies eius elemẽtis cõcessa ẽ. ideoqꝫ semp i motu ẽ. Unde ⁊ aialia Uarroni vident elemẽta. qm p semetipsa inquit mouent. Greci vo nomen mundo de ornamento accõmodauerũt pter diuersitatẽ elemẽtoꝝ ⁊ pulchritudinẽ sideꝝ. Appellat eni apud eos cosmos quod significat ornamentũ. Nihil eni mũdo pulchri⁹ oculis carnis aspicim⁹. Quattuor aũt eẽ cõstat climata mũdi. id ẽ plagas. orientẽ ⁊ occidentẽ. septẽtrionẽ ⁊ meridiẽ. Oriens ab exortu solis ẽ nũcupat⁹. Occidẽs. ꝙ diem faciat occidere atqꝫ interire. Abscõdit enim lumen mundo ⁊ tenebras supinducit. Septẽtrio autẽ a septẽ stellis axis vocat que i ipso reuolute rotãt. Hic pprie ⁊ vertex dicit. eo ꝙ vertit. sic poeta ait: Uertit interea celũ. Meridies uel q: ibi sol faciat mediũ diem q̃si medidies. uel q: tũc purius micat ether. Merũ eni purũ dicit. Janue celi due sunt. oriens ⁊ occasus. Nã vna porta sol pcedit. alia se recipit. Cardines aũt mundi duo: septẽtrio ⁊ meridies. In ipsis eni voluitur celum.

De atomis Cap. II.

Atomos philosophi vocãt q̃sdã i mũdo corpoꝝ partes tam minutissimas. ut nec visui pateãt. nec tomen. id ẽ sectionẽ recipiãt. vñ ⁊ atomi dicti sũt. Hi p ianetoti⁹ mũdi iquietis motib⁹ volitare. ⁊ huc atqꝫ illuc ferri dicũt. sic ⁊ tenuissimi pulueres. q̃ ifusi p fenestras radijs solis videt. ex his arbores ⁊ herbas ⁊ fruges oẽs oriri. ⁊ ex his ignẽ ⁊ aquã ⁊ vniuersa gigni atqꝫ ꝯstare q̃dã philosophi gẽtiũ putauerũt. Sũt aũt atomi aut i corpe. aut i tpe. aut i numero. aut i littera. In corpe ut lapis. Diuides eũ in partes. ⁊ partes ipsas diuides i grana. veluti sũt harene. rursũqꝫ ipsa harene grana diuide i minutissimũ puluerem donec si possis puenias ad aliquã minutiã que iam nõ sit que diuidi uel secari possit. hoc est atom⁹ in corpib⁹. In tpe vo sic intelligitur atomus. Annũ verbi gratia diuides in menses. menses i hebdomadas. hebdomadas in dies. dies in horas. adhuc partes horaꝝ admittunt diuisionem. quousqꝫ peruenias ad tãtũ tpis punctũ. ⁊ quãdã momenti stillã ut p nullã morulam pduci possit. ⁊ ideo iã diuidi nõ põt. hoc est atomus tpis. In numeris utputa octo diuidunt in quattuor. rursũ quattuor i duo. deinde duo in vnũ. Un⁹ aũt atom⁹ ẽ. q: insecabilis ẽ. Sic ⁊ littera. Nam orationẽ diuidis i vba. verba aũt in syllabas. syllabã aũt in lrãs. Littera pars minima. atomus est. nec diuidi põt. Atom⁹ ĝ ẽ qd diuidi nõ põt. ut in geometria punctus. Nam tomus diuisio grece dicit. atomus indiuisio.

De elementis Cap. III.

Ylen greci reꝝ quãdã pmã materiã dicũt nullo prsus mõ formatã. ꝫ oĩuꝫ corpaliũ formaꝝ capacẽ. ex q̃ visibilia hec elemẽta formata sũt. vñ ⁊ ex ei⁹ deriuatiõe vocabulũ acceperũt. Hanc ylen latini materiam appellauerũt. ideo q: oẽ informe vnde aliqd faciendũ ẽ. semper materia nũcupat. Proinde ⁊ eã poete siluã noiauerũt. Nec incõgrue. q: materie siluaꝝ sũt. Greci aũt elemẽta stoichia nũcupãt. eo ꝙ sibi societatis

cõcordia et cõmunione quadã cõueniãt. Nam sic ea inter se naturali quadam rõne iuncta dicunt: ut modo originẽ ab igne repetẽtes vsq ad terram: modo a terra vsq ad ignẽ: ut ignis quidẽ in aera desinat: aer in aquã densetur: aqua in terra crassescat: rursusq terra diluatur in aquã: aqua rarescat in aerẽ: aer in ignem extenuetur. Quapropter oĩa elementa oĩbus constat inesse: sed vnũquodq eorum ex eo qđ amplius habet accepisse vocabulũ. Sũt autẽ diuina prouidentia proprijs aĩantibus distributa. Nam celũ angelis: aerẽ volucribus: mare piscibus: terram hoĩbus ceterisq animãtibus creator ipse impleuit.

De celo Cap. IIII.

Celum vocatum eo q tanq celatum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam celatũ dicitur vas qđ signis eminentioribus refulget. Distinxit enim eum deus claris luminibus et impleuit solis scz et lune orbe fulgenti. et astrorum micantium splẽdentibus signis adornauit. Alias aũt a superiora celando. Hoc antẽ grece vranus dicitur. ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν id ẽ a vidẽdo: eo q aer perspicuus sit et ad speculandũ purior. Celũ aũt in scripturis sanctis ideo firmamentũ vocatur: q sit cursu siderũ et ratis legibus fixisq firmatũ. Interdũ et celũ pro aere accipitur: vbi venti et nubes et procelle et turbines fiũt. Lucretius: celum qđ dicitur aer. et psalmus volucres celi appellat: cũ manifestũ sit aues in aere volare: et nos in cõsuetudine hunc aerem celũ appellamus. Nã cũ de sereno uel nubilo querimus: aliqñ dicimus: qualis ẽ aer. aliqñ: quale ẽ celũ.

De partibus celi Cap. V.

Ether locus ẽ in quo sidera sũt. et significat cũ ignẽ qui a toto mundo in altũ separatus est. Sane ether ẽ ipsũ elementũ ethera vero splẽdor etheris. et ẽ sermo grecus. Sphera celi dicta eo q species eius in rotundũ formata est: sed et quicqd tale ẽ a volubilitate sphera a grecis dicitur: sicut et pile quibus ludũt infantes. Nam philosophi dicũt celũ in sphere figurã vndiq eẽ cõuexũ: oĩbus partibus equalẽ cõcludẽtẽ terrã in media mũdi mole librată. hũc moueri dicũt. et cum motu eius sidera in eo fixa ab oriẽte vsq ad occidentẽ circuire: septẽtrionibus breuiores gyros iuxta cardinẽ peragentibus. Axis ẽ septẽtrionis linea recta: que per mediã pilam sphere tendit. et dictus axis q in eo sphera ut rota voluitur: uel q ibi plaustrũ est. Cardines extreme partes sũt axis. et dicti cardines eo q per eos vertitur celũ. Poli sũt circuli qui currũt per axem. Horũ alter est septẽtrionalis q nunq occidit: appellaturq boreus: alter australis qui nunq videtur. et austronotus dicitur. Et dicti poli q sint axium cycli ex vsu plaustrorũ a poliendo scilicz noĩati: sed polus boreus semper videtur: austronotus nunq: q dextra celi altiora sũt: pressa austri. Conuexa extrema celi sũt a curuitate dicta. Nam conuexũ curuũ est et inclinatũ et in modũ circuli flexum. Lacteus circulus ẽ via que in sphera videtur a cãdore dicta: quia alba ẽ: quã aliqui dicunt viam esse qua circuit sol. et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

De circulis celi Cap. VI.

Habitatio ista celi circulorum distincta zonis quasdã partes temperie sua incolere permisit: qsdã negauit enormitate frigoris aut caloris. Zone aũt ipse qnq sũt. Que ideo zone uel circuli appellantur eo q in circũductiõe sphere existunt. Quorum primus circulus ideo arcticos appellatur: eo q intra eũ arcturi signa inclusa perspiciũtur: que a nris in vrsarum speciẽ ficta septẽtriones appellantur. Secundus circulus ex eo terinus tropicus dicitur: q in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens vltra eũ circulũ nõ trãsit: sed statim reuertitur. et inde tropicus appellatur. Tertius circulus himerinus q a latinis ideo equinoctialis appellatur eo q sol cũ ad eũ orbẽ peruenerit equinoctiũ facit. Himerinus enim grece latine dies dicitur atq nox: q circulo dimidia sphere pars cõstituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur: eo q cõtrarius sit circulo quẽ arcticon noĩamus. Quintus circulus cimerinus tropicus: q a latinis byemalis siue brumalis appellatur: ideo q sol cũ ad eum circulum peruenit: byemẽ his q ad aquilonẽ sũt facit: estatem aũt his qui austri partibus cõmorantur. Zodiacus autem circulus est qui duodecim continet signa. ἀπὸ τοῦ ζώων. id ẽ ab aĩalibus dictus.

De aere et nube Cap. VII.

Aer est inanitas plurimũ habens admixtũ raritatis q cetera elementa: de quo Virgilius: Longum per inane secutus. Aer dictus ἀπὸ τοῦ αἴρειν: ab eo q ferat terrã: uel ab eo q feratur. Hic autẽ parti ad celestẽ: parti ad terrenã materiã pertinet. Nam ille subtilis vbi ventosi ac procellosi motus non pñt existere: ad celestem pertinet partẽ. iste vero turbulentior qui exalationibus humidis corporescit terre deputatur: quiq ex se multas species reddit. Nam cõmotus ventos facit: vehementius cõcitatus ignes et tonitrua: contractus nubila: conspissatus pluuiã: congelantibus nubibus niuẽ: turbulentius congelantibus densioribus nubibus grandinẽ: distentus serenũ efficit. Nam aerẽ densũ nubem esse constat: nubem rarefactã et solutam aerẽ. Nubes dicte ab obnubendo: id est operiendo celũ. vñ et nupte q vultus suos velent. vnde et neptunus q nubat. id est mare et terram tegat. Nubes aũt aeris densitas facit. Venti enim aerem cõglobant: nubemq faciunt. vnde est illud: atq in nubem cogitur aer.

De tonitruo Cap. VIII.

Tonitruũ dictũ q sonus eius terreat. Nã tonus sonus. Qui ideo interdũ tam grauiter concutit oĩa: ita ut celum discidisse videatur: q cũ procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit: turbine inualescente exitumq querẽte nubẽ quã excauauit impetu magno prescindit: ac sic cũ horrendo fragore defertur ad aures.

Quod mirari quis nõ debet: cũ vesicula quãuis parua magnũ tñ sonitũ displosa emittat. Cũ tonitruo aũt simul et fulgura exprimi: sed illud celerius videtur: quia clarum est. hoc aũt ad aures tardius peruenire. Lux autẽ quę apparet añ tonitruũ alibi fulgetra vocatur. Quę ut diximus ideo añ videtur: quia clarũ est lumẽ: tonitruũ aũt ad aures tardius puenit.

De fulminibus Cap. IX.

Fulgur et fulmen ictus cęlestis iaculi: a feriendo dicti. Fulgere enim ferire est ac percutere. Fulmina autẽ collisa nubila faciũt. Nã oĩum rerum collisio ignẽ creat: ut in lapidibus cernimus uel attritu rotarum: uel in siluis arborum simili mõ i nubibus ignis. vñ et prius nubila sũt deinde ignis. ex vento aũt et igne fulmina certũ ẽ in nubibus fieri et impulsu vẽtorum emitti. Ideo aũt fulminis ignẽ vim habere maiorẽ ad penetrãdũ: quia subtilioribus elementis factus est quã noster: id ẽ qui nobis in vsu est. Tria sũt aũt eius noĩa: fulgur: fulgor: et fulmen. Fulgur quia tangit: fulgor: quia incendit et vrit: fulmen: quia findit: ideo et cũ ternis radijs pinguntur.

De arcu et nubiũ effectibus Cap. X.

Arcus cęlestis dictus a similitudine curuati arcus. Iris huic propriũ nomẽ ẽ. et dictus iris quasi aeris: id ẽ quod per aera ad terras descendat. Hic aũt a sole resplendet dum caue nubes ex aduerso radiũ solis accipiũt et arcus speciem fingũt: cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis: aer lucidus. et nubes caligantes irradiata illa varios creant colores. Pluuię dictę quod fluãt: quasi fluuię. Nascũtur enĩ de terrę et maris anhelitu: quę cum altius eleuatę fuerint: aut solis calore resolutę: aut vi ventorum compressę stillantur in terris. Nimbus ẽ densitas nubis intẽpesta et obscura. et inde nimbus a nube. Sunt aũt nimbi repentinę et pręcipites pluuię. Nam pluuias vocamus lentas et iuges: quasi fluuias: quasi fluentes. Imbres autẽ et ad nubes et ad pluuias ptinent. dicti a gręco vocabulo quod terrã inebrient ad germinandum. Ex his enĩ cuncta creantur. vñ et Lucretius; Ex igni terra atque aĩa nascũtur et imbri. est aũt nomen gręcũ. Grando appellata quod forma eius granorum similitudinẽ habeat. Hęc aũt ventorum rigore durantur in nube: ac solidantur in niuẽ: ruptoque aere soluũtur. Nix a nube vnde venit. et glacies a gelu et aqua: quasi gelacies. id est gelata aqua. Gelu aũt quod eo stringatur tellus. Ge quippe terra dicitur. Tũc aũt maiori gelu stringitur terra cũ fuerit nox serena. Pruina ẽ matutini tẽporis frigus. et inde pruinę nomẽ accepit: quia sicut ignis vrit. Pyr enĩ ignis. Urere et ad frigus et ad solẽ ptinet. Nam vno sermone duo diuersa significantur: pro eo quod vnũ effectũ habent. Similis enĩ vis ẽ et caloris et frigoris. vnde et vtraque saxa rũpunt. Nã et calor vrit: ut ẽ; vritur infelix dido. Itẽ frigus vrit: ut ẽ: aut boreę penetrabile frigus adurat. Ros gręcũ ẽ quod illi droson dicũt. Alij ros putãt dictum: quia rarus ẽ et nõ spissus: ut pluuia. Nebula inde dicta. vnde et nubila ab obnubẽdo: scilicet hoc est operiẽdo terrã: siue quod nubes volans faciat. Exalant enĩ valles humidę nebulas et fiũt nubes. Inde nubilũ: inde niues. Nebulę aũt ima petũt cũ serenitas ẽ: sũma cũ nubilum. Caligo vmbra ẽ de spissitudine aeris effecta. Et dicta caligo quod maxime aeris calore gignatur. Tenebrę dicuntur quod teneãt vmbras. Nihil aũt sũt tenebrę: sed ipsa lucis absentia tenebrę dicũtur: sicut silentiũ nõ aliqua res ẽ: sed vbi sonus nõ est: silẽtiũ dicitur: sic tenebrę nõ aliquid sunt: sed vbi lux nõ est tenebrę dicuntur. Umbra ẽ aer carens sole. dicta aũt quod fiat cũ solis obijcimur radijs. Est aũt mobilis et incerta et ex solis circuitu et ex motu locorum. Nã quotiens mouemur in sole nobiscũ moueri videtur: quia vbiquoque loco a radijs solis obsistimus: proinde illi lumen auferimus: sic et ingredi nobiscũ vmbra et gestus nostros videtur imitari. Lux ipsa substantia: lumẽ quod a luce manat: id ẽ candor lucis: sed hęc confundunt auctores.

De ventis Cap. XI.

Uentus aer cõmotus et agitatus. et per diuersis partibus celi noĩa sortitur diuersa. Dictus aũt ventus quod sit vehemẽs et violentus. Uis enĩ eius tanta ẽ: ut nõ solum saxa et arbores euellat: sed etiã celũ terrãque cõturbet: maria cõmoueat. Uẽtorum quattuor principales spũs sũt. Quorũ primus ab oriente subsolanus: a meridie auster: ab occidente fauonius: a septẽtrione eiusdẽ noĩs vẽtus aspirat: habẽtes geminos hincinde vẽtorum spũs. Subsolanus a latere dextro vulturnũ habet: a leuo eurũ. Auster a dextris euro austrum: a sinistris austro africũ. Fauonius a parte dextra africum: a leua chorũ. Porro septẽtrio a dextris circium: a sinistris aquilonẽ. Hi duodecim venti mũdi globũ flatibus circũ agũt. Quorum noĩa proprijs ex causis signata sunt. Nã subsolanus vocatur eo quod sub ortu solis nascatur. Eurus: eo quod ab eo flat: id est ab oriẽte. Est enĩ subsolano cõiunctus. Uulturnus quod alte tonat: de quo Lucretius; Altitonans vulturnus et auster fulmine pollẽs. Auster ab hauriẽdo aquas vocatus. vnde et crassũ aerem facit et nubila nutrit. Hic gręce notus appellatur propter quod interdũ corrũpat aerem. Nã pestilentiã quę ex corrupto aere nascitur auster flãs i reliquas regiones trãsmittit. sed sicut auster pestilentiã gignit: sic aquilo repellit. Euro auster dictus quod ex vna parte habeat eurũ: ex altera austrum. Austro africus: quod coniunctus sit hincinde austro et africo. Ipse et libonotus quod sit libs hinc et inde notus. Zephyrus gręco noĩe appellatus: eo quod flores et germina eius flatu viuificentur. Hic latine fauonius dicitur: propter quod foueat quę nascuntur. vnde illud: Et zephyro ruris se gleba resoluit. Austro autẽ flores soluũtur: a zephyro fiũt. Africus a propria regione vocatus. In africa enim initiũ flandi sumit. Corus est qui ab occidente ęstiuo flat. et vocatus corus quod ipse ventorũ circulũ claudat. et quasi chorum faciat.

Hic antea caur⁹ dictus quē plerisq; argesten dicunt·non ut imprudēs vulgus agresten. Septētrio dictus eo ꝙ a circulo septē stellaꝝ consurgit· que vertente se mūdo resupinato capite ferri videnť. Circi⁹ dict⁹ eo ꝙ choro sit iunctus. Hunc hispani galliců vocant·ꝓpter ꝙ eis a parte gallie flat. Aqlo dictus eo ꝙ aquas stringat ꝛ nubes dissipet. Est enī gelid⁹ ventus ꝛ siccus. Idem ꝛ boreus·q: ab hyperboreis mōtib⁹ flat. Inde enī origo eiusdē venti ē. vude ꝛ frigid⁹: Natura enī omniū septētrionaliū ventorū frigida ꝛ sicca est· australiū humida ꝛ calida. ex oib⁹ aūt ventis duo cardinales sunt·septētrio ꝛ auster. Ethesie autē flabra aquilonis sunt·quib⁹ nomē inditum est·ꝙ certo anni tpe flatus agere incipiunt. Eniautos enī grece annus latine dicit. Hec aūt cursū rectū a borea in egyptū ferūt·quib⁹ auster contrari⁹ ē. Duo sūt aūt extra hos vbiq; spūs magis ꝙ̄ venti· aura ꝛ altan⁹. Aura ab aere dicta quasi aerea ꝙ lenis sit motus aeris. Agitat⁹ enī aer aurā facit. vnde ꝛ Lucreti⁹: Aereas auras. Altanus qui in pelago est ꝑ deriuationē ab alto·id est mari vocatur. Nam alter ē flatus in ripis quē dixim⁹ auram. Nam aura tra ē. Turbo ē volubilitas ventoꝝ. ꝛ turbo dict⁹ a terra·quotiēs vent⁹ cōsurgit ꝛ terrā in circuitū mittit. Tēpestas aūt ꝑ tpe dicit·sicut vbiq; historiographi solēt dū dicunt ea tempestate·aut ab statu celi·q: magnitudine sui multis diebus orit. Verno aūt ꝛ autūnali tpe ꝙ̄ maxime fiūt tempestates qñ nec plena ē estas·nec plena hyems. vnde ꝛ mediū ꝛ cōfine vtriusq; tpis ex coiūctiōe aerū cōtrarioꝝ efficiūtur tēpestates. Fragor a fractarū rerū nominat⁹ ē sonitu·q: sicca quecq; ꝛ arida facile frangit. Procella ab eo ꝙ ꝓcellat· id est ꝑcutiat ꝛ euellat. Est enī vis venti cū pluuia. Procelle enī aut de fluminibus·aut de ventis fiūt. Nichil autē velocius ventis. vnde ꝛ ꝓpter celeritatē tam ventos ꝙ̄ fulmina alata fingunt poete·ut alatis viribus austri.

De aquis Cap. XII.

Aqua dicta ꝙ superficies eius equalis sit. Hinc ꝛ equor appellatū·q: equaliter sursū est. Duo aūt sunt validissima vite humane elementa ignis ꝛ aqua. vnde grauit dānantur quib⁹ ignis ꝛ aqua interdicit. Aquarū elementū ceteris oib⁹ imperat. Aque enī celū temperāt·terram fecundāt·aerē exalationib⁹ suis incorporāt. scandūt in sublime·ꝛ celū sibi vēdicāt. Quid enī mirabili⁹ aquis in celo stantib⁹: Parū sit in tantā ꝑuenisse altitudinē. Rapiūt ꝛ secū pisciū examina. effuse omniū in terra nascentiū causa fiūt. Fruges gignūt·arbores·frutices·herbasq; ꝓducuut·sordes detergūt·peccata abluūt·potū cūctis animantibus tribuūt.

De diuersitate aquarū Cap. XIII.

Aquaꝝ nature diuersitas multa est. Alie enī salis alie nitri·alie aluminis·alie sulphuris·alie bituminis·alie curā morboꝝ adhibētes. Nam iuxta romā albule aque vulnerib⁹ medenť. In italia fons ciceronis oculoꝝ vulnera curat. In ethiopia lac⁹ est quo ꝑfusa corpora velut oleo nitescūt. Zame fons in africa canoras voces facit. Ex clitorio lacu italie q̄ biberint· vini tediū habēt. In chio insula fontē esse dicūt· quo hebetes fiūt. In boetia duo fontes·alť memoriam·alť obliuionē affert. Cizici fons amorē veneris tollit. Boetie lacus furialis ē. de q̄ q̄ biberit ardore libidinis exardescit. In cāpania sūt aque que sterilitatem feminarū ꝛ viroꝝ insaniam abolere dicunť. In ethiopia fonte rubro qui biberit·lymphatic⁹ fit. Lechnus fons arcadie abortus fieri non patiť. In sicilia fontes sunt duo q̄rū vn⁹ sterilē fecundat. alter fecūdā sterilē facit. In thessalia duo sunt fluīa. ex vno bibētes oues nigras fieri ferūt·ex altero albas·ex vtroq; varias. Clitūnus lac⁹ in vmbria maximos boues gignit. Reatinis paludibus iumentorum vngulas indurari dicunt. In asphaltide lacu iudee nichil mergi pōt q̄cq̄d aīam habet. In indijs sidē vocať stagnū in quo nihil innatat ꝫ oīa mergūť. At cōtra ī alce lacu ꝑ porcidamū oīa fluitāt·nihil mergitur. Marside fons in phrigia saxa generat. In achaia aqua profluit e saxis stix appellata·que ilico potata interficit. Celoniū stagnum sicilie tetro odore abigit ꝓximantes. Fons est in africa circa templū ammonis q̄ humoris nexib⁹ humū stringit. Fauillas etiā in cespitē solidat. Fons iob in idumea quater in anno colorē mutare dicit·id est puluerulētū·sanguineū· viridē. ꝛ limpidū. ternis mensib⁹ in anno tenēs ex his vnū colorē. In troglodytis lacus ē·ter in die fit amar⁹. ꝛ deinde totiens dulcis. Fons syloa ad radicē montis syon· nō iugib⁹ aquis·sed ī certis horis diebusq; ebullit. In iudea quodā riuus sabbatis oib⁹ siccabatur. In sardinia fontes calidi oculos medenť·fures arguūt. Nā cecitate detegiť eoꝝ facinus. In epiro esse ferunt fontem in quo faces extinguunť accense· ꝛ accendūť extincte. Apud garamantes fontē esse ita algentē die ut nō bibať·ita ardentē nocte ut nō tangať. Jam ꝟo in multis locis aque manant ꝑpetim feruentes tanta vi ut balnea calefaciant. Quedā enī terre sūt que multū sulphuris ꝛ aluminis habent. Itaq; cū ꝑ venas calētes aqua frigida venit vicino sulphuris calore cōtacta excandescit. nec talis ab origine effluit· ꝫ permutať dum venit. Sulphur enī alumēq; secū ferūt aque vtrāq; materiā igne plenā mirisq; motibus incalescentem.

De maris nomine Cap. XIIII.

Mare est aquaꝝ generalis collectio. Ois enim cōgregatio aquaꝝ·siue salse sint siue dulces·abusiue maria nuncupanť. iuxta illud: Et cōgregatiōes aquaꝝ appellauit maria. Proprie aūt mare appellatum eo ꝙ aque eius amare sint. Equor aūt vocatū·q: equaliter sursū est. ꝛ q̄uis aque fluctuātes velut montes erigāť·

sedatis rursus tẽpestatib' adequantur. Altitudo
enĩ maris diuersa est. indiscreta tñ dorsi ei' equa-
litas. Ideo autẽ mare incrementũ non capit cum
oĩa flumina ⁊ omnes fontes recipiat. hec causa ẽ
partim ꝙ influentes vndas ipsa magnitudo eius
non sentiat. deinde ꝙ amara aqua dulce fluentũ
cõsumat. uel ꝙ ipse nubes multũ aquaꝝ ad se at-
trahant. siue ꝙ illã partim venti auferãt. partim
sol exsiccet. postremũ ꝙ p occulta quedã terre fo-
ramina pcolat ⁊ ad caput omniũ fontesque reuolu-
tum recurrat. Maris autem certũ esse colorem.
sed ꝓ qualitate ventoꝝ mutari. Nam modo fla-
uũ est. modo lutulentũ. modo atrũ.

De oceano Cap.xv.

Oceanum greci ⁊ latini ideo nominãt. eo
ꝙ in circuli modo ambiat orbem. siue a
celeritate. eo ꝙ ocius currat. Itẽ quia ut
celũ purpureo colore nitet. ocean' quasi cianeus.
Iste est q̃ oras terrarũ amplectit. alternisque esti-
bus accedit atque recedit. Respirantib' enĩ in pro-
fundum ventis aut remouet maria. aut resorbet.
Qui que a ꝓximis regionib' diuersa vocabula sũ-
psit. ut gallic'. germanicus. scythicus. caspi'. hyr-
canus. atlanticus. gaditanus. Nam gaditanum
fretum a gadib' dictũ. vbi primo ab oceano ma-
ris magni limen aperit. Unde ⁊ hercules cũ ga-
dib' puenisset. colũnas ibi posuit sperans illic eẽ
orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari Cap.xvi.

Mare magnũ est qd ab occasu ex oceano
fluit. ⁊ i meridiẽ vergit. deinde ad septẽ-
trionẽ tendit. Qd inde magnũ appellat
q: cetera maria in compatione eius minora sunt.
Istud ẽ ⁊ mediterraneũ. q: p mediã terrã vsque ad
orientẽ pfundit. europã ⁊ africam. asiãque distermi-
nãs. Cuius prime partis sinus qui in hispanijs
pfunditur. hyberic' ⁊ balearicus appellat. Deinde
gallicus qui narbonensem ꝓuinciã alluit. Mox
ligusticus qui iuxta ianuã vrbẽ est ꝓxim'. Post
hec tyrrhen'. q̃ italiã attingit. quem greci ioniũ
itali inferũ vocant. Deinde siculus q̃ a sicilia vsque
ad cretã vadit. Deinde creticus qui i pamphyliã
⁊ egyptũ ptendit. Inde hellespontus q̃ in septẽ-
trionẽ retorquens anfractib' magnis iuxta gre-
cias ⁊ illyricũ in angustias septẽ stadiorũ strin-
gitur quo xerxes ponte nauib' facto in greciã cõ-
meauit. ibi est abydus. Inde diffusus ab equore
patẽte rursus stringitur ⁊ facit ꝓpontidẽ. q̃ mox
in qngẽtos passus coartat. fitque bosphor' thraci'
quo darius copias transportauit. inde ponticus
sinus amplissim' a tergo meotidis paludib'. Qd
mare ex multitudine fluminũ dulci' q̃ cetera ne-
bulosumque ⁊ breui' ẽ. vnde ⁊ ponticũ vocatũ ꝙ sit
breui' atque eo preter focas ⁊ tynnos atque delphi-
nos aliasque beluas maiores nõ patit. Sicut aũt
terra dum vna sit ꝓ diuersis locis varijs appellat
vocabulis. ita ⁊ ꝓ regionib' hoc mare magnum
diuersis noĩbus nũcupat. Nam ibericũ ⁊ asiati-
cũ a ꝓuincijs dictũ. Ab isulis balearicũ siculũ cre-
ticũ. cypriũ. egeũ. carpaciũ. Nã int tenedũ ⁊ chiũ
saxũ est in mari poti' q̃ insula. qd visentib' ꝓcul
capre simile credit. quã greci ega nũcupant. vnde
⁊ egeũ mare ẽ dictum. sic ⁊ carpatiũ mare int egy-
ptũ ⁊ rhodũ ab isula carpato illic posita. A gen-
tibus gallicũ ausoniũ. dalmatiũ. libusticum. Ab
oppidis argolicũ. corinthiũ. tyriũ. adriaticũ. Nã
adria quedã ciuitas illyrico mari ꝓxima fuit. que
adriatico mari nomẽ dedit. A positiõe celi. ut su
perũ. inferũ. ꝙ sit oriens superior. occidens inferi-
or. Est aũt tuscum ⁊ adriaticũ. A memoria ducis
ut ioniũ. Iones q̃ppe dux fuit grecie. Unde iones
athenienses. Hoc mare ⁊ tyrrhenũ dictũ siue ꝙ tu-
sciã alluit. id ẽ tyrrheniã. siue a tyrrhenis nautis
qui se in hoc mare precipitauerũt. Et sciendũ io-
niũ sinũ esse imensũ ab ionia vsque ad siciliã. ⁊ hu-
ius partes esse adriaticũ. achaicũ. ⁊ epiroticũ. A
moribus accolarũ. euxinus axenus antea appel-
latus ẽ. A casib' hominũ q̃ ceciderũt in mari. ut
hellespontũ. icarcũ myrtoũ. Nam myrtoũ mare
dictũ a myrtili lapsu ꝙ illic ab oenomao precipi-
tat' sit. Icarus vero cretensis ut fabule ferunt al-
tiora petẽs pennis solis calore solutis mari i quo
cecidit nomẽ iposuit. Frix' q̃ cũ helle sorore sua
fugiens insidias nouercales cõscẽdit nauẽ signũ
arietis habentẽ q̃ liberat' ẽ. Helles autẽ soror ei'
ppessa naufragiũ decidit in mari. ⁊ mortua hel-
lesponto mari nomẽ dedit. Ab ordine fluenti. ꝓ-
põtidis. Nã dictũ ꝓpontidũ. q: pontũ preuenit.
Idẽ ⁊ a trãsitu uel ãgustis meatib' boũ bosphor'
Egypti' autẽ pelag' asie dat. gallic' europe. afric'
libye. His ut queque ꝓxima sunt venerũt i partes.
Pelag' aũt ẽ latitudo maris sine littore ⁊ portu
greco noĩe apo tu plagia. hoc est a latitudine di-
ctus. vnde ⁊ plagia. eo ꝙ sint importuosa.

De sinibus maris Cap.xvii.

Sinus dicunt maiores recessus maris. ut
i mari magno ioni'. in oceano caspi'. in-
dic'. psic'. arabic'. q̃ ⁊ mare rubrũ q̃ oce-
ano ascribit. Rubrũ aũt mare vocatũ eo ꝙ sit ro-
seis vndis infectũ. Non tñ talẽ naturã habet q̃lẽ
videt ostendere. s vicinis littorib' vitiat gurges
atque inficit. q: oĩs t'ra que circũstat pelago rubra
est ⁊ sanguineo colori ꝓxima. Ideoque inde miniũ
acutissimũ excerpit. ⁊ alij colores qb' pictura va-
riat. Ergo cũ terra hãc habeat naturã. fluctibus
subinde diluit. ⁊ quicqd adhesũ ẽ i colorẽ cadit.
Ob hoc etiã in his littorib' gemme rubre iueni-
unt. Lapill' enĩ huiusmodi humo iuolut' cũ inter
harenas attrit' est. ⁊ terre colorẽ habet ⁊ maris.
Hoc mare i duos sin' scindit. Ex his q̃ ab orien-
te ẽ psicus appellat. quia ora illi' pse inhabitant.
Alter vero arabicus dicit ꝙ sit circa arabiam.

De estibus ⁊ fretis Cap.xviii.

Estus ad oceanũ ptinet. fretũ ad vtrũque
mare. Nã estus ẽ maris accessus uel re-
cessus. id ẽ inquietudo. Unde ⁊ estuaria

per quę mare vicissim tam accedit ꝙ recedit. Fretum autẽ appellatũ ꝙ ibi semp mare ferueat. Nã fr tũ ẽ angustum. ⁊ quasi feruẽs mare. ab vndaꝝ feruore noĩatũ. ut gaditanũ uel siculũ. Nam freta dicta Uarro ait: quasi feruida. id ẽ feruẽtia ⁊ motum feruoris habentia. Fretũ siciliç qd regiũ dicit. Salusti⁹ tali ex causa vocari scribit dicẽs: Italiç olim siciliã cõiũctã fuisse. ⁊ dũ eẽt vna tellus. mediũ spaciũ aut p humiditatẽ abruptum est aquis. aut p angustiã scissũ ⁊ inde regiũ noĩatũ. q: grece abruptũ hoc noĩe nuncupat. Est aũt artissimũ triũ miliũ spacio siciliã ab italia diuidẽs fabulosis ĩfame monstris. quib⁹ hincinde scylla ⁊ charybdis oñdit. Scyllã accolę saxũ mari imminens appellãt. simile celebratę formę. pcul visentibus. Unde ⁊ monstruosam speciẽ fabulę illi dederunt. quasi formã hoĩs capitib⁹ succinctã caninis. q: collisi ibi fluctus latrat⁹ vident exprimere. Charybdis dicta ꝙ gurgitibus occultis naues absorbeat. Est eni mare verticosũ. ⁊ inde ibi laniata naufragia pfundo emergũt. Ter autẽ ĩ die erigit fluct⁹. ⁊ ter obsorbet. Nam accipit aquas ut vomat. vomit ut rursus accipiat. Syrtes autẽ sunt harenosa in mari loca. Syrtes aũt Salustius a tractu vocari dicit ꝙ oĩa ad se trahant. ⁊ appropinquantes vadoso mari hereant. Hę autẽ ad mare ęgyptiũ vicinę sunt ⁊ parit admiscẽtur. Uada ṽo sũt p quę in mari uel in fluminib⁹ homines uel animalia pedibus vadũt. quę Uirgili⁹ breuia appellat. greci bracia.

De lacis ⁊ stagnis Cap. xix.

[S]Unt aũt ⁊ quedã maria quę nõ miscent oceani fluctib⁹ aut mari magno. ⁊ dicunt lacus ⁊ stagna. Lacus est receptaculũ in quo aqua retinetur. nec miscet fluctibus. ut lacus asphalti. ut lacus benac⁹ ⁊ lari⁹. ⁊ cęteri q̃s greci limen. id est stagnos vocant. Nã fontes labunt in fluuijs. flumina in freta discurrũt. Lacus stat ĩ loco nec pfluit. ⁊ dictus lac⁹ quasi aquę loc⁹. Lac⁹ asphalti idẽ. ⁊ mare mortuũ vocatũ. pter ꝙ nihil gignit viuũ. nihil recipit ex genere viuẽtiũ. Nã neq; pisces habet neq; assuetas aq̃s ⁊ lętas mergendi vsu patitur aues. ſ ⁊ quęcũq; viuẽtia mergenda tẽtaueris quacũq; arte. dimersa statim resiliũt. ⁊ q̃uis vehemẽter illisa cõfestim excutiũt. ſ neq; vẽtis mouet. resistẽte turbinib⁹ bitumine. q̃ aqua oĩs stagnat: neq; nauigatiõis patiens ẽ. q: oĩa vita carentia in pfundũ mergunt. nec materiã vllam sustinet nisi quę bitumine illustrat. Lucernam accensam ferũt supnatare. extincto demergi luĩc. Hoc ⁊ mare salinarũ dicit. siue lac⁹ asphalti. id ẽ bituminis. ⁊ ẽ in iudęa int' hiericho ⁊ çoaran. Lõgitudo ei⁹ vsq; ad çoaras arabię dirigit stadijs septingentis octoginta. Latitudo stadijs centũ q̃nquaginta vsq; ad vicinia sodomoꝝ. Lacus tiberiadis ab oppido tiberiade vocat⁹. quod quondã herodes in honorẽ tiberij cesaris condidit. Est aũt in iudęa oĩb⁹ lacis salubrior. ⁊ ad sanitatem corpoꝝ quodãmodo efficatior. Genesar lacus amplissim⁹ in iudęa longitudine centũ quadraginta extendit stadijs. latitudine q̃draginta. diffundit crispantib⁹ aquis. aurã nõ ventis. ſ de seipso sibi excreans. Unde ⁊ genesar dicit greco vocabulo q̃si generãs sibi aurã. Deniq; p diffusiora spacia lacus frequentib⁹ auris spirantib⁹ agitat. Unde ⁊ purior haust⁹ eius ⁊ ad potandũ dulcis ⁊ habilis. Benacus lac⁹ italię in venetia. de q̃ fluuius nascit minci⁹. qui lacus magnitudine sui tempestates imitat marinas. Lucrin⁹ ⁊ auernus lacus cãpanię sũt. Lucrin⁹ aũt dict⁹. q: olim pp̃ copiã pisciũ vectigalia magna pstabat. Auern⁹ aũt lac⁹ vocatus ꝙ aues ibi supuolitare nõ possint. Nã antea siluaꝝ densitate sic ambiebat. ut exalantes inde per angustias aquę sulphurcę fetor grauissimus supuolantes aues alitu suo necaret. Quã rem augustus cęsar intelligẽs deiectis siluis. ex pestilentib⁹ amęna reddidit loca. Lacus aũt idẽ ⁊ stagnũ vbi imẽsa aqua cõuenit. Nam dictũ est stagnũ ab eo ꝙ illic aq̃ stet nec decurrat.

De abysso Cap. xx.

[A]Byssus pfunditas ẽ aquaꝝ impenetrabilis: siue speluncę aquaꝝ latẽtiũ. de quibus fontes ⁊ flumina pcedũt. uel quę occulte subtereũt. vnde ⁊ abyssus dictus: Nã oẽs aquas siue torrentes p occultas venas ad matricem abyssum reuertũtur. Fluct⁹ dicti ꝙ flatib⁹ fiant. Uentorũ enim impulsu agitatę aquę fluctuant. Aqua est statiua ⁊ sine motu ęqualis. Unda ṽo eminens liquor qui semp ĩ motu ẽ. Lucreti⁹: Aereas vndas. id est motus ⁊ corp⁹ illud qd refluctuat. Nã nec vnda p se aqua est. ſ aqua ĩ motu quodã ⁊ agitatione. quasi abeundo ⁊ redeũdo vnda vocata. Latex pprie liquor fontis ẽ. ⁊ dict⁹ latex ꝙ in venis terrę lateat. Gutta est quę stat. stilla quę cadit. Hinc ⁊ stillicidiũ. quasi stilla cadens. Stiria eni grecũ ẽ. id est gutta. inde fit diminutiuũ ut dicam⁹ stilla. Dũ aũt stat aut pendet de tectis uel arboribus. quasi glutinosa gutta est. dum ceciderit stilla est. Spuma dicta ab eo ꝙ spuat. sordes eni sũt vndaꝝ. vñ ⁊ mustũ. ⁊ ea quę coquũtur spuma purgant. Hinc ⁊ sputũ.

De fluminibus Cap. xxi.

[F]Luuius est perennis aquarũ decursus. a fluendo ppetim dictus. Proprie aũt flumẽ ipsa aqua. fluuius. cursus aquę. Prius autẽ flumen ꝙ fluuius. id est prior aqua ꝙ decursus. Duo sũt fluminũ genera. vnũ torrẽs. alterum viuũ. de quo Uirgili⁹: Donec me flumine viuo abluero. Torrens ẽ aqua veniens cũ impetu. Dictus aũt torrẽs. q: pluuia crescit. siccitate torrescit. id est arescit. de q̃ Pacuui⁹: Flãmeo vapore torrẽs torret. cui greci ab hyeme nomen dederunt. nos ab estate. illi a tpe quo arescit. nos a tẽpore quo siccat. Amnis fluuius ẽ nemore ac frondibus redimit⁹. ⁊ ex ipsa amęnitate amnis vocat. Decursus pprie finis cursus siue aquarum sit seu

quarūlibet rerū. Riui dicti φ deriuent ad irrigan dū id ē ad inducēdū aq̄s i agris. Nā irrigare inducere ē. Gurges ꝓprie locus altus in flumine. Puteus est locus defossus ex quo haurit aq̄ a potatiōe dictus. Fons caput ē aquę nascētis q̄si aq̄s fundēs Quidā aūt fluuiorū ꝓprijs ex causis noia accepe rūt ex quibus nōnulli notādi sūt q̄ in historijs celebres memorant. Geon fluuius de paradiso exiens atq̄ vniuersam ethiopiā cingens vocatur hoc noie φ incremēto suę inundationis terrā ęgypti irrigет. Ge enī gręce latine terrā significat. Hic apud ęgyptios nilus vocat. ꝓpter limū quē trahit qui efficit fęcunditatem. Unde & nilus dictus est q̄si νέα ἰλύς. Nam antea nilus latine melo dicebatur. Apparet aūt in nilide lacu de quo in meridiē versus excipit ęgypto vbi aquilonis flatibus repercussus aq̄s retro luctantibus intumescit. & inundationē ęgypti facit. Ganges fluuius quē phison sancta scriptura cognominat exiens de paradiso pergit ad indię regiōes. Dicitur aūt phison id ē caterua q: x. fluminibus magnis sibi adiūctis impletur & efficitur vnus. Ganges aūt vocatus a rege gāgaro indię. Fert aūt nili modo exaltari & sup oriens tras erūpere. Tigris fluuius mesopotamię de paradiso exurgēs & pgēs cōtra assyrios. & post multos circuitus in mare mortuū influēs. Uocatur autē hoc noie ꝓpter velocitatē instar bestię tigridis nimia pnicitate currētis. Euphrates fluuius mesopotamię de paradiso exurgēs copiosissimus gēmis q̄ p mediā babyloniā influit hic a frugibus uel ab vbertate nomē accepit. Nam hebraice euphrata fertilitas interptat. Mesopotamiā etenī i q̄busdam locis ita irrigat sicut & nilus alexandriam. Salustius aūt auctor certissimus asserit tigrin & euphraten vno fonte manare in armenia q̄ p diuisa euntes longius diuidunt spacio medio derelicto multorū miliū quę tn̄ terra quę ab ipsis ambit mesopotamia dicit. Ex q̄ Hieronymus animaduertit aliter de paradisi fluminibus intelligendū. Indus fluuius orientis q̄ rubro mari accipit. Istaspes fuit medorū rex antiquissimus ex quo amnis orientis nomen accepit qui nūc idaspes dicit de quo Lucanus. Qua medus idaspes Accedūt pelago phebi surgentis ab igne iam ꝓpior φ psis erā. Qui dū sit fluuius psarū dicit tn̄ contra orientē decurrere. Araris fluuius germanię. De quo Uirgilius: Aut ararim parthus bibet aut germania tigrim. Currit enī p parthiā & assyriā. Bactrus fluuius orientis a rege bactro vocatus fert a quo & bactriani & vrbs eorū. Coaspis fluuius psarū vocatus eorū lingua φ mirā aquę dulcedinē habeat adeo ut psici reges q̄diu inter ripas psidis fuerint sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidā cydnū cilicię fluuiū deriuari existimāt. Araris amnis armenię q̄ ab vno monte cum euphrate diuisa specie oritur dictus φ rapacitate cūcta ꝓsternat. Unde & cū alexander eū transgredi vellet ponte fabricato tanta vi inundauit ut pontē dirueret. Hic breuibus intuallis ab euphrate ortu caput tollit ac deinde caspiū fert i mare. Fluuius syrię q̄ vocat orontes iuxta antiochię muros decurrēs q̄ a solis ortu oriens nō longe ab vrbe mari condit quem de originis suę tractu oriente veteres latine appellauerūt. Cuius fluentis ex ipso impetu frigidioribus & cephyris assidue ibi spirantibus tota ciuitas momentis ꝓpe oibus refrigerat. Iordanis iudeę fluuius a duobus fontibus noiat quorū alt vocat ior alt dan His igit ꝓcul a se distantibus in vnū alueū federatis iordanis deinceps appellat. Nascitur aūt sub libano monte & diuidit iudęā & arabiā q̄ per multos circuitus iuxta hiericho in mare mortuum influit. Eusis caucasceis montibus fusus cū pluribus alijs in euxinū se pręcipitat mare. vnde & nuncupat. Cydnus amnis cilicię a tauro monte ꝓgrediens mirā aquarū habēs suauitatē. & q: quicquid candidū est cydnū gentili lingua syri dicūt. Unde amni huic nomen datum quia tumet estate q̄n niues soluūt reliquis anni tpibus tenuis ē & quietus Ilas fluuius asię. Pactolus fluuius asię harenas aureas trahēs de q̄ Uirgilius: Pactolusq̄ irrigat auro. quē p aurato fluore alij chrysorroā vocāt. Erinus fluuius asię q̄ smyrneos secat cāpos. & ipse fluctibus aureis & harenis plenus. a q̄ & smyrna vocata ē. Meander amnis asię flexuosus q̄ recurrētibus ripis in asiā & ioniā pręcipitat i sinū q̄ miletū diuidit & prienē. Meander aūt vocatus φ sit flexuosus & nūq̄ currat rectus. De quo Ouidius: Quiq̄ recuruatus ludit męander in vndis. Tanus fuit rex scytharū primus a quo tanais fert fluuius nūcupatus q̄ ex riphęis siluis veniēs dirimit europā ab asia inter duas mūdi ptes medius currens atq̄ i pontū fluēs. Inachus achaię amnis argolicos irrigans cāpos quē rex inachus a se nominauit qui exordiū argiuę gēti primus dedit. Ibi est & erymanthus ab erymantho mōte dimissus Padus italię fluuius a iugis alpium fusus ex tribus fontibus orit ex quibus vni vocabulū ē padus q̄ diffusus in modū stagni amnē sinu dirigit. a quo & padus ē nūcupatus. Hic a grecis eridanus cognoiat ab eridano solis filio quē phętōtē dicūt q̄ fulmine pcussus i eodē fluuio deiectus ē & extinctus. Auget aūt ex ortu canis liquescentibus niuibus. & cū accessione. xxx. fluminū circa rauennā in adriaticū mare defert. Tyberis italię fluuius a tyberino rege albanorū dicit appellatus q̄ i hūc fluuiū cecidit. & de exitu suo nomē dedit. Nā ātea albola antiquū nomē a colore habuit φ niuibus albus fit. Ipse ē aūt tybris qui & tyberis ꝗ tyberis i quotidiano sermone tybris i vsu dicit. Danubius germanię fluuius vocari fertur a niuiū copia quibus magis auget. Iste ē qui i europa plus oibus famā habet. Idē & ister q: dū p innumeras vadit gentes mutat & nomē. & maiores sibi ambiendo colligit vires. Orit a germanicis iugibus & occidentalibus partibus barbarorū pergēs ꝯtra orientē sexaginta in se fluuios recipit. septē ostijs in pontū influit.

Rhodan⁹ gallię fluui⁹ ab oppido rhodo cognominatus ē quē coloni rhodioꝝ vocauerūt·qui rapido concit⁹ cursu·tyrrheni ęq̄ris freta scindēs·nō modicū sepe nauigantiū facit piculū·dū int̄ se maris fluctus ⁊ amnis fluēta decertāt. Rhen⁹ a rhodani societate fertur vocat⁹·q̄m cum eodē ex vna pūintia oriť. Est āt germanię fluui⁹ int̄ tres europę maximos fluuios cōputat⁹·q̄ a iugo alpiū vsq₃ in oceani pfunda cursus suos dirigit. Iberus amnis q̄ quondā toti⁹ hispanię nomē dedit. Mini⁹ fluui⁹ gallicię nomē a colore pigmēti sumpsit·qui i eo plurim⁹ inueniť. Durius a grecis q̄si doric⁹ cognominat⁹. Tagū fluuiū carthago hispanię nuncupauit·ex q̄ ortus pcedit·fluui⁹ arenis auriferis copiosus. ⁊ ob h̄ cęteris fluuijs hispaniaꝝ prelat⁹. Bethys fluui⁹·q̄ ⁊ bethycę puīcię nomē dedit·de q̄ Martialis; Bethys oliuifera crinē redimite corona·aurea qui nitidis vellera tingis aq̄s. eo q̄ ibi lanę pulchro colore tinguñt Bethys aūt dict⁹ eo q̄ humili solo decurrat. Bethyn eni greci humile uel mersū vocant. Quędā aūt flumina i diluuio soluta molę terrarū pręclusa sūt·quędam ṽo quę non erant abyssi tūc pręruptis meatibus eruperunt.

De diluuijs Cap. XXII.

Diluuiū dictū q̄ aquarū clade oīa quę inundauerit deleat. Primū diluuiū extitit sub noe·quādo hominū scelerib⁹ offens⁹ omnipotēs·toto orbe cōtecto·deletis cūctis·vnū spaciū celi fuit ac pelagi. Cuius hacten⁹ indicium videm⁹ in lapidibus quos in remotis montibus conchis ⁊ ostreis cōcreros·sepe etiā cauatos aq̄s videre solem⁹. Secundū diluuiū fuit i achaia·iacob patriarchę. ⁊ ogigi tēporib⁹·q̄ eleusine cōditor ⁊ rex fuit·nomēq₃ loco ⁊ tpi dedit. Tertiū diluuiū i thessalia moysi uel amphitionis tpib⁹ fuit q̄ terti⁹ post cecropē regnauit·cui⁹ tpib⁹ aquaꝝ illuuies maiorē ptē ppl'orū thessalię absūpsit·paucis p refugia montiū liberatis·maxime in monte parnaso·in cui⁹ circuitu deucalion tūc regno potiebať·qui tūc ad se ratibus cōfugiētes susceptos p gemina parnasi iuga fouit ⁊ aluit. A quo pprerea genus hoiu₃ grecoꝝ fabulę ex lapidib⁹ reparatū ferūt pter hominū insitā cordis duritiā·sed ⁊ flumina cū insolitis aucta imbrib⁹ vltra cōsuetudinem uel diuturnitatē uel magnitudinē redūdant multaq₃ psternūt ⁊ ipsa diluuiū dicūť. Sciendum autem flumina cū supra modū crescūt·nō tm̄ ad presens inferre damna·sed etiam ⁊ aliqua significare futura.

Incipit liber quartusdecimus

De terra Cap. I.

Terra est in media mūdi regione posita omnib⁹ partibus cęli i modum centri equali interuallo consistens; quę singulari numero totū orbē significat·plurali ṽo singulas partes·cuius nomina diuersa dat ratio. Nam terra dicta a supiori parte q̄ teriť·hum⁹ ab inferiori uľ humida t'ra·ut sub mari·tellus aūt q: fructus ei⁹ tollimus. hęc ⁊ ops dicta·eo q̄ opē fert frugibus Eadem ⁊ arua ab arādo ⁊ colendo vocata. Proprie āt terra ad distinctionē aquę arida nūcupať. sicut scriptura ait. Q̄ vocauit deus terrā aridā Naturalis enim pprietas siccitas est terris. Nā ut humida sit hoc aquaꝝ affinitate sortitur. Cuius motū alij dicunt ventū esse in concauis eius q̄ motus eam mouet. Salustius; Uenti per caua terrę precipitati rupti aliquot montes tumuliq₃ sedere. Alij aquam dicunt generalē in terris moueri ⁊ eas simul concutere·sicut vas·ut dicit Lucret⁹. Alij σφοrροει/\ñ terrā vocant·cui⁹ plęrūq₃ latentes ruinę supposita cuncta concutiunt. Terrę quoq₃ hiatus aut motu aquę iferioris fit·aut crebris tonitruis·aut de concauis terrę erūpentibus ventis.

De orbe Cap. II.

Orbis a rotunditate circuli dict⁹·q: sicut rota ē. Unde breuis etiam rotella orbiculus appellatur. Undiq₃ enim occanus circūfluens eius in circulo ambit fines. Diuisus est autem trifarie. Ex quibus vna pars asia·altera europa·tertia africa quę ⁊ libya nūcupatur. Quas tres partes orbis veteres nō ęqualiť diuiserūt. Nā asia a meridie p orīētē vsq₃ ad septētrionem puenit. europa ṽo a septētrione vsq₃ ad occidentem·atq₃ inde africa ab occidente vsq₃ ad meridiē. Unde euidenť orbē dimidiū duę tenent europa ⁊ africa. aliū ṽo dimidiū sola asia. ħ ideo istę duę partes factę sūt·quia inter vtrāq₃ ab oceano mare magnū ingreditur·qd̄ eas intersecat. Quapropter si i duas partes orientis ⁊ occidentis orbem diuidas·asia erit in vna·in altera ṽo europa ⁊ africa.



De asia et partibus eius Cap. iii.

Asia ex noīe cuiusdā mulieris est appellata·que apud antiquos imperium tenuit orientis. Hec i tertia orbis parte dispo/sita·ab oriēte ortu solis·a meridie oceano·ab oc/ciduo nostro mari finit·a septēptrione meotide lacu et tanai fluuio terminat. Habet aūt puinti/as multas et regiones·quaꝝ breuiter noīa et situs expediā·sumpto initio a paradiso. Paradisus ē locus in orientis partib⁹ cōstitut⁹·cui⁹ vocabulū ex greco in latinū vertit hortus. Porro hebraice eden dicit·qd in nostra lingua delitie interp̄tat. qd vtrūqꝫ iunctū facit hortū delitiaꝝ. Est eni oī genere ligni et pomiferaꝝ arborū consit⁹· habēs etiā lignū vite. Non ibi frigus·nō estas· ꝫ ppe/tua aeris tēperies. E cui⁹ medio fons prumpens totū nemꝰ irrigat·diuiditurqꝫ i quattuor nascen/tia flumina·cui⁹ loci post peccatū hominis adit⁹ interclusus ē. Septus ē eni vndiqꝫ romphea flā/mea·id est muro igneo accinct⁹·ita ut eius cū celo pene iungat incēdiū. Cherubin quoqꝫ·id ē an/geloꝝ presidium arcendis spiritibus malis super romphee flagrātia ordinatū ē ut homines flāme angelos ꝟo malos angeli boni submoueāt·necui carni uel spūi transgressionis adit⁹ paradisi pa/teat. India vocata ab indo flumine quo ex parte occidentali claudit. Hec a meridiano mari por/recta vsqꝫ ad ortum solis. et a septētrione vsqꝫ ad montē caucasū puenit· habens gentes multas et oppida·insulā qꝫ taprobane gemmis et elephātis refertam·crysam et argyre auro argētoqꝫ fecun/das·vtilem qꝫ arboribus folijs nunꝙ carentem. Habet et fluuios gangen et nidan et ypanē illu/strantes indos. Terra indie fauonij spū salu/berrima i anno bis mittit fruges·vicē hyemis et estatis ethereas patit. Gignit autē tincti coloris hoīes·elephātes ingētes·monoceron bestiā·psi/tacum auē·hebenū qꝫ lignū. et cinnamū. et piper· et calamū aromaticum. Mittit et ebur·lapides qꝫ preciosos·berillos chrysopassos et adamātē·car/bunculos·liguites·margaritas. et vniones quib⁹ nobiliū feminarū ardet ambitio. Ibi sūt et mon/tes aurei quos adire pter dracones et gryphas. et imensoꝝ hoiuꝫ monstra impossibile est. Parthia ab indie finib⁹ vsqꝫ ad mesopotamiā generaliter noīatur. Propter inuictā eni virtutē parthorum et assyria et reliq̄ pxime regiones eius nomen traxerunt. Sunt eni in ea aracusa·parthia·assy/ria·media. et psida·que regiones inuicē sibi cōiun/cte·initiū ab indo flumine sumūt· tigri claudūtur locis montuosis et asperiorib⁹ site· habentes flu/uios hidaspen et ararim. Sūt eni inter se finib⁹ suis discrete·nomina a pprijs auctorib⁹ ita trahen/tes. Aracusa ab oppido suo nūcupata. Parthiā parthi ab scythia venientes occupauerūt·eāqꝫ ex suo nomine vocauerūt. Huius a meridie rubrum mare est·a septētrione hyrcanū saltū·ab occiduo solis plaga media. Regna in ea decē et octo sunt porrecta a caspio littore vsqꝫ ad terras scythaꝝ. Assyria vocata ab assur filio sem·qui eam regio/nem post diluuium primus incoluit. Hec ab ortu indiam·a meridie mediam tangit·ab occiduo ti/grim·a septētrione montem caucasum· vbi porte caspie sunt. In hac regione primus inuentus est vsus purpure. Inde primum criniū et corpoꝝ vn/guenta venerunt. et odores quib⁹ romanorū atqꝫ grecorum effluxit luxuria. Media et psida a regi/bus medo et perso cognominate·qui eas prouin/cias bellando aggressi sunt. Ex quibus media ab occasu transuersa parthia regna amplectit·a se/ptētrione armenia circūdatur·ab ortu caspios vi/det·a meridie persidam. Huius terra medicā ar/borem gignit·quam alia regio minime parturit. Sūt aūt medie due·maior et minor. Persida ten/dens ab ortu vsqꝫ ad indos·ab occasu rubrū ma/re habet. ab aquilone ꝟo mediam tangit· ab au/stro armeniam que perside annectitur·quibus est susa oppidum nobilissimū. In persida primū orta est ars magica ad quā nemroth gigas post con/fusionem linguarum abijt·ibiqꝫ psas ignē colere docuit. Nam omnes in illis partib⁹ solem colunt qui ipsorū lingua el dicitur. Mesopotamia gre/cam etymologiā possidet·ꝙ duobus fluuijs am/biatur. Nam ab oriente tigrim habet· ab occi/duo eufraten. incipit autē a septētrione int̄ mon/tem taurum et caucasum· cuius a meridie sequi/tur babylonia·deinde chaldea·nouissime arabia. Eodemon babylonie regionis caput· babylon vrbs ē· a quo nūcupata est·tam nobilis ut chal/dea et assyria et mesopotamia in eius nomen ali/quando transierunt. Arabia appellata·id est sa/cra. Hoc enim significare interpretatur· eo ꝙ sit regio thurifera odores creans. Hinc eam greci eodemon·nostri beatam nominauerunt. In cui⁹ saltib⁹ et myrrha et cinamomū prouenit. Ibi na/scitur auis fenix. sardonix gemma. et hiris melo/cides et pedorata ibi inuenitur. Ipsa est et saba appellata a filio chus qui nuncupatus est saba. Hec autem angusto terre tractu ad orientē ver/sus ad psicum sinum extenditur·cuius septētrio/nalia chaldea claudit·occasū sinus arabic⁹. Sy/riam syrus quidā perhibetur indigena a suo vo/cabulo nuncupasse. Hec ab oriente fluuio eufrate ab occasu mari nostro et egypto terminatur·ha/bens a septentrione armeniam et cappadociam·a meridie sinum arabicum. Situs eius porrect⁹ in imensam longitudinē·in lato angustior. Habet aūt in se puintias comagenā·pheniciam. et pale/stinā·cuius pars est iudea absqꝫ saracenis et na/batheis. Comagena prima puintia syrie a voca/bulo comage vrbis nūcupata·que quondam ibi metropolis habebat. Hui⁹ ē a septētriōe cappa/docia·ab ortu mesopotamia·a meridie syria·ab occasu mare magnū. Phenix cadmi frat̄ de the/bis egyptioꝝ i syriā pfectus apud sidonē regna/uit·eāqꝫ puintiā ex suo noīe pheniciā appellauit.

saba

Ipsa ē vbi est tyrus ad quā Esaias loquit̄. Habet aūt ab oriente arabiā·a meridie mare rubrū. Palestina puīcia philistim vrbem metropolim habuit·quę nunc dicitur ascalon·ex qua ciuitate oīs circa eam regio palestina est nūcupata. Huiꝰ ab oriēte mare rubrū occurrit·a meridiano latere iudea excipitur·a septētrionali plaga tyriorū finibus claudit̄·ab occasu egyptio limite terminatur. Iudea regio palestinę·ex noīe iudę appellata ex cuiꝰ tribu reges habuit. Hęc prius chanaan dicta ē·a filio cham·siue a decē chananeorū gentibꝰ·qbꝰ expulsis·eandē trā iudei possederunt. Initiū longitudinis eius a vico arsa vsqꝫ ad vicū iuliadem porrigitur·in quo iudeorū pariter ac tyriorū coīs habitatio ē. Latitudo aūt eiꝰ a mōte libani vsqꝫ ad tyberiadis lacū extendit̄. In medio autē iudeę ciuitas hierosolyma ē·quasi vmbilicus regionis totius terrę·variarū opū diues·frugibꝰ fertilis·aquis illustris· opima balsamis. Unde ꝑm elemētorū gratiā estimauerūt iudei eā promissam patribꝰ terrā fluentē lacte ꝛ melle·cū hinc illis dei resurrectionis prerogatiuā polliceret̄. Samaria regio palestinę·ab oppido quodā nomen accepit·qđ vocabat̄ samaria·ciuitas quōdā regalis i isrl'·quę nūc ab augusti noīe sebastia nuncupat̄. Hęc regio inter iudeā ꝛ galileā media iacet· incipiēs a vico cui nomē est eleas·deficiēs in terra acrabato. Situs eiꝰ natura cōsimilis·nec vllo differens a iudea. Galilea regio palestinę vocata ꝙ gignat candidiores hoīes ꝙ̄ palestina. Hęc aūt duplex ē·superior ꝛ iferior·sibi tn̄ cōnexę: syrię ꝛ phenici adherentes. Terra earū opima ꝛ ferax.ꝛ fructibus satis fecūda. Pentapolis regio in cōfinio arabię ꝛ palestinę sita·dicta a qnqꝫ ciuitatibꝰ impiorum quę celesti igne consūptę sūt.terra ampliꝰ a hierosolymis olim vberrima·nunc aūt deserta atqꝫ exusta. Nam pro scelere incolarū de celo descendit ignis·q̄ regionē illā in cineres eternos dissoluit. Cuius vmbra quędam ꝛ species in fauillis ꝛ arboribus ipsis etiā adhuc videt̄. Nascunt̄ eni ibi poma virētia sub tāta specie maturitatis·ut edēdi desideriū gignant.si carpas fatescunt ac resoluūt̄ in cinerē. fumūqꝫ exalant·quasi adhuc ardeant. Nabathea regio a nabaioth filio ismahel nūcupata. Iacet aūt int̄ iudeam ꝛ arabiā.ꝛ surgēs ab eufrate in mare rubrū porrigit̄.ꝛ est pars arabię. Egyptus quę prius aeria dicebat̄·ab egypto danai fratre postea ibi regnāte nomen accepit. Hęc ab oriente syrię ac rubro mari cōiuncta· ab occasu libyā habet·a septētrione mare magnū·a meridie ṽo introrsus recedit·ptēdēs vsqꝫ ad ethiopes·regio celi imbribus insueta ꝛ pluuiarū ignara. Nilus solus eam circūfluens irrigat.ꝛ iundatione sua fecundat. Unde ꝛ ferax frugibꝰ multam partem terrarū frumēto alit·ceterorū quoqꝫ negociorū adeo copiosa·ut impleat necessarijs mercibꝰ etiam orbē terrarū. Finis egypti canopea·a canope menelai gubernatore sepulto in ea insula quę libye ꝑncipiū.ꝛ ostium nili facit. Seres oppidum orientis a quo ꝛ genus sericū ꝛ regio nūcupata ē. Hęc a scythico oceano ꝛ mari caspio ad oceanū orientalē inflectit̄·nobilibꝰ frondibꝰ fertilis·a qbꝰ vellera decerpuntur quę ceterarū gentiū seres ad vsū vestiū vendūt. Bactrię regioni ꝓprius amnis bactros vocabulū dedit. Partes eiꝰ quę plenę sūt ꝓpaginis·iugis ambiūt̄·quę aduersę sūt·indi fluuij fontibꝰ termināt̄. Reliqua includit occus fluuius. Mittit bactria fortissimos camelos nūqꝫ attererētes pedes. Scythia sicut ꝛ gotthia·a magog filio iafeth fert̄ cognominata·cuiꝰ terra olim ingens fuit. Nam ab oriēte india·a septētrione ꝑ paludes meotides inter danubiū ꝛ oceanū vsqꝫ ad germanię fines porrigebat̄. Postea ṽo minor effecta a dextra orientis parte·qua oceanꝰ syricꝰ tēdit vsqꝫ ad mare caspiū qđ ē ad occasū·de hinc a meridie vsqꝫ ad caucasi iugū deducta ē.cui subiacet hyrcania ab occasu habēs parit̄ gētes multas·ꝓpter terrarū infecunditatē late vagātes. Ex quibꝰ quedā agros incoluut·quedā portētuosę ac truces· carnibꝰ humanis ꝛ eorū sanguine viuūt. Scythię plures trę sūt locupletes·ihabitabiles tamē plures. Nā dū i plerisqꝫ locis auro ꝛ gemmis affluāt·gryphorū imanitate accessus hominū rarus ē. Smaragdis aūt optimis hęc patria est. Cianeus quoqꝫ lapis ꝛ crystallꝰ purissimꝰ scythię est. Habet ꝛ flumina magna oscorū phasidē atqꝫ araxen. Hyrcania dicta a silua hyrcana·quę scythię subiacet·habens ab oriente mare caspium· a meridie armeniā·a septētrione albaniā·ab occasu hiberiā. Est autē siluis aspera·copiosa imanibus feris·tigribus·pantherisqꝫ ac pardis. De q̄ Uirgiliꝰ: Hyrcanęqꝫ admorūt vbera tigres. Albania a colore populi nūcupata·eo ꝙ albo crine nascant̄. Hęc ab oriente sub mari caspio surgēs per ora oceani septētrionalis vsqꝫ ad meotides paludes ꝑ deserta ꝛ inculta extēdit̄. Huic terrę canes ingentes sunt·tanteqꝫ ferocitatis ut tauros premant·leones perimant. Armenia nuncupata·ab armeno iasonis thessali comite·q̄ amisso rege iasone collecta multitudine eiꝰ q̄ passim vagabatur armeniā cepit.ꝛ ex suo noie nuncupauit. Sita ē aūt īter taurū ꝛ caucasū·a cappadocia vsqꝫ ad caspiū mare ꝓtensa·habēs a septētrione ceraunios montes·ex cuius collibus tigris fluuꝰ nascit̄.ꝛ in cuius montibꝰ archa post diluuiū resedisse ꝑhibetur. Duplex ē aūt armenia·superior ꝛ inferior· sicut duę pannonię. Hiberia regio asię ē ꝓpe pontū armenię iūcta. In hac herbę tincturę vtiles nascūt̄. Cappadociā vrbs ꝓpria nominauit. Hęc i capite syrię sita ab oriēte armeniā tangit·ab occasu asiā minorē· ab aqlone mare cimmericū.ꝛ themiscirios campos quos habuere amaçones.a meridie ṽo taurum montem·cui subiacet cilicia ꝛ isauria vsqꝫ ad cilicū sinū qui spectat cōtra insulā cyprū. Terra eiꝰ añ alias nutrix equorū. Halys amnis ꝑ eam fluit·q̄ quondā lydię regna diuisūtir a psis.

De Sogdoma igne absumptu

Nabathea

Aegyptꝰ

Canopus

Asia minor ab oriēte cappadocia cingit᷑·ab aliis partib⁹ vndiq; mari circūdat᷑. Nā a septētrione pontū euxinū habet·ab occasu ꝓpontidē·a meridie egyptiū mare. Habet ꝓuītias·bithyniā·phrygiam·galatiā·lydiā·cariā·pamphyliā.⁊ isauriā lyciā·atq; ciliciā. Prima asię minoris bithynia i ponti exordio ad solis orientis partem·aduersa thracię iacet·multis antea nominibus appellata. Nā prius bebrytia dicta·deinde mygdonia·mox a bithyno rege bithynia nūcupata. Ipsa ē ⁊ maior phrygia. Nicomedia vrbs i ea ē·vbi hannibal fugiens veneni haustu animā expirauit. Galatia dicta a priscis galloꝝ gentibus a quib⁹ extitit occupata. Nā galli in auxilium a rege bithynię euocati·regnū cum eo pacta victoria diuiserūt sicq; deinde grecis admixti·primū gallogręci·nūc ex antiquo galloꝝ noīe galathę dicunt᷑.⁊ eoꝝ regio gallacia nūcupat᷑. Phrygia dicta a phrygia cecropis filia. Hęc ⁊ dardania a dardano iouis filio dicta. De q̄ Homerus ait: Quē primū genuit cęlesti iupiter arce. Hic enim ꝑfectus de corintho ciuitate primus venit i phrygiā. Est aūt regio troadis supiecta ab aquilonis parte galatię·a meridiana vicina ē lycaonię·ab oriēte lydię adhęret·ab occidēte hellesponto mari terminat᷑. Hui⁹ regio troia ē quā ex suo noīe appellauit tros troianoꝝ rex ganymedis pater. Duę sūt aūt phrygię·maior ⁊ minor. Maior phrygia smyrnā habet. Minor vo iliū·lycaoniā. Cariā herin⁹ fluuius discernit a phrygia. Lydia sedes antiq regū quā pactoli vnda extulit in diuitias torrentibus aureis. Hęc antea meonia dicebat᷑. Quę dū ꝑ breuitate duos frēs reges lydū ⁊ tyrrhenū ferre nō posset·hinc ex sorte tyrrhen⁹ cū ingenti multitudine ꝓfect⁹·loca italię occupauit.⁊ tyrrheniā nominauit. Lydia aūt a lydo regis fratre qui i prouintia remāserat·cognoīata ē. Cōiūgit᷑ aūt ab occidēte minori phrygię·ab ortu smyrnā vrbē habet·quā melas fluuius cingit. Cui⁹ cāpos pactolus ⁊ herin⁹ circūfluūt·harenis aureis ditissimi. Isauria ex situ loci ꝓhibet᷑ cognoīata·ꝙ vndiq; apta aurarū flatibus pateat. Metropolim vrbē seleuciā habet. Cilicia a cilice quodā nomen traxit·quē ortū fenice dicūt·antiquiorēq; ioue fuisse asserunt. Plurima iacet campis·recipiēs ab occiduo lyciā·a meridie mare persicū·a tergo mōtis tauri iuga. Hāc cydnus amnis interfecat. matrē vrbiū habet tarsum. In ea ⁊ corycus oppidū est. vnde crocum plurimū ⁊ optimū venit·spiramine flagranti⁹.⁊ colore pulchrius auro. Lycia nūcupata·ꝙ ab oriente adiūcta cilicię sit. Nam habet ab ortu ciliciā·ab occasu ⁊ meridie mare·a septētriōe cariā. Ibi est mons chimera qui nocturnis ęstibus ignem exhalat·sicut in sicilia ętna ⁊ vesuuius in campania.

De europa Cap.IIII.

POst asiam ad europā stilum vertimus. Europa quippe agenoris regis libyę filia fuit·quā iouis ab africa raptā cretā aduexit ⁊ tertiā partē orbis ex ei⁹ noīe appellauit. Iste aūt ē agenor libyę fili⁹ ex q̄ ⁊ libya id est africa fert᷑ cognominata. Unde apparet prius libyā accepisse vocabulum·postea europam. Europa autē i tertiam partē orbis diuisa incipit a flumine tanais descendens ab occasu per septētrionalē oceanum vsq; in fines hispanię cui⁹ pars orientalis ⁊ meridiana a ponto cōsurgens tota mari magno cōiungit᷑.⁊ in insulis gadibus finit᷑. Prima europę regio scythia inferior·quę a męotidis paludibus incipiens inter danubium ⁊ oceanum septētrionalem vsq; ad germaniam porrigit᷑·quę terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitat᷑·barbarica dicit᷑. Hui⁹ pars prima alania ē·quę ad męotidas paludes ptingit. Post hanc dacia·vbi ⁊ gothia·deinde germania vbi plurimā partē sueui incoluerūt. Germania post scythiam inferiorē·a danubio inter rhenū fluuiū oceanūq; cōclusa·cingit᷑ a septētriōe ⁊ occasu oceano·ab ortu vo danubio·a meridie rheno flumine dirimit᷑ terra diues virū·ac populis numerosis ⁊ imanibus. Unde ⁊ ꝓpter fęcunditatē gignendoꝝ populoꝝ germania dicta est. Gignit aues hyrcanias. quaꝝ pēnę nocte plucēt. Uisontas q; feras ⁊ vrsos atq; alces parturit. Mittit ⁊ gēmas·crystallum.⁊ sucinū·callaicū q; viridē.⁊ ceraunū candidum. Duę sunt aūt germanię·supior iuxta septētrionalē oceanū·iferior iuxta rhenū. Prouintias aūt quas danubi⁹ a barbarico ad mediterraneū mare secludit·ꝑma ē mysia a messiū ꝓuētu vocata. Unde ⁊ eā veteres cereris horreū nūcupabāt. Hęc aūt ab oriente ostiis danubii iungit᷑·ab euro vo thracię·a meridie macedonię·ab occasu istrię copulat᷑. Post mysiā aūt pannonia est. Inde noricus ager frigidus ⁊ partius fructuosus. Post quē reticus ferax frugib⁹ qui excipit gallia belgicam. Thracię tyras iafeth fili⁹ veniens nomē dedisse ꝑhibet᷑. Alii a seuitia incolarū thraciam appellatam dixerūt. Huic ab oriente propontis ⁊ vrbs constantinopolis opposita est·a septētrione vero ister obtendit᷑·a meridie vo egeo mari adhęret·ab occasu macedonia illi subiacet. Cui⁹ regionē olim bessorū ꝑplus massagetę sarmatę scythę ⁊ alię plurimę nationes incoluerūt. Ampla ē eni·ideoq; plurimas continuit gentes. Hebrum fluuiū thracia fundit·qui etiā gentes barbaroꝝ plurimas tangit. Grecia a greco rege vocata·qui cunctā eā regionem regno incoluit. Sūt aūt prouintię grecię septē·quaꝝ prima ab occidente dalmatia·inde epirus·inde hellas·inde thessalia·inde macedonia·inde achaia ⁊ duę in mari creta ⁊ cyclades. Illyricus aūt generaliter omnis grecia est. Dalmatia·a delmi maxima eiusdē ꝓuincię ciuitate traxisse nomē existimat᷑. Adhęret aūt ab oriente macedonię·a septētrione mysię·ab occasu istria terminatur.a meridie vero adriatico sinu claudit᷑. Epir⁹ a pyrrho achillis filio cognoīata

cuius pars chaonia quę ante molossia dicta est a
molosso filio pyrrhi quē de andromacha habuit
Sȝ postꝗ̄ occisus ē pyrrhus orestis insidijs an/
dromachā helenus suscepit·tenuitqȝ regnū pri/
uigni qui successerat patri a quo molossia dicta ē
pars epiri: quam helenus postea a fratre chaone
quē in venatu p ignorantiā dicit' occidisse chao/
niā noīauit quasi ad solatiū fratris extincti. Hel/
las dicta a rege helline deucalionis ⁊ pyrrhę fi/
lio·a quo ⁊ priꝰ gręci hellines nūcupati sūt. Ipsa
est ⁊ attica terra atta prius dicta. Nā granꝰ qui/
dam gręcię indigena fuit·ex cuiꝰ filia attis nomi/
ne attica terra vocata est. Hęc inter macedoniam
⁊ achaiam media iacet·arcadię a septentrionali
parte coniūcta. Ipsa ē ⁊ vera gręcia·vbi fuit athe/
nas ciuitas mater liberalium litterarū ⁊ philoso/
phorū nutrix·qua nihil habuit gręcia clariꝰ atqȝ
nobilius. In ea ē ⁊ marathoniꝰ campus opiniōe
quondā prelij cruentissimꝰ. Helladis aūt duę sūt
puīntię: boetia ⁊ peloponnesꝰ. Boetia aūt dicta
hac ex causa. Dū cadmus agenoris filiꝰ europā so/
rorē a ioue raptā ex precepto genitoris quęreret
nec repiret·patris irā formidās ꝯfirmato aīo ele/
git exiliū. Nā bouis forte cōspectę secutꝰ vestigia
amplexus ē sedē vbi illa recubauerat·sicqȝ locū de
noīe bouis boetiā noīauit·vbi ⁊ thebas vrbē cō/
struxit in qua olim ciuilia bella detonuerūt. ⁊ vbi
nati sunt appollo ⁊ hercules maior ille thebanus.
Eadem est aonia vocata a fonte quodā appollini
⁊ musis consecrato qui in eadē boetia est. Pelo/
ponesus secūda ps helladis a pelope regnata atqȝ
vocata. Thessalia a thessalo rege cognominata·
quę ad meridianā plagā macedonię coniūcta est·
cuiꝰ a tergo pieria est. Multa in thessalia flumina
⁊ oppida·inter quę precipue thessalonica ⁊ thebe.
Ibi est ⁊ mons parnasus quondā appollini con/
secratꝰ. Thessalia patria achillis ⁊ origo laphi/
tharū fuit·de quibꝰ fert'·ꝙ hi primo equos frēnis
domuerint·vnde ⁊ centauri dicti sūt. In thessa/
lia primū solidi aurei facti sūt. domandorū quoqȝ
equorū vsus primū repertus est. Macedonię in ex/
ordio ab emathio rege emathię nomē erat·ꝫ ma/
cedo deucalionis maternus nepos postꝗ̄ ibi acce
pit principatū mutauit vocabulū macedoniāqȝ a
suo noīe dixit. Est autē confinis ab oriente ęgęo
mari·a meridie achaię·ab occasu dalmatię·a se/
ptētrione mysię·patria alexandri magni. ⁊ regio
aureis venis argentiqȝ opima. Lapidē quē pe/
anitē vocant ista gignit. Mons olympus in ea
est·qui excellenti vertice tantū attollit' ut in cacu/
mine eius nec nubes nec venti sentiant'. Achaia
ab acheo rege ⁊ vrbs ⁊ puīntia appellata. Hęc pe/
ne insula est. Nam absqȝ septētrionali parte qua
macedonię iungit'·vndiqȝ septa ē mari. Ab oriēte
enī habet myrtoū mare·ab euro creticū·a meri/
die ionium·ab africo ⁊ occasu cassiopas insulas·a
sola septētrionali parte macedonię uel atticę ter/
rę adiungit'. huiꝰ caput est vrbs corinthus·gręcię
decus. Inachꝰ ē achaię fluuiꝰ. Arcadia ṽo sinus
achaię est·ut platani foliū·inter ionium ⁊ ęgęum
mare exposita·quā arcas iouis ⁊ caliste filius pe/
lasgis in ditionē redactis ex suo noīe arcadiam
nūcupauit. Ipsa est ⁊ sicyonia a sicyone rege·a ꝗ
⁊ regnum sicyoniorū est dictum. Habet autē ar/
cadia fluuiū magnū erymanthū·abeston ꝗ̄ lapi/
dem·qui semel accensus nūꝗ̄ extinguit'. Candi/
dissimę etiā merulę ibi nascunt'. Pannonia ab al/
pibus apeninis est nūcupata·quibus ab italia se
cernit'. regio ṽo fort' ⁊ solo lęta duobꝰ satis acribꝰ
fluuijs·drauo sauoqȝ vallata. Coniūgit' aūt cum
norico ⁊ retia habens ab oriēte mysiam·ab euro
istriam·ab africo ṽo alpes apeninos·ab occasu
galliā belgicā·a septētrione danubij fontē uel li/
mitē·qui germaniā galliāqȝ secreuit. Istriā ister
amnis vocauit·qui eius terrā influit. Ipse est da/
nubius. Habet aūt istria a septētrione pānoniā.
Italia olim a gręcis ipsis occupata·magna gręꝰ
cia appellata est. Deinde a regis nomine saturnia
mox ⁊ latiū dicta·eo ꝙ idē saturnus a ioue sedi/
bus suis pulsus·ibi latuerit·postremo ab italo si/
culorū rege ibi regnante italia nūcupata est. Cuiꝰ
situs longitudine amplius ꝗ̄ latitudine a circio
ī eurū extēdit'·a meridie tyrrheno mari·ab aqui/
lone adriatico claudit'·ab occiduo alpiū iugis fi/
nit'· terra in omnibꝰ rebus pulcherrima·soli fer/
tilitate·pabuli vbertate gratissima. Habet lacus
venacū·auernū atqȝ lucrinum·fluuios eridanū ⁊
tyberim. ⁊ tepētes fontibus baias. Gignit gem/
mas serticen liguriū ⁊ coralliū·boam ꝗ̄ serpen/
tem·lincem ferā ⁊ diomedias aues. Italia autē ⁊
hispania idcirco hesperię dictę ꝙ gręci hespero
stella nauigent. ⁊ in italia ⁊ in hispania duę·quę
hac ratione discernunt'. Aut enī hesperiā solā di/
cis. ⁊ significas italiā·aut addis vltimā. ⁊ signi/
ficas hispaniam·q: in fine occidentis est. Tuscia
pars italię·vmbria ṽo pars tuscię. Tuscia autem
a frequentia sacrorū ⁊ thuris vocata. ἀπὸ τοῦ
θύειν. Umbria ṽo dicitur ut historię narrant eo
ꝙ tempore aquosę cladis imbribus superfuerit·
⁊ ob hoc vmbria gręce cognoīata. Est enī iugis
apenini montis sita ī parte italię iuxta meridiē.
Hetruria pars italię dicta ꝙ eiꝰ fines tendebant'
vsqȝ ad ripā tyberis·quasi ἕτερος ὅροος. Nā
ateros significat alteros oros finis vocat'. Romę
enī fines antea vnā tm̄ tyberis ripā tenebāt. Alij
hetruriā dictā ab hetrusco principe putāt. Idem
⁊ tyrrhenia a tyrrheno lydij frē·ꝗ ex sorte cū po
puli parte de meonia venit ad italiā. Hęc ē ⁊ tu/
scia·ꝫ tusciam dicere nō debemus·q: nusꝗ̄ legi/
mus. Tuscia autē a frequentia sacrificij ⁊ thuris
dicta est· ἀπὸ τοῦ θύειν. Illic ⁊ aruspicia di/
cunt' esse reperta. Apulia vbi brundusium·quam
⁊ olim secuti diomedem ducē condiderūt. Cam/
pania habet terras hyeme anni atqȝ ęstate ver/
nātes. Sol ibi mitis·temperies grata·aer purus
⁊ blandus. Gallia a candore populi nūcupata ē.

Gala eni grece lac dicit. Montes eni et rigor celi ab ea parte solis ardorē excludūt. quo fit ut candor corpor nō color et. Hanc ab oriente alpiū iuga tuentur. ab occasu oceanus includit. a meridie prerupta pyrenei. a septētriōe rheni fluenta atque germania. Cuius initium belgica. finis aquitania est. regio gleba uberi ac pabulosa. et ad usum animantiū apta. fluminibus quoque et fontibus irrigua pfusa duobus magnis rheno et rhodano fluuijs. Belgis autē ciuitas est gallie a qua belgica puintia dicta ē. Cisalpina quasi citra alpes. Transalpina id est trās alpes. contra septētrionē. Retia uero quod sit iuxta rhenū. Aquitania aūt ab obliquis aquis ligeri fluminis appellata. quia ex plurima parte terminus eius est. eāque pene in orbe cingit Hispania prius ab ibero amne iberia nuncupata. postea ab hispalo hispania cognominata est. Ipsa ē et vera hesperia ab hespero stella occidentali dicta. Sita ē aūt inter africā et galliā. a septētrione pyreneis mōtibus clausa. a reliquis partibus undique mari cōclusa. salubritate celi equalis. omniū frugum generibus fecunda. gēmarum metallorūque copijs ditissima. Interfluūt eā flumina magna bethys. mineus. iberus et tagus aurum trahēs ut pactolus. habet puintias sex: taraconensem. carthaginensem. lusitaniā. galetiam. bethycā et trans freta i regione africe tingitanā. Due sunt hispanie. citerior que in septētrionali plaga a pyreneo usque ad carthaginē porrigit. ulterior que in meridiē a celtiberis usque ad gaditanū fretum extendit. Citerior aūt et ulterior dicta. quasi citra et ultra. sed citra quasi circa terras. et ultra uel quod sit ultima. uel quod nō sit post hāc ulla hoc ē alia terra.

De libya Cap. v.

Libya dicta quod inde libs flat. hoc ē africus. Alij aiunt epaphum iouis filiū qui memphin in egypto cōdidit ex cassiota uxore procreasse filiā libyam. que postea in africa regnū possedit. Cuius ex noīe terra libya est appellata. Africam aūt nominatā quidā inde existimāt. quasi apricā quod sit aperta celo uel sole. et sine horrore frigoris. Alij dicūt africā appellari ab uno ex posteris abrahe de cethura. qui vocatus ē afer. de quo supra meminimus. Incipit aūt a finibus egypti pgens iuxta meridiē per ethiopiā. usque ad atlantē montem. A septētrionali uero parte mediterraneo mari cōiūcta claudit. et i gaditano freto finit. habēs puintias libyā cyrenensem. pentapolim. tripolim. bizantiū. carthaginē. numidiā. mauritaniā sitifensem. mauritaniā cesariensem. mauritaniā tingitanā. et circa solis ardorē ethiopiā. Libya cyrenensis i parte africe prima ē. a cyrene urbe metropoli. que est in eius finibus. nuncupata. Huic ab oriente egyptus ē. ab occasu syrtes maiores et troglodyte. a septētrione mare libycum. a meridie ethiopie et barbarorum uarie natiōes. et solitudines inaccessibiles. que etiam basiliscos serpentes creant. Pentapolis greca lingua a quinque urbibus nūcupata. id est cyrene. beronice. teutria apollonia. ptolomais: ex quibus ptolomais et beronice a regibus noīate sunt. Est aūt pentapolis libye cyrenensi adiuncta. et eius finibus deputata. Tripolitanam quoque puintiā greci lingua sua signāt de numero triū magnarum urbiū. occa. tabarce. leptis magne. hec habet ab oriēte syrtes maiores et troglodytas. a septētrione mare adriaticū ab occasu bizantiū. a meridie getulos et garamātas usque ad oceanū ethiopicum ptendentes. Bizacena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomē sortita est. ex quibus unū adrometus vocat. alterū bizantiū. Hec sub tripoli est. patens passuū ducēta uel amplius milia. fecunda oleis. et glebis ita prepinguis ut iacta ibi semina incremēnta pene centesime frugis renascāt. Zeugis ubi carthago magna. ipsa est et vera africa inter bizantiū et numidiam sita. a septētrione mari siculo iūcta. et a meridie usque ad getulorum regionem porrecta. cuius pxima queque frugifera sunt. ulteriora aūt bestijs et serpentibus plena atque onagris magnis in deserto uagātibus. Getulia aūt africe pars mediterranea est. Numidia ab incolis passim uagantibus sic vocata. quod nullam certā haberent sedem. Nam lingua eorum incerte sedes et vage numidie dicunt. Incipit aūt a flumine amsiga et in zeugitanū limitem desinit. habens ab ortu syrtes minores. a septētrione mare quod intendit sardiniā. ab occasu mauritaniā sitifensem. a meridie ethiopum gētes regio campis prepinguis. Ubi aūt siluestris ē. feras educat. ubi iugis ardua. equos et onagros procreat. Eximio etiā marmore predicat. quod numidicū dicit. Habet urbes precipuas hypponē. regiū et susicadam. Mauritania vocata a colore populorum. Greci enim nigrum mauron vocant. Sicut eni gallia a candore populi. ita mauritania a nigredine nomen sortita est. Cuius prima puintia mauritania sitifensis est. que sitifi habuit oppidū a quo et vocabulum traxisse regio phibet. Mauritania uero cesariensis colonie cesarie ciuitas fuit et nomen puintie ex ea datū. Utraque igit sibi coniuncte ab oriente numidiā habent. a septētrione mare magnum. ab occasu flumen maluā. a meridie montem astrixim. qui discernit inter fecundā terrā et harenas iacentes. usque ad oceanū. Mauritania tingitana. a tingi metropolitana huius puintie ciuitate vocata est. Hec ultima africe exurgit a montibus septem. habens ab oriente flumē maluam. a septētrione fretū gaditanū. ab occiduo oceanum atlanticum. a meridie gaulalū gentes usque ad oceanū hesperiū perrantes. regio gignens feras simias dracones et strutiones. Olim etiam et elephantis plena fuit. quos sola nūc india parturit. Garamātis regiōis caput garama oppidum fuit. Est autē inter cyrenensem et ethiopiam. ubi est fons qui friget calore diei et calet frigore noctis. Ethiopia dicta a colore populorum quod solis vicinitas torret. Deniqꝫ vim sideris pdit

hominū colo::est enī ibi iugis ęstus. Nā quicqd eius est· sub meridiano cardine est. Circa occiduū aūt montuosa est· harenosa in medio· ad orientalem ṽo plagā deserta· cuꝰ situs ab occiduo atlantis montis ad orientē vsq; in egypti fines porrigitur· a meridie oceano· a septētrione nilo flumine claudit· plurimas habens gentes· diuerso vultu ꝛ monstruosa specie horribiles. Ferarū quoq; ꝛ serpētiū referta ē multitudine. Illic ꝗppe rhinocerota bestia. ꝛ camelopardus· basiliscus· dracones ingentes: ex quorū cerebro gēmę extrahunt. Hiacynthꝰ ꝗ̄ꝫ ꝛ chrysopassus ibi repiunt. Cinnamomū ibi colligit. Duę sūt aūt ethiopię· vna circa solis ortū· altera circa occasum in mauritania. Extra tres autē partes orbis· quarta pars trans occanum interior est in meridie· quę solis ardore nobis incognita ē· in cuꝰ finibꝰ antipodas fabulose inhabitare ꝑdunt. Proxima autem hispanię mauritania ē· deinde numidia. inde regio carthaginensis· postq; getuliā accipimus· postea ethiopiam· inde loca exusta solis ardoribus. Sciendū sane ꝙ quędam ꝓuintię primum de noīe auctoris appellatę sunt· postea a ꝓuintia gentis nomen est factū. Nā ab italo italia. ꝛ rursꝰ ab italia italus ꝛ sic vtimur ipso noīe gentis quō fuit ipsū nomē auctoris. vnde deriuatū est nomen ꝓuintię. Ex ꝗ accidit ex vno homine noīari ꝛ ciuitatē ꝛ regionē ꝛ gentē. Prouintię aūt ex causa vocabulū acceperunt. Principatus nāq; gentiū· qui ad alios reges ptinebāt· cū in ius suū romani vincendo redigerent· ꝓcul positas regiones· ꝓuintias appellauerūt. Patria autē vocata ꝙ cōmunis sit omniū qui in ea nati sunt. Terrā aūt significari ut pręiximus elementū. terras ṽo singulas partes· ut africa· italia. Eadē ꝛ loca. Nā loca ꝛ terrę spacia in orbe terrarū multas in se continēt ꝓuintias· sicut in corpe locus est pars vna multa in se continens membra· sicut ꝛ domus multa in se continens cubicula· sic terrę ꝛ loca dicunt terrarū spacia· quorū ptes sunt ꝓuintię· sicut in asia phrygia· in gallia retia· ī hispania bethyca. Nā asia locus ē: ꝓuintia asię phrygia· troia regio phrygię· iliū ciuitas troię. Itē regiones partes sūt ꝓuintiarū· quas vulgus cōuentꝰ vocat· sicut ī phrygia troia sicut in galitia cantabria asturia. A rectoribꝰ aūt regio nūcupata est· cuꝰ ptes territoria sūt. Territoriū aūt vocatū· ꝗ̄si tauritoriū: tritū bobꝰ ꝛ aratro. Antiqui enī sulco ducto ꝛ possessionū ꝛ territoriorū limites designabant.

De insulis Cap. vi.

Insulę dictę ꝙ in salo sint· id est in mari. Ex his quęq; notissimę ꝛ maximę· quas plurimi veterū solerti studio indagauerunt· notādę sūt. Britannia oceani insula interfuso mari toto orbe diuisa· a vocabulo suę gentis cognominata. Hęc aduersa galliarū parte ad prospectū hispanię sita est. Circuitꝰ eius quadragies octies. lxxv. milia. multa ꝛ magna flumina in ea· fōtes calidi· metallorū larga ꝛ varia copia· gagates lapis ibi plurimus ꝛ margaritę. Thanatos insula oceani· freto gallico a britannia ē varia tenuis separata· frumentarijs cāpis ꝛ gleba vberi. Dicta aūt thanatos· a morte serpentiū· quos dū ipsa nesciat· asportata inde terra quoquo gentiū vecta sit· angues ilico pimit. Tile vltima insula oceani inter septētrionalē ꝛ occidentalē plagam vltra britanniā a sole nomen habens. quia in ea ęstiuū solsticiū sol facit. ꝛ nullus vltra eā dies est. vnde ꝛ pigrū ꝛ concretū ē eius mare. Orchades insulę oceani vltra britāniā positę numero. xxxiij. quarū. xx. desertę sūt. xiij. colunt. Scotia eadem ꝛ hibernia: ꝓxima britannię· insula spacio terrarū angustior: ꝫ situ fęcūdior. Hęc ab africo in boreā porrigit. Cuius ptes priores hiberiā ꝛ cantabricum occanum intendunt· vnde ꝛ hibernia dicta. Scotia aūt ꝙ ab scotorū gentibus colit appellata Illic nullus anguis· auis rara· apis nulla· adeo ut aduectos inde pulueres seu lapillos· si ꝗs alibi sparserit inter aluearia examina fauos deserant. Gades insula ī fine bethycę ꝓuintię sita· quę dirimit europā ab africa· ī qua herculis colūnę visunt. ꝛ vnde tyrrheni maris faucibꝰ oceani ęstus īmittit. Est aūt a continēti terra centū. xx. passibus diuisa quā tyrij a rubro mari ꝑfecti occupātes· in lingua sua gades· id est septā noīauerūt· ꝓ co ꝙ circūsepta sit mari. Nascit ī ea arbor similis palmę· cuꝰ gūmis īfectū vitrū ceraunīū gēmā reddit. Fortunatarū īsulę vocabulo suo significāt oīa ferre bona· ꝗ̄si fęlices ꝛ beatę fructuū vbertate. Sua enim apte natura preciosarū poma siluarū parturiūt. Fortuitis vitibus iuga collium vestiunt. Ad herbarū vicem messis ꝛ olus vulgo ē. Unde gentiliū error ꝛ sęculariū carmina poetarū ꝓpter soli fęcunditatē· easdē esse paradisum putauerūt. Sitę sunt aūt in oceano cōtra lęuā mauritanię occiduo ꝓximę ꝛ inter se interiecto mari discrete. Gorgodes insulę oceani obuersę ꝓmontorio· qō vocat hesperuceras· ꝗs incoluerūt gorgones fęminę· alitę pernicitate· hirsuto ꝛ aspero corpe. ꝛ ex his insulę cognominatę. Distant aūt a continēti terra bidui nauigatione. Hesperidum insulę vocatę a ciuitate hesperide quę fuit ī finibꝰ mauritanię. Sūt enī vltra gorgodes sitę sub atlanteū littus ī intimis maris finibꝰ· ī quarū hortis fingūt fabulę draconem puigilem aurea mala seruantē. Fert enī ibi esse maris ęstuariū adeo sinuosis lateribꝰ tortuosū ut visentibꝰ ꝓcul lapsos angueos imitet. Cryse ꝛ argire insulę in indico oceano sitę· adeo fęcūdę copia metallorū ut plęriq; eas aureā supficiē ꝛ argenteā habere ꝓdiderint· vnde ꝛ vocabula sortitę sunt. Taprobana insula indię subiacens ad eurū· ex quo oceanus indicus incipit· patens ī longitudine octingentisseptuagintaquinq; milibꝰ passuū· in latitudine sexcenta vigintiquinq; milia stadiorū· scindit amni interfluo· tota margaritis repleta ꝛ gēmis. Pars eius

bestijs ꝛ elephantis repleta est. parte vero hoīes te/
nent. In hac insula dicūt in vno anno duas esse
estates ꝛ duas hyemes ꝛ bis florib⁹ vernare locū
Tilos insula ē indie ferens oī tēpore folia. Huc/
usq₃ oceani insule. Itē insule que ab hellesponto
vsq₃ ad gades i mari magno constitute sūt. Cy/
prus insula a ciuitate cypro que i ea est nomē ac/
cepit. ipsa est ꝛ paphos veneri consecrata in car/
pathio mari vicina austro famosa quondā diui/
tijs ꝛ maxime eris. Ibi eni prima hui⁹ metalli in/
uentio ꝛ vtilitas fuit. Creta insula grecie pars est
ingens contra peloponnesum. Hec primū a tem/
perie celi macaroneson appellata est. deinde creta
dicta a crete quodam indigena quē aiūt vnū cre/
tarū fuisse a quib⁹ iupiter ibi absconditꝰ est ꝛ enu/
tritus. Est autem insula grecie inter ortū ꝛ occa/
sum longissimo tractu porrecta a septētrione gre/
cie estib⁹. ab austro egyptijs vndis perfusa. Fuit
aūt quondā centū vrbibus nobilis. vnde ꝛ heca/
tompolis dicta est. Prima etiam remis ꝛ sagittis
claruit. pma litteris iura finxit. equestres turmas
prima docuit. Studiū musicū ab ideis dactylis i
ea ceptū. capris copiosa. ceruis eget. lupos ꝛ vul/
pes. aliaq₃ ferarū noxia nusq₃ gignit. serpens ibi
null⁹. ꝛ noctua nulla. ꝛ si inueniatr statim emoritr.
Larga est autē vitib⁹ ꝛ arborib⁹. Dictamus her/
ba in creta nascitr ꝛ alimos que admorsa diurnā
famem phibet. Sphalongos aūt venenatos gi/
gnit. ꝛ lapidē qui ideus dactylus dicitr. Abydos
insula in europa sup hellespontū posita. angusto
ꝛ piculoso mari separata. ꝛ abydos grece dicta ꝙ
sit introit⁹ hellesponti maris. in quo xerxes pon/
tem ex nauibus fecit. ꝛ in greciam transijt. Coos
insula adiacēs puintie attice in qua hippocrates
medicus natus ē. que ut Uarro testis est arte la/
neficij prima in ornamento feminarum inclaruit.
Cyclades insule antiquitus grecie fuerunt. quas
inde cyclades autumāt dictas. ꝙ licꝫ spacijs lon/
gioribus a delo piecte in orbem. tn̄ circa delū site
sūt. Nam orbem κύκλον greci loquūtr. Quidā
vero nō ꝙ in orbem digeste sed pter scopulos qui
circa eandem sunt dictas putant cyclades. He in
hellesponto inter egeū ꝛ maleum mare constitute
circūdantr etiā pelago myrtoo. Sunt aūt omnes
numero. liij. tenentes a septentrione in meridiem
milia qningenta. ab oriente in occasū milia du/
centa. metropolis earū rhodus. Delos insula. in
medio cycladū sita. Et dicta delos fertur. ꝙ post
diluuiū qd ogigi tēporib⁹ notatr: cū orbē multis
mensibus continua nox iumbrasset. ante omnes
terras radijs solis illuminata est. sortitaq₃ ex eo
nomē. ꝙ prima manifestata sit visibus humanis
Nā Δῆλον greci manifestū dicunt. Ipsa est ꝛ
ortygia. eo ꝙ primū ibi vise sunt coturnices aues
quas greci ortygias vocāt. In hac insula latona
enixa est apollinē ꝛ dianā. Delos autē ꝛ ciuitas
dicitr ꝛ insula. Rhodos cycladū prima ab oriente
in qua rose capitoliū dicitr esse inuentū dū ibi ci/
uitas conderetr. ex quo ꝛ vrbs ꝛ insula rhodos est
appellata. In hac vrbe solis colossus fuit erectus.
lxx. cubitorꝫ altitudine. Fuerunt ꝛ alij. c. numero
in eadē insula colossi minores. Tenedos vna ex
cycladibus ad septētrionē sita: in qua olim ciui/
tas a tene quodam condita est. vnde nomē vrbis
illi⁹. uel potius insule fuit. Nam tenes iste infa/
matus ꝙ cum nouerca sua concubuisset. fugiens
in hanc insulā. vacuā cultoribus obtinuit. Unde
ꝛ tenedos insula dicta est. sic Cicero. Tenen ipsū
cui⁹ ex noīe tenedos nominatr. Carpathos vna ex
cycladibus a meridie posita contra egyptū. a qua
carpathiū mare appellatū est. vocata pter celerē
fructuū maturitatē. Est eni intr egyptū ꝛ rhodū.
Ex hac insula dicuntr ꝛ carpasie naues magne ꝛ
spaciose. Cyterea insula vna ex cycladibus a par/
te occidua sita. cui⁹ porphyris antea nomen fuit.
Cyterea aūt vocata. ꝙ ibi venus orta sit. Icaria
insula vna de cycladibus. que icareo mari nomē
dedit. Hec inter samū ꝛ myconiū pcurrentib⁹ sa/
xis inhospitalis est ꝛ nullis finibus portuosa. Di
citr autē icarū cretensem ibi naufragio interisse ꝛ
de exitu hominis impositū nomen loco. Naxos
insula a dionysio dicta. quasi dionaxon ꝙ fertili/
tate vitiū vincat ceteras. est aūt a delo. xviij. milia
passuū separata. ex qua olim iouis fertr aduersus
titanas fuisse pfectus. Melos ex numero cycla/
dum vna omniū insularum rotundissima. vnde ꝛ
nūcupata. Historia dicit ex iasone natū fuisse fi/
lomelū ꝛ plutū. ex filomelo pareantū genitū: qui
de suo nomine paron insulā ꝛ oppidū appellauit.
prius aūt minoia. deinde paros dicta. de q̄ Uir/
gilius: niueāq₃ paron. Gignit eni marmor cādi/
dissimū. qd pariū dicunt. Mittit ꝛ sardiū lapidē
marmorib⁹ quidē prestantiorē. ꝛ inter gēmas vi/
lissimū. Chios isula syra lingua appellatr. eo ꝙ ibi
mastix gignitur. Syri eni masticē chion vocant
Samo insula est i mari egeo. vbi nata ē iuno. ex
q̄ fuit sibylla samia. ꝛ pythagoras sami⁹ a q̄ phi/
losophie nomen inuentū ē. In hac insula reperta
prius fictilia vasa traduntur. vnde ꝛ vasa samia
appellata sūt. Sicilia a sicano rege sicania cogno/
minata est. deinde a siculo itali fratre sicilia. Pri⁹
aūt trinacria dicta pter tria acra. id ē pmonto/
ria: pelorꝫ. pachynū ꝛ lilybeū. Trinacria eni gre
cū est. qd latine triquadra dicitr. quasi in tres qua/
dras diuisa. Hec ab italia exiguo freto discreta.
africū mare pspectās. tris frugifera. auro abun/
dans. cauernis tn̄ ꝛ fistulis penetrabilis. ventisq₃
ꝛ sulphure plena. Unde ꝛ ibi ethne montis errant
incendia. in cui⁹ freto scylla ē ꝛ charybdis. quib⁹
nauigia aut absorbentr aut colliduntr. Fuit autē
quondā patria cyclopū. ꝛ postea nutrix tyrānorꝫ
frugū fertilis. ac primū terris omnib⁹ cōmissis se/
minib⁹ aratro pscissa: Principē vrbiū syracusas
habet. fontē arethusam. ꝛ alpheū fluuiū magno/
rū generatorē equorꝫ. In ea insula primū ē inuēta
comedia. Achaten lapidem ipsa primū ex achate

flumine edidit. Parturit ⁊ mare eiꝰ corallũ·gignit
⁊ sales agrigentinos in igne solubiles crepitãtes
in aquis. Omnis ambitus eiꝰ clauditꝰ stadiorum
triũ miliũ. Salustius aũt dicit italię coniunctã
fuisse siciliã·ſ; mediũ spaciũ impetu maris diuisũ
⁊ ꝑ angustiã scissum. Lapsũ insula stadijs.x.a si/
cilia remota iacens ⁊ planior·vnde ⁊ nũcupata.
de qua Uirgilius: Lapsũqꝫ iacentẽ. Eolię insulę
sicilię appellatę·ab eolo ipotę filio·quẽ poetę fin/
xerũt regẽ fuisse ventorũ. ſ; ut Uarro dicit·rector
fuit istarũ insularũ.⁊ qꝛ ex earũ nebulis ⁊ fumo fu/
turos pdicebat flatus ventorũ·ab impitis visus
est ventos sua potestate retinuisse. Eędẽ insulę ⁊
vulcanię vocantꝰ·ꝙ ⁊ ipsę sicut ętna ardeãt. Sũt
aũt nouẽ·habẽtes ꝓpria noĩa·quarũ primã liparꝰ
quidã liparẽ vocauit·qui eã ante eolũ rexit. Al/
tera hiera vocatꝰ·ꝙ sit collibꝰ eminẽtissimis.reli/
quę vo id ẽ strongyle·didyme·criphusa·phettias
phenicusa·euonymos·ericodes·phęcicodes·quę
qm̃ nocte ardẽt·eolię siue vulcanię dicũtꝰ. Ex his
quędã ab ĩitio nõ fuerũt·quędã postea mari editę
vsqꝫ nũc pmanent. Stoechades insulę massilien/
siũ.lx.miliũ spacio a continenti in fronte narbo/
nensis ꝓuintię qua rhodanꝰ fluuius in mare exit.
Dictę aũt gręce stoechades·q̃si operę ĩ ordinẽ sint
positę. Sardis hercule ꝓcreatus·cũ magna mul/
titudine a libya ꝓfectus sardiniã occupauit ⁊ ex
suo vocabulo insulę nomẽ dedit. Hęc ĩ africo ma/
ri facie vestigij hũani in oriente ꝙ ĩ occidente la/
tior ꝓminet·ferme paribꝰ lateribꝰ quę in meridiẽ
⁊ septẽtrionẽ vertũt·ex quo ante cõmertiũ a naui/
gãtibꝰ grecorũ ichnos appellata est. Terra patet ĩ
longitudine milia.cxl.ĩ latitudine.xl. In ea neqꝫ
serpens gignitꝰ·neqꝫ lupus·ſ; solifuga tm̃ animal
exiguũ hominibus pnitiosum. Uenenũ ꝙ̃ ibi nõ
nascitꝰ nisi herba p scriptores plurimos ⁊ poetas
memorata apiastro similis quę hominibꝰ rictus
contrahit.⁊ quasi ridentes interimit. Fontes ha
bet sardinia calidos infirmis medelã pbẽtes·fu
ribus cęcitatẽ·si sacramento dato oculos aquę eiꝰ
tetigerint. Corsicę insulę exordium incolę ligures
dederũt·appellãtes eã ex nomine ducis. Nã quę/
dam corsa noĩe ligus mulier·cum taurũ ex grege
quẽ ꝓpe littora regebat transnatare solitũ·atqꝫ p
interuallũ corpore aucto remeare videret·cupiens
scire incognita sibi pabula·taurũ a ceteris digre/
dientem vsqꝫ ad insulã nauigio ꝓsecuta est. Cuiꝰ
regressu insulę fertilitatẽ cognoscẽtes ligures ra/
tibus ibi ꝓfecti sũt eãqꝫ nomine mulieris auctoris
⁊ ducis appellauerunt. Hęc aũt insula gręce cyrne
dicitꝰ·a cyrno herculis filio habitata.de q̃. Uir/
gilius: cyrneas taxos. Diuiditꝰ aũt a sardinia.xx.
miliũ·freto cincta·ligustici ęquoris sinu ad ꝓspe/
ctum italię. Est aũt multis ꝓmontorijs angulosa
gignens lętissima pabula.⁊ lapidẽ quẽ cacociten
greci vocãt. Ebusus insula hispanię dicta ꝙ a co
mo non ꝓcul sit·q̃si ebocos. Nam.lxx.stadijs ab
ea distat. Cuiꝰ terrã serpẽtes fugiũt. Huic cõtra/
ria ẽ colubraria·quę referta ẽ anguibꝰ. Baleares
ĩsulę hispanię duę sũt: aphrosiades.⁊ gymnesidę
maior ⁊ minor. Unde ⁊ eas vulgus maioricam ⁊
minoricã nũcupant. In his primũ insulis inuẽta
est fũda q̃ lapides emittũtꝰ·vnde ⁊ baleares dictę.
Βάλλειν eni gręce emittẽ dicitꝰ.vñ ⁊ balista·q̃si
missa.⁊ fũdibulũ. Uirgiliꝰ Balearis verbera fũdę.

De ꝓmontorijs Cap.vii.

Omminune est insulis ut ꝓmineant. Inde
⁊ loca earũ ꝓmontoria dicuntꝰ·sic Salu/
stius de sardinia. In oriente latior ꝓmi/
net ꝙ in occidente. Sigeum ꝓmontoriũ asię vbi
hellespontus apertꝰ dilatatꝰ. Dictũ aũt sigeũ ꝓpter
herculis taciturnitatẽ·qꝛ ꝓhibitꝰ hospitio a lao/
medonte troianorũ rege·simulauit abscessũ ⁊ in/
de cõtra troiã cũ silentio venit·quod dicitꝰ σιγη
Maleũ ꝓmontoriũ gręcię qđ intrat mare ⁊ p mi
lia quinquaginta ꝓtenditꝰ vbi vnda ita sęua est·ut
ꝓsequi nauigantes videatꝰ. Hoc autẽ ꝓmontoriũ
a maleo rege argiuorũ nomen accepit. Pelorũ pro/
montoriũ sicilię respiciẽs aquilonem·ſm Salu/
stiũ dictũ a gubernatore hãnibalis illic sepulto.
Pachynũ ꝓmontoriũ sicilię austrũ spectans·ab
aeris crassitudine dictũ. Nam παχύς est pin/
guis ⁊ crassus. Austro eni perflatꝰ. Lilybęũ pro/
montoriũ sicilię·solis occasũ intendẽs·vocatũ ab
eiusdẽ noĩs ciuitate·quę ibi est sita. Borion pro/
montoriũ numidię·vocatũ ita ꝙ aquilonẽ inten/
dat. Hoc ipponeregiũ postea dictum pro eo ꝙ sit
ęquore interruptũ. Calpis hispanię ꝓmontoriũ.

De mõtibꝰ cęterisqꝫ terrę vocabulis Cap.viii.

Montes sũt tumores terrarũ altissimi di/
cti ꝙ sint eminẽtes. Quidã aũt ꝓprijs ex
causis vocati sũt·ex quibꝰ notandi sunt q̃
opinione maximi celebrantꝰ. Mons caucasus·ab
india vsqꝫ ad taurũ porrectus ꝓ gentiũ ⁊ linguarũ
varietate quoq̃ versũ vadit·diuersis noibꝰ nun/
cupatꝰ. Ubi aũt ad orientẽ in excelsiorẽ consurgit
sublimitatẽ·ꝓpter nimiũ candorẽ caucasus nũcu/
patꝰ. Nã orientali lingua caucasũ significat can/
didũ·id est niuibꝰ densissimis candicantẽ. Unde
⁊ cũ scythę q̃ eidẽ monti iũguntꝰ croacasim voca/
uerũt. Casim eni apud eos candor siue nix dicitur
Mons taurꝰ a plerisqꝫ idẽ vocatꝰ q̃ ⁊ caucasꝰ. Li/
banus mons phenicũ altissimꝰ·cuius meminerũt
ꝓphetę·dictꝰ a thure·qꝛ ibi colligitꝰ. Cuiꝰ ea ps quę
est sup eum ad orientalẽ plagã respiciẽs·antilibanꝰ
appellatꝰ·id ẽ ꝯtra libanũ. Ararath mõs armenię
ĩ q̃ archã historię pꝰ diluuiũ resedisse testatꝰ. Uñ ⁊
vsqꝫ hodie ibidẽ lignorũ eiꝰ videtꝰ vestigia. Acro/
ceraunij montes ꝓpter altitudinẽ ⁊ fulminũ iactꝰ
vocati sũt. Gręce eni fulmẽ ceraunios dicitꝰ. Sũt
aũt inter armeniã ⁊ hiberiam incipientes a portis
caspijs vsqꝫ ad fontẽ tigridis fluuij. Hyperborei
mõtes scythię dicti ꝙ supra id ẽ vltra eos flat bo/
reas. Riphei mõtes ĩ capite germanię sũt a ppe/
tuo ventorũ flatu noĩati. Nã ῥιφή grece impetꝰ
⁊ ὁρμή dicitꝰ. Olympus mons
macedonię: nimiũ precelsꝰ·ita ut sb illo nubes eẽ
dicantꝰ. De q̃ Uirgiliꝰ: Nubes excessit olympus.

Dictus autē olympus quasi ololampus·id est q̄si cęlum. Hic mons macedoniā diuidit a thracia. Athos mons macedonię. et ipse altior nubibus· tātoqz sublimis ut ī lemnū vmbra eius ptēdat·quę ab eo.lxxvi.milibus separatur. Parnasius mons est thessalię·iuxta boetiā·qui gemino vertice est erectus in cęlum. Hic in duo finditur iuga cirrha et nysa.vnde et nūcupatus·eo q̄ ī singulis iugis colebantur appollo et liber. Hęc iuga a duobus fratribus citheron et helicon appellātur. Nā helicon dictus ab helicone fratre citheronis. Itē ceraunii sūt mōtes epiri·a crebris dicti fulminibus. Gręce enī fulmen ceraunos dicitur. Apeninus mons appellatus·q̄si alpes pęnice·q: hanibal veniēs ad italiā easdem alpes aperuit.vnde et Uirgilius: Alpes imittit aptas. Has enī hanibal·post bella hispanię aceto rupit. Juuenalis: Et montem rupit aceto. Et inde loca ipsa quę rupit·apęninę alpes vocantur. Mons ętna ex igne et sulphure dictus·vnde et gehenna. Constat aūt hunc ab ea parte qua eurus et africus flat habere speluncas plenas sulphuris· et vsqz ad mare deductas·quę spelūcę recipiētes in se fluctus ventū creant·qui agitatus ignē gignit ex sulphure·vnde fit qđ videtur incendiū. Pyrrheneus et ipse a crebris fulminū ignibus nuncupatus. Gręce enī ignis pyro vocatur. Iste est qui inter galliam atqz hispaniā·quasi de industria munimentū interiacet. Soluri⁹ a singularitate dicitur·q̄ omnibus hispanię mōtibus solus altior videatur·siue q̄ oriēte sole ante radios eius in eo q̄ ipse cernatur. Calpes mons in vltimis finibus oceani·qui dirimit europam ab africa·quē atlantis finē esse dicūt·de quo Lucanus. Hesperiā calpē sūmūqz impleuit atlantem. Atlas pmethei frater fuit et rex africę·a quo astrologię artem pmū dicūt excogitatā. Ideoqz dictus est sustinuisse cęlū. Ob eruditionē igitur eius disciplinę et scientiā cęli nomen eius in montem africę deriuatū est·qui nūc atlas cognominatur qui pter altitudinē suā quasi cęli machinā·atqz astra sustentare videtur. Alpes autē pprie montes gallię sunt. De quibus Uirgilius. Aereas alpes. Et dicendo aereas·verbū expressit a verbo. Nā gallorum lingua alpes·mōtes alti vocantur. Hęc sūt enī quę italię murorum exhibēt vicē. Colles sūt preeminentiora iuga montiū q̄si colla. Juga autē montiū ex eo appellata sūt·q̄ ppinq̄tate sui iūgantur. Tumulus est mons breuis·quasi tumēs tellus. Itē tumulus·terra congesta·vbi nulla memoria ē. Ualles sunt humilia loca·quasi vulsa. Hinc et conualles depressa loca terrarum inter montes. Campus est terrarum planities. Dictus autē campus q̄ breuis sit pedibus nec erectus ut montes·ſ3 patens et spacio suo porrectus et iacens.vnde et gręce pedion dicitur. Sumpsit aūt nomen ex gręca etymologia. Cami enī gręce breue dicitur. Solum est omne qđ sustinet·a soliditate dictū scilicet·vnde et de mari Uirgilius ait. Subtrahiturqz solū. Saltus sunt vasta et siluestria loca vbi arbores exiliūt in altū. Fauces sunt angustorū locorum aditus inter arduos montes·loca angusta et breuia·dicta a fauciū similitudine·q̄si foces. Confrages loca in quę vndiqz venti currunt·ac sese frangunt.ut Neuius ait: In montes vbi venti frangebāt locū. Scabra sūt loca situ aspera·vnde et scabies dicitur a corporis asperitate. Lustra obscura latibula ferarū et luporum cubilia sunt·vnde et lupanaria lustra dicuntur p contrarium videlicz·quia parū illustrantur. Lucus est locus densis arboribus septus·solo lucē detrahens. Potest et a collucendo crebris luminibus dici·quę ibi pter religionē gentiliū cultūqz fiebant. Deserta vocata·quia nō seruntur. et ideo q̄si deseruntur.ut sunt loca siluarū et montiū·contraria vberrimarum terrarum·quę sunt vberrimę glebę. Deuia sunt loca secreta et abdita·q̄si extra viā. Ipsa sunt et inuia. Inde et auiaria secreta loca et a via remota·aut tm̄ adibilia auibus. Unde est illud: Inculta rubēt auiaria bacis. Amęna loca Uarro dicta ait·eo q̄ solum amorem prestent. et ad se amanda alliciāt. Uerius Flaccus q̄ sine munere sint·nec quicq̄ his officia·quasi amunia hoc ē sine fructu·vnde nullus fructus exoluitur. Inde etiā nihil prestātes imunes vocantur. Aprica loca·quę sole gaudent·q̄si ἀνευφρίκης.id ē sine frigore·siue q̄ sint aperto cęlo. Opaca vero loca·q̄si operta·cęlo aprico contraria. Lubricū dici constat locum·ab eo q̄ ibi quis labitur. et lubricum dicitur·non qđ labitur·ſ3 in quo labitur. Ęstiua sunt loca vmbrosa·quibus p ęstatem vitant pecora solis ardorem. Statius: Et vmbrosi patuere ęstiua licęi. Naualia sūt loca vbi naues fabricantur. Hoc et textrinum vocatur. Statio est vbi ad tempus stāt naues Portus vbi hyemāt. Importunū autem in quo nullum est refugiū·quasi nullus portus. Portus aūt locus est ab accessu ventorū remotus·vbi hiberna opponere solēt. Et portus dictus a deportandis cōmertiis. Hūc veteres a baiulādis mercibus baias vocabāt·illa declinatione a baia baias·ut a familia familias. Littus est terra aquę et mari vicina. Et dictum littus q: fluctu eliditur·uel q̄ aqua alluitur. Cicero in topicis: Littus ē aqua qua fluctus eludit. Circūluuium locus quē aqua circūluit. Alluuiū consumptio riparū ex aquis. Margo est pars cuiuslibet loci: utputa maris· vnde et nomen accepit. Maritima quasi maris intima. Ostia ab ingressu et exitu fluminis dicta i mari. Continēs ppetua terra nec vllo mari discreta·quē gręci pyron vocant.

De inferioribus terrę Cap.ix.

Specus est fossa sub terra qua prospici potest. Spelea gręce·spelunca latine. Spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus·quem gręci paronia appellāt·uel acherontea. Etiā Uarro spiraculū dicit huiuscemodi locum. et spiracula ex eo dicuntur loca·qua terra spiritum edit. Hiatus preruptio terrę pfunda·q̄si hitus. Proprie aūt hiatus ē hominis oris apertio

translata a feris·quarum auiditas oris adapertione monstratur. Profundum proprie quasi cuius porro sit fundus. Abusiue aūt profundum uel sursum uel deorsum dicitur·ut mare ac terra celūq3 profundum. Baratrū nimie altitudinis nomē ē.7 dictū baratrū q̄si vorago atra·scilicet a profūditate. Herebus inferorum profunditas·atq3 recessus. Styx ἀπὸ τῆς στυγός .id est a tristicia dicta·eo q3 tristes faciat·uel q3 tristiciam gignat. Cocytus locus inferi·de quo Job ita loquitur: dulcis fuit glareis cocyti. Cocytus aūt nomē accepit greca interpretatione·a luctu 7 gemitu. Tartarus uel quia illic omnia turbata sunt. ἀπὸ τοῦ ταράττειν .uel quod verius est. ἀπὸ τῆς τρήσεως .id est a tremore frigoris quod ē algere 7 rigere scilicet·q3 luce soleq3 caret. Nā neq3 illic vapores sūt·q̄ ex solis luce gignunt̄·neq3 flat⁹·q̄ eiusdē motib⁹ incitant̄·s3 ppetuus stupor. Tartarizein eñi horrere 7 tremere apud grecos legit̄. Illic erit fletus 7 stridor dentiū. Gehenna est locus ignis 7 sulphuris quē putāt ita noīatū a valle idolis cōsecrata·que est iuxta murū irl'm·repleta olim cadauerib⁹ mortuorum. Ibi eñi hebrei filios suos imolabāt demonibus.7 appellabat̄ locus ipse gehennon. Futuri ergo supplicij locus vbi peccatores cruciandi sunt hui⁹ loci vocabulo designat̄. Duplicē aūt esse gehennā 7 ignis 7 frigoris in Job legim⁹. Infernus appellat̄·eo q3 infra sit. Sicut aūt f̄m corp⁹ si ponderis sui ordinē teneāt inferiora sūt oīa grauiora·ita f̄m spiritū inferiora sūt oīa tristiora·vnde 7 in greca lingua origo noīs quo appellat̄ infernus ex eo q3 nihil suaue ab eo resonare phibet̄. sicut aūt cordialis in medio eius est·ita 7 infernus in medio terre esse phibet̄. Unde 7 in euangelio legimus: in corde terre. Ubi aūt dicūt q3 inferi pro eo dicant̄·q3 anime hinc ibi inferantur.

Incipit liber quintusdecimus De ciuitatibus Cap. i.

De auctoribus conditarum vrbium plerūq3 dissensio īuenitur·adeo ut nec vrbis quidē rome origo diligent̄ possit agnosci Nā Salusti⁹ dicit. Urbē romā sicuti ego accepi cōdidere atq3 habitauere ī initio troiani 7 cum his aborigines. Alij dicūt ab Euandro f̄m qd' Uirgili⁹. Tūc rex euandrus romane conditor arcis. Alij a romulo·ut Enni⁹. hui⁹ nate auspicijs illa inclyta roma. Si igit̄ tante ciuitatis certa ratio nō apparet·nō mirū si in aliarum opinione dubitat̄. Unde nec historicos·nec cōmentatores varia dicentes·impitie condemnare debemus·q3 antiquitas ipsa creauit errorē. Sane quasdā de quib⁹ aut sancte scripture aut historie gentiū certā originem referūt·paucis admonum verbis retexere oportet. Primus ante diluuiū cham ciuitatē enoch ex nomine filij sui in india condidit·quam vrbem sola multitudine sue posteritatis impleuit. Primus post diluuiū nemroth gigas babylonē vrbem mesopotamie fundauit. hanc semiramis regina assyriorum ampliauit·murūq3 vrbis bitumine 7 cocto latere fecit. Uocabulū autem sumpsit a confusione·eo q3 ibi confuse sint atq3 pmixte lingue edificantium turrim. Huius turris altitudo quinq3 miliū centum septuagintaquattuor passuum fuit. Judei asserunt sem filium noe quem dicunt melchisedech primū post diluuium in syria condidisse vrbem salem·in qua regnū fuit eiusdē melchisedech. Hāc postea tenuerūt iebusei·ex quib⁹ 7 sortita ē vocabulū iebus·sicq3 duob⁹ noībus copulatis·iebus 7 salē: vocata est hierusalē·que postea a salomone hierosolyma·q̄si hierosalomonia dicta ē. Hec 7 corrupte a poetis solyma nuncupata est.7 postea ab helio adriano helia vocitata est. In ipsa est 7 syon·que hebraice speculatio interpretat̄·eo q3 in sublimi constructa sit.7 de longe venientia contempletur. Irl'm autē pacifica in nostro sermone transfert̄. Oppida aūt nobilia·qui uel que cōstituerūt. Dionysius qui 7 liber pater: cū indiā victor pambulasset·nysam vrbem ex suo noīe iuxta indū fluuiū condidit 7.l.milib⁹ hoīum impleuit. Medus aūt egei filius mediā construxit·vnde 7 regio eius·medie nomen sortita ē. Parsinopolim vrbem caput psici regni perseus adae fili⁹ condidit·famosissimam confertissimāq3 opibus·a quo 7 psida dicta est. Ctesifontem q̄3 parthi apud parthiā condiderūt·in emulationem babylonie vrbis. Susis oppidū psidę aiūt memnonis fratrē constituisse. Dictū aūt susis·q3 iminceat suse fluuio Ibi ē regia cyri·lapide candido 7 vario·cū columnis aureis.7 lacunaribus gēmisq3 distincta·continēs etiā simulacrum celi·stellis micantibus presignatū.7 cetera humanis mentib⁹ incredibilia. Bactrum oppidum bactriani condiderunt ex proprio amne eū cognominantes qui bactrus vocatur. Carra ciuitas mesopotamie·trans edissam conditā a parthis·vbi quondā romanus ē cesus exercitus 7 crassus dux captus. Edissam vrbem mesopotamie condidit nemroth fili⁹ chus postq̄3 de babylone migrauit·in q̄ 7 regnauit·que ante arec cognominata est. Ipse 7 construxit 7 calāne que postea verso nomine·a seleuco rege dicta ē seleucia. Philadelphiā vrbem arabie·condidit raphaim gens antiquissima·quā īu terfecerunt filij loth. Seleucus vn⁹ ex pueris alexandri post mortem eiusdē alexandri occupato regno orientis vrbem in syria condidit·eāq3 ex antiochi patris sui noīe antiochiā nūcupauit.7 syrie caput instituit. Ipse q̄3 laodiciā 7 seleuciā·ipse apamiā 7 edissam vrbes cōstruxit. Damasc⁹ vrbs syrie cōdita 7 nūcupata a damasco dispēsatoris abrahe filio. Hec antea in omni syria tenuit principatū. Necdum

eni florebant ibi antiochia·laodicia ⁊ apamia·
q̃s vrbes p⁹ alexandrũ cõstructas esse cognoscim⁹
Hic est damascus quẽ abraham futurũ sibi here/
dem dixerat·antequã esset illi ꝓmissus ysaac. Gazã
oppidũ palestinę cõdiderũt euei in qua habitaue/
rũt cappadoces pristinis cultorib⁹ interfectis. Uo
cata aũt gaza eo ꝙ ibi cambyses rex ꝑsaꝝ thesau/
ros suos posuit·cũ bellũ ęgyptijs intulisset. Per/
sarũ eni lingua thesaurum gaza noiat̃. Philistim
vrbẽ condiderũt allophili. ipsa est ascalon·de qua
supius memorauim⁹·nũcupata ex noie cesloim qui
fuit nepos cham. ⁊ filius mesraim. Dor vrbs fuit
quondã potentissima ⁊ versa vice stratonis tur/
ris·postea ab herode rege iudeę in honorẽ cęsa/
ris augusti cęsarea nũcupata. In qua cornelij do/
mus·xpi est ecclesia. ⁊ philippi edicule. ⁊ cubiculũ
quattuor virginũ ꝓphetarum. Joppe oppidũ pa/
lestinę maritimũ ijdem palestini edificauerũt·vbi
saxũ ostendit̃·qđ vinculoꝝ andromadę adhuc ve/
stigia retinet·cui⁹ belue forma eminẽtior elephan
tis fuit. Hiericho a iebuseis cõdita tradit̃·a qui/
bus ⁊ nomẽ traxisse ꝑhibet̃. hanc subuertit iesus·
post quam instruxit aliã oꝑam de bethel ex tribu
effraim. Sȝ ⁊ hęc eo tꝑe q̃ irlm oppugnabat̃ a ro/
manis ꝓpter ꝑfidiã ciuiũ capta atqȝ destructa est·
post quam tertia edificata ẽ vrbs quę vsqȝ hodie
ꝑmanet. Sichem samarię vrbẽ quę latine ⁊ grece
sichima vocat̃·ędificauit emor·appellauitqȝ eam
noie sichem filij sui. Ipsa est nũc neapolis ciui/
tas samaritanoꝝ. Bethel vrbẽ samarię condide/
rũt iebusei·quę prius vocabat̃ luza·ꝗ postꝙ dor/
miens ibi iacob vidit scalã innitentẽ cęlo ⁊ dixit:
vere hic dom⁹ dei est ⁊ porta celi; hac ex causa lo/
cus nomẽ accepit bethel·id est dom⁹ dei. Qñ autẽ
ibi ab hieroboam vituli aurei fabricati sũt·voca/
ta ẽ bethauen·id ẽ dom⁹ idoli·quę antea vocabat̃
dom⁹ dei. Bethleem iuda ciuitas dauid quę mũ/
di genuit saluatorẽ·a iebuseis condita fert̃. ⁊ vo/
cata primũ effrata. qñ aũt ibi iacob pecora sua pa
uit·eidẽ loco bethleem nomẽ quodã vaticinio fu/
turi imposuit·qđ domus panis interpretat̃·ꝓpter
eum panẽ qui ibi de cęlo descẽdit. Ebron ciuitas
iudeę quę quondã vocabat̃ arbe condita est a gi/
gãtib⁹ ante septẽ ãnos ꝙ ab eis thanis vrbs ęgy/
pti conderet̃. Ipsa ẽ arbe·a numero ita vocata ꝙ
ibi tres patriarche sepulti sunt. ⁊ quartus adam.
Ipsa ẽ ⁊ mambre vocata·ex vno amico abrahę.
Samariã a q̃ oĩs regio quę circa eã fuit nomẽ ac/
cepit·sennacherib rex assirioꝝ construxit. voca/
uitqȝ samariã·id est custodiã·q: qñ isrl̃ transtulit
medos ibi custodes constituit. Hanc obsidione
captã antiochus solo coęquauit. Quã postea he/
rodes a fundamẽtis instaurãs· i honorẽ augusti
augustã·id est sebastiã greco ꝓmone vocauit. Ibi
sepulti sunt helise⁹ ⁊ abdias ꝓphetę. ⁊ quo maior
int̃ natos mulierũ nõ fuit baptista iohes. Tibe/
riadẽ ṽo herodes ali⁹ in iudea in noie tiberij cę/
saris cõdidit. Tyrus vrbs phenicũ cõdita a phę/
nicib⁹ fuit. Hęc est ciuitas ex qua aurũ regi salo/
moni deferebat̃·in qua optima purpura tingitur
Unde ⁊ tyria dicit̃ nobilis purpura. Phenices
a rubro ꝓfecti mare·sidonẽ vrbem opulentissimã
cõdiderũt·quã a pisciũ copia sidon appellauerũt.
Nã piscẽ phenices sidon vocãt. Ipsi etiã tyrũ in
syria·ipsi vticã in africa·ipponem·leptim aliasqȝ
vrbes ĩ ora maritima condiderũt. Ipsi thebas in
boetia duce cadmo·ipsi postremo ĩ vltima orbis
tendẽtes vrbẽ in oceano condiderũt·eãqȝ lingua
sua gades noiauerũt. Nã mos erat ãtiquę phę/
nicũ gentis· multis simul mercãdi causa a domo
ꝓficisci. ⁊ cũ incolarũ animos cõmertio rerũ his
ante incognitaꝝ sibi conciliassent·loca quę cõden
dis vrbib⁹ idonea videbãt̃ cape. Ex his ꝓfecta ⁊
dido ĩ litt⁹ africę·vrbẽ cõdidit. ⁊ carthadã noia/
uit·quod phęnicea lingua exꝑmit·ciuitatẽ nouã
mox sermõe verso carthago ẽ dicta. hãc scipio de/
leuit. Quę aũt nũc ẽ·postea a romanis ẽ cõdita.
Carthago autẽ antea byrsa·postea tyrus dicta
est·deinde carthago. Memphin ciuitatẽ ęgypti
edificauit epaph⁹ iouis fili⁹·cũ in secunda ęgypto
regnaret. Hęc ẽ vrbs in qua charta nascitur·vbi
etiã optimi mathematici fuerũt. Nã hãc vrbem
magicis artibus deditã pristini vsqȝ ad presens
temp⁹ vestigia erroris ostendũt. Thanis metro/
polis ęgypti·vbi pharao fuit. ⁊ moyses cũcta si/
gna fecit·quę in exodo scribunt̃. Hanc cõstruxisse
ꝑhibent̃ titanes·id ẽ gigantes ⁊ ex suo noie nũ/
cupauerũt. Eliopolis vrbs ęgypti·quę latine in/
terpretat̃·solis ciuitas·sicut. lxx. interpres arbi/
trant̃. Edificata ẽ aũt a filijs isrl̃ in q̃ phutifares
sacerdos fuit·cui⁹ meminit ezechiel. Urbẽ alexan/
driã condidit alexander magn⁹·cui⁹ ⁊ nomẽ deti/
net. Hanc eni idem in terminis regionis africę ⁊
ęgypti cõstituit. ⁊ caput esse regionis ęgypti ius/
sit. Interiacet aũt int̃ ęgyptũ ⁊ mare·quasi clau/
strũ importuosa. Hęc est vrbs ęgypti·postea ver/
sa in alexandriam. Thebas ęgyptias condidit
cadmus·quę inter ęgyptias vrbes numero por/
tarũ nobiliores habent̃·ad quas cõmercia ara/
bes vndiqȝ subuehũt. Hinc regio ęgypti thebai/
ca dicta est. Thebe autẽ ⁊ boetię sunt ⁊ ęgyptię:
vno tñ auctore sũt cõditę. Ptolomais ⁊ beronice
a regibus ęgyptijs nominatę a quib⁹ ⁊ ędificatę
fuerũt. Cęsareã cappadocię philippus in honorẽ
cęsaris ędificauit. Tarsum cilicię danaes proles
perseus ędificauit·de q̃ ciuitate fuit Paulus apo/
stolus. Natus inquit tarso cilicię. Quidam etiã
locus indię tarsus vocat̃. Seleuciã isaurię con/
didit seleucus·qui ⁊ antiochiã. Ilus aũt apolli/
nis filius·in phrygia iliũ condidit. Amazones
ephesũ in asia construxerũt. Theseus ṽo smyrnã
ꝯstruxit·quę homero poetę patria extitit. ⁊ smyr
na vocata·ꝙ ei⁹ campos hermus fluui⁹ secat. Dio/
scoriã colchorũ vrbẽ amphitus ⁊ circius aurigę
castoris ⁊ pollucis fabricauerũt. ex eoꝝ noie eam
cognominãtes. Nã castor ⁊ pollux grece dioscori

appellant. Nicomedia a nicomedo rege bithynię edificata ē. Bithynia condita a phęnice que pmū mirandina vocabat. Constantinopolim vrbem thracie constantinus ex noīe suo instituit solam romę meritis ꝛ potentia adequatā. Hāc conditā pmū a pausania rege spartanoꝝ ꝛ vocatā bizantiū: uel qḋ tantū pateat int̄ adriaticū mare ꝛ propontidē: uel ꝙ sit receptaculū terrę marisq̄ copijs Unde ꝛ eā constantin⁹ aptissimā condere iudicauit: ut receptaculū sibi terra mariq̄ fieret. Unde ꝛ nūc romani imperij sedes ꝛ toti⁹ caput est orientis: sicut ꝛ roma occidentis. Epirus ciuitas thracię condita ē a pyrrho ꝛ cognoiata. Athenas in hellade cecrops condidit ꝛ ex suo noīe cecropiam nominauit. Hanc anfiction qui in grecia tertius post cecropē regnauit: mineruę sacrauit. ꝛ nomen ciuitati athenas dedit. Nā minerua grece athenas dicit: vnde ꝛ mineruā greci inuentricē multaꝝ artiū asserūt: q: ꝛ litterę ꝛ artes diuersoꝝ studioꝝ ꝛ ipsa phia: veluti templū athenas habuerūt. Corinthū ī achaia condidit corinth⁹ orestis filius. Hāc greci corintheā vocant: hoc est administrationē reipublicę. Thebas boetię cadm⁹ veniens a phęnicib⁹ cōdidit: thebis ęgyptijs pri⁹ ab eo constructis. Mycenas lacedęmonia condita a lacedęmone semele filio. Sparta a sparto filio foronei vocata: qui fuit fili⁹ inachi. Ipsam autē esse spartā: quā ꝛ lacedęmoniā ciuitatē: atq̄ inde lacedemonios spartanos dici. Achaia ab acheo constructa. Pelops q̄ apud argos regnauit peloponnesum vrbē condidit. Cecrops in insula rhodo rhodū ędificauit. Carpat⁹ coum. Acos tiphonis filius paphū. Angeus licurgi fili⁹ samū. Dardanus aūt condidit dardaniā. Thessalonicā thessalus greci filius ędificauit: in qua etiam regnauit. Brundusiū cōstruxerūt greci. Brundusiū aūt dictū grece ꝙ brunda caput cerui dicat: sic est enim ut ꝛ cornua videant. ꝛ caput ꝛ lingua in positiōe ipsius ciuitatis. In italia aūt a iano ianiculum: a saturno saturnia: atq̄ latiū conditū eo ꝙ ibi fugiens latuisset cognominatū. Ab hercule in campania pompeiam qui victor ex hispania pompā boum duxerat. Ęneas aūt post excidium troię: in eandē italiā veniens: ab vxoris noīe lauiniā cōdidit. Ascani⁹ ꝟo relicto lauinię nouercę suę regno albā longā edificauit. Alba aūt vocata ꝓpt̄ colorē suis: longa q: longū oppidū est: iuxta ꝓlixitatem collis in quo positū est. Ex hac etiam vrbe reges albanoꝝ appellari cęperūt. Capuā capis silui⁹ rex albanoꝝ cōstruxit appellata noīe conditoris: licet sint qui dicant a capacitate eā capuā dictā: ꝙ ei⁹ terra omnē vitę fructum capiat. alij a locis campestrib⁹ in quibus sita est. Est aūt caput vrbium campanię inter tres maximas romam carthaginēq̄ numerata: ex qua ꝛ ꝓuintia italię campania dicta est. Romulus cū interfecto apud albā amulio: auū munitorē in regnū restituisset: in eū locū vbi nūc roma est deuenit: ibiq̄ sedes posuit: mę nia construxit: vrbēq̄ ex nomine suo romā vocauit. Hanc aūt antea euander dicit cōdidisse: ut est illud: Tūc pater euandrus romanę conditor arcis. Ancus marcus ex filia numę pompilij nat⁹ hic vrbem in exitu tyberis condidit: quę ꝛ pegrinas merces exciperet. ꝛ hostem moraret: quā ab ipso situ hostiā appellauit. Galli quidā intestina discordia ꝛ assiduis dissensionib⁹ suoꝝ pmoti sedes nouas querētes italiam ꝓfecti sunt: sedibusq̄ ꝓprijs tuscis expulsis: mediolanū atq̄ alias vrbes condiderūt. Uocatū autē mediolanū ab eo ꝙ ibi sus medio lanea ꝓhibet inuēta. Histotijs placet a mesapo greco: mesapię datā originē: versa postmodū in nomē calabrię quam in exordio enotri frater peuceci⁹ peuceciā noiauerat. Manto tiresie filia p⁹ interitū thebanoꝝ dicit delata in italiam mantuam condidisse. Est autem in venetia: quę gallia cisalpina dicit. Et dicta mantua ꝙ manes tueat. Partenopia a partenope virgine quadam illic sepulta appellata: quod oppidum postea augustus neapolim esse maluit. A ꝓmontorio leucaten: in q̄ actis apollinis templū fuit: bellū augustus contra antoniū gessit. Quo victo vrbē in actiaco sinu condidit: quam a victoria nicopolim appellauit. Palantus parthenioꝝ dux: partheniōs cōstituit. Taras neptuni fili⁹ fuit: a quo tarentū ciuitas ꝛ condita ꝛ appellata est. Cū cyrus maritimas vrbes gręcię occuparet. ꝛ focenses ab eo expugnati oibus angustijs premerent: iurauerunt ut ꝓfugerent ꝙ longissime ab impio psarū vbi nec nomē quidē eoꝝ audirēt: atq̄ ita in vltimos gallię sinus nauib⁹ ꝓfecti armisq̄ se aduersus gallicā feritatē tuentes: massyliā cōdiderūt. ꝛ ex noīe ducis nūcuparūt. Hos Uarro trilingues dicit: ꝙ ꝛ grece loquant ꝛ latine ꝛ gallice. Narbonā ꝛ arelatū. ꝛ pictauis coloni ꝓprij condiderūt. Burdegalim appellatū ferūt: ꝙ burgos gallos primū colonos habuerit quib⁹ antea cultoribus adimpleta ē. Terraconā ī hispania scipiones cōstruxerūt: ideo caput est terraconensis ꝓuīntię. Cęsaraugusta terraconēsis hispanię oppidū a cęsareaugusto. ꝛ sitū ꝛ noiatū: loci amęnitate ꝛ delitijs prestanti⁹ ciuitatib⁹ hispanię cūctis atq̄ illustrius florēs sanctoꝝ martyrū sepulturis. Afri sub hānibale maritima hispanię occupātes: carthaginē spartariā cōstruxerūt: quę mox a romanis capta ꝛ colonia facta: nomē etiā ꝓuintię dedit. Nūc aūt a gotthis subuersa atq̄ ī desolationē redacta ē. Saguntū greci ex insula cacyntho ꝓfecti in hispaniā condiderūt: quā afri postea bello impetitā deleuerūt. Emeritā cęsar august⁹ ędificauit: post quā lusitaniā. ꝛ quasdā oceani insulas cepit: dans ei nomē ab eo ꝙ ibi milites veteranos cōstituisset. Nā emeriti dicūt veterani: solutiq̄ militia. Ulyxbona ab vlyxe est condita ꝛ nūcupata: quo loco sicut historiographi dicūt cęlum a terra ꝛ maria disiūgunt a terris. Hispalim cęsar iulius cōdidit: quā ex suo noīe ꝛ romę vrbis

vocabulo iuliā romulā nūcupauit. Hispalis aūt a situ cognominata ē. eo ꝙ i solo palustri suffixis ꝓfundo palis locata sit. ne lubrico atq̄ instabili fundamento caderet. Gades oppidū a penis cōditum. qui etiam ⁊ carthaginem spartariam condiderunt. Septē oppidū a montibus. vij. q: similitudine frēs vocati. gaditano iminēt freto. Tingis ciuitatis ⁊ lixis ciuitatis anteus auctor ē. quē hercules ferť lucte certamine supatū interfecisse. Lix autē a lixo flumine mauritanię nuncupata. vbi antea regia fuit. ⁊ sala ꝙ imineat sale flumini. Cęsareā mauritanię oppidū iuba rex maurorū in honorem cęsaris augusti cōdidit. quā ex eiꝰ nomine cęsareā appellauit. sicut herodes aliam cęsaream in palęstina quę nūc vrbs ē clarissima. Icosiū cęsariensis mauritanię oppidum hercule illuc trāseūte. viginti a comitatu eiꝰ discedētes cōstruxerūt. Hāc ne q̄s imposito a se noīe priuatim gloriaret. de cōdētiū numero vrbi icosiū nomē ē datū. Cyrene regina fuit libyę. quę ex suo noīe ciuitatē cyrenē ↄdidit. ex q̄ ⁊ libyā cyrenēsem vocauit.

De ędificiis publicis Cap. ii.

Ciuitas ē hoīuʒ multitudo. societatꝭ vinculo adunata. dicta a ciuibꝰ id ē ab ipsis incolis vrbis. ꝓ eo ꝙ plurimoꝝ cōsciscat ⁊ contineat vitas. Nam vrbs ipsa męnia sūt. ciuitas aūt nō saxa ſ habitatores vocāť. Tres aūt sūt societates: familiarum. vrbiū. gentiū. Urbs vocata ab orbe. ꝙ antiquę ciuitates i orbe fiebāt. uel ab vrbo parte aratri quo muri designabanť. vnde ē illud: Optauitq̄ locū regno ⁊ cōcludere sulco. Locus eni futurę ciuitatis sulco designabatur. id est aratro. Cato: Qui vrbē inquit nouā condit. tauro ⁊ vacca aret. vbi arauerit murū faciat. vbi portā vult ēē aratrū sustollat ⁊ portet. ⁊ portā vocet. Ideo autē vrbs aratro circūdabatur dispari sexu iuuencoꝝ. ꝓpť cōmixtionē familiarū. ⁊ imaginē serentis. fructuq̄ reddentis. Urbs aūt aratro cōdiť. aratro vertiť. Unde Horatiꝰ: Imprimeretq̄ muris hostile aratrū. Oppidū q̄dā ab oppositiōe muroꝝ dixerūt. alij ab opibꝰ recōdendis. eo ꝙ sit munitū. alij ꝙ sibi i eo cōuentꝰ habitantiū opē det mutuā cōtra hostē. Nam primū hoies tanq̄ nudi ⁊ iermes. nec ↄtra bella hęc pręsidia habebāt. nec receptacula frigoris ⁊ caloris. nec ipsi inter se hoies ab hoībus satis erant tuti. Tandē naturali solertia speluncis siluestribusq̄ tegumentis tuguria sibi ⁊ casas virgultis arundinibusq̄ contexuerunt. quo esset vita tutior. ne his q̄ nocere possent aditꝰ esset. Hęc ē origo oppidoꝝ quę ꝙ opē darent. idcirco oppida noīata dixerūt. Oppidū aūt magnitudine ⁊ męnibꝰ discrepare a vico ⁊ castello ⁊ pago. Ciuitates autē. aut colonię. aut municipia. aut vici. aut castella. aut pagi appellanť. Ciuitas ꝓprie diciť quā nō aduenę ſ in eodem nati solo condiderūt. Ideoq̄ vrbes a ꝓpriis ciuibꝰ conditę ciuitates non colonię nūcupāť. Colonia ṽo est quę defectu indigenaꝝ nouis cultoribꝰ adimpletur. vnde ⁊ colonia a cultu agri est dicta. Municipiū est quo manēte statu ciuitatis ius aliq̇d minoris aut maioris officij a pn̄cipe impetratur. Dictum aūt municipiū a munijs id est officijs. ꝙ tm̄ munia id ē tributa debita. uel munera reddāt. Nā liberales ⁊ famosissimę causę ⁊ quę ex pn̄cipe ꝓficiscunť ibi non agunť. Hęc enim ad dignitatē ciuitatū ptinent. Uici ⁊ castella ⁊ pagi sunt. quę nulla dignitate ciuitatis ornantur. ſ vulgari hominū cōuentu incoluntur. ⁊ ꝓpter paruitatē sui. maioribꝰ ciuitatibus attribuuntur. Uicus aūt dictus a vicinis tm̄ habitationibus. uel ꝙ vias habeat tm̄ sine muris. Est aūt sine munitione muroꝝ. licʒ ⁊ vici dicanť ipsę habitationes vrbis. Dictus aūt vicus eo ꝙ sit vice ciuitatis. uel ꝙ vias habeat tm̄ sine muris. Castrū antiqui dicebāt oppidū loco altissimo situm. quasi casam altā. cuiꝰ pluralis numerꝰ castra. diminutiuū aūt castellū ē. siue ꝙ castrabatur licētia inibi habitantiū. ne passim vaga hosti pateret. Pagi sūt apta ędificijs loca inter agros habitantibꝰ. Hęc ⁊ conciliabula dicta a conuētu ⁊ societate multoꝝ in vnū. Competa sunt vbi vsus est conuentus fieri rusticoꝝ. ⁊ dicta competa ꝙ loca multa in agris eodē competāt. ⁊ quo cōueniťur a rusticis. Suburbana sūt circūiecta ciuitatis ędificia. quasi sub vrbe. Męnia sūt muri ciuitatis. dicti ab eo ꝙ muniant ciuitatē. quasi munimenta ciuitatis. id est tutamenta. Muniū aūt dictū q̄si manu factū. sic ⁊ muri a munitiōe dicti. q̄si muniri. eo ꝙ muniāť ⁊ tueanť interiora vrbis. Męnia aūt duplicē habēt significationē. Nam interdū męnia abusiue dici solent oīa ędificia publica ciuitatis. ut diuidimus muros ⁊ męnia pandimus vrbis. Proprie aūt męnia sunt tm̄ muri. Murus autem turribus propugnaculisq̄ ornatur. Turres vocatę ꝙ teretes sint ⁊ longę. Teres enim est aliquid rotundum cum proceritate. ut columna. Nam ⁊ ſquis quadratę aut latę construāť. ꝓcul tamen videntibus rotūdę existimātur. ideo quia omne cuiusq̄ anguli simulacrum ꝑ longum aeris spaciū euanescit atq̄ cōsumitur. ⁊ rotūdū videť. Propugnacula pinne muroꝝ sunt dicta. q: ex his ꝓpugnatur. Promurale ṽo. eo ꝙ sit ꝓ munitione muri. Est enim murus ꝓpriꝰ ante murū. Porta dicitur. q: pōt uel importari uel exportari aliq̇d. Proprie aūt porta aut vrbis aut castroꝝ vocať. sicut superius dictū est. Uicus ut prędictū ē. ipsę habitationes vrbis sūt. vnde ⁊ vicini dicti. Uię ipsa spacia angusta quę inť vicos sūt. Platee ꝑpetuę ac latiores ciuitatū vię sunt. iuxta ꝓprietatem linguę gręce a latitudine nūcupatę. Platos enim greci latū dicūt. Quintanę pars platee quinta ē. qua carpentū ꝓgredi potest. Cloacę dictę ꝙ his percolanturr aquę. Has primū romę fecisse dicunt tarquiniū priscū. ut quotiens pluuiarum inundatio existeret. per eas aquę extra ciuitatem emitterentur. ne maximis ꝑpetuisq̄ tēpestatibꝰ planitię

uel fundamēta vrbiū strages aquaꝝ subuerterēt. Imbuli uel q: subuolumina sūt, uel quia sub his ambulāt. Sūt enī porticꝰ hincinde plateaꝝ. Forus est exercendaꝝ litiū locꝰ, a fando dictꝰ, siue a foroneo rege q̇ pͥmꝰ grecis leges dedit. Hęc loca ⁊ ꝓrostra vocāt̃, ideo ꝙ ex bello punico captis nauibꝰ carthaginensiū rostra ablata sūt. ⁊ ī foro romano pręfixa ut esset huiꝰ insigne victorię. Curia dicit̃ eo ꝙ ibi cura ꝑ senatū de cūctis administretur. Prętoriū, eo ꝙ ibi pretor sedeat ad discutiendū. Gymnasiū generalis ē exercitioꝝ locus. Tñ apud athenas locꝰ erat vbi discebat̃ philosophia ⁊ sapiētię exercebat̃ studiū. Nam gymnasiū grece vocat̃ qd̄ latine exercitiū dicit̃, hoc ē meditatio. Sȝ ⁊ balnea ⁊ loca cursoꝝ ⁊ athletaꝝ gymnasia sūt, eo ꝙ illic oēs in sue artis studia exercitentur. Capitoliū rome vocatū, eo ꝙ fuerit romanę vrbis ⁊ religionis caput sūmū. Alij aiūt cū tarquinius priscus capitolij fundamenta romę aperiret in loco fundamēti caput hoīs litteris tuscis notatū inuenit. ⁊ ꝓinde capitoliū appellauit. Arces sunt partes vrbis excelsę atq; munitę. Nā quęcūq; tutissima vrbiū sūt, ab arcendo hostē arces vocant̃. Uñ ⁊ arcus ⁊ arca. Circū romani dictū putāt a circuitu equoꝝ, eo ꝙ ibi circū metas equi currāt. Theatrū āt a spectaculo noīatū ἀπὸ τοῦ θεάσθαι, ꝙ in eo ꝓplus stans desuꝑ atq; spectās ludos scenicos cōtēplaret̃. Amphiteatrū vō vocatū ꝙ ex duobꝰ sit theatris compositū. Nā amphiteatrū rotundū est. theatrū vō ex medio amphiteatri ē semicirculi figurā habens. Labyrinthus est ꝑplexis parietibꝰ ędificiū, qualis ē apud cretā a dędalo factꝰ, vbi fuit minotaurꝰ inclusus, in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum inuenire nō valet. Cuius ędificij talis est situs, ut aperiētibꝰ fores, tonitruū intus terribile audiat̃. Descendit̃ centenis vltra gradibꝰ, intus simulacra ⁊ monstrificę effigies, ī partes diuersas transitꝰ inumeri ꝑ tenebras. ⁊ cętera ad terrorē ingredientiū facta, ita ut de tenebris eiꝰ ad lucē venire impossibile videat̃. Quattuor sunt aūt labyrinthi, primꝰ egyptiꝰ, secūdus creticꝰ, tertiꝰ ī lemno, quartꝰ in italia, oēs ita cōstructi ut dissoluere eos nec vlla secula quidem possint. Pharū turris est maxima, quā greci ⁊ latini in cōmune ex ipsiꝰ rei vsu pharū appellauerūt, eo ꝙ flāmaꝝ indicio longe videat̃ a nauigantibꝰ, qualē ptolemęus iuxta alexandriā construxisse octingentis talentis tradit̃. Usus eiꝰ ē nocturno nauiū cursui ignes ostendere, ad ꝓnūcianda vada portusq; ⁊ introitꝰ, ne decepti tenebris nauigātes ī scopulos incidant. Nā alexandria fallacibꝰ vadis insidiosos accessus habet. Hinc igit̃ ī portubꝰ machinas ad prelucendi ministeriū fabricatas pharos dicūt. Nā phos lux ē, oros visio dicitur. Uñ ⁊ lucifer grece phosphoros appellat̃. Coclee sūt altę ⁊ rotundę turres. ⁊ dictę coclee q̄si cyclee, ꝙ ī eis tāq̄ ꝑ circulū orbēq; conscendat̃, qualis ē romę .c.lxxv. pedibꝰ. Thermę appellatę ꝙ caleāt. Greci enī thermon calorē vocāt. Balneis vō nomē inditū a lauatione meroris. Nā greci balanion dixerūt ꝙ anxietatē animi tollat. Hęc ⁊ gymnasia dicūt̃, q: ibi athletę vncto corpe ⁊ ꝑfricato manibꝰ exercitāt̃. Nam gymnasiū grece latine exercitiū dicit̃. gymnos vō nudus. Apodyteriū vbi lauātiū vestimenta ponūt̃, ab exuendo dictū. ἀποδύειν enī grece exuere dicit̃. Popina grecus sermo est q̇ apud nos ꝓpina corrupte dicit̃. Est aūt locus iuxta balnea publica, vbi post lauacrū a fame ⁊ siti reficiūt̃. Unde ⁊ ꝓpina ⁊ ꝓpinare dicit̃. Pina enī grece famē significat, eo ꝙ hic locꝰ famem tollat. Tabernę olim vocabāt̃ ędiculę plebeioꝝ paruę ⁊ simplices in vicis, axibꝰ ⁊ tabulis clausę. vnde ⁊ tabernarię ꝙ soleāt cōsedere. Dictę aūt tabernę ꝙ ex tabulis lignisq; erāt cōstructę, quę nūc ⁊ si nō speciem, nomē tamē pristinū retinēt. Macellum dictū ꝙ ibi mactent̃ pecora quę mercātibꝰ venundant̃. Mercatū aūt a cōmertio noīatū, ibi enī res vendere uel emere solitū est, sicͭ ⁊ teloneū dicit̃ vbi merces nauiū ⁊ nautarū emolumenta reddūtur. Ibi enī vectigalis exactor sedet, preciū rebꝰ impositurus ⁊ voce a mercatoribꝰ flagitans. Carcer est a quo ꝓhibemur exire. ⁊ dictus carcer a coercendo. Hinc fronto ut ꝑgrecari potius amenis locis q̄ coerceri carcere viderentur.

De habitaculis Cap. III.

Habitatio ab habendo vocata, ut habitare casas. Domꝰ ex greca appellatiōe vocata. Nā domata greci tecta dicūt. Est aūt domus vniꝰ familię habitatio, sicut vrbs vniꝰ ꝓpli, sicut orbis domiciliū totius generis humani. Omne ędificiū antiqui ędē appellauerūt. Alij edem ab edendo q̄dē sumpsisse nomē existimāt, dātes exēplū de planto. Si vocassem vos ī edem ad prandiū. Hinc ⁊ edificiū, eo ꝙ fuerit prius ad edendum factum. Aula domꝰ ē regia, siue spaciosum habitaculū, porticibusq; quattuor cōclusum. Atriū magna ędes ē siue amplior ⁊ spaciosa domus. ⁊ dictum ē atriū eo ꝙ addant̃ ei tres porticus extrinsecus. Alij atriū quasi ab igne ⁊ ligno atrum dixerunt. Atrum enī fit ex fumo. Palatiū a palante ꝓͥncipe arcadum dictum, in cuiꝰ honore archades palanteū oppidum construxerunt. ⁊ regiā ī ipsiꝰ noīe cōditā palatiū vocauerūt. Thalamū hac ex cā vocatū ferūt. Cū enī raptę fuissent a romanis sabinę, ex quibꝰ cū vna ante alias specie nobilis cum magna oīuȝ admiratiōe raperet̃, thalamoni duci eam oraculo respōsū ē dari. ⁊ q̄m hę nuptię feliciter cesserant, institutū ē ut in oībꝰ nuptijs thalami nomē iteret̃. Egyptij q̄z lingua sua loca in q̇bꝰ nubētes succedunt ⁊ incubāt, thalamū nomināt. Cenaculū dictum a coīone vescendi. vnde ⁊ cenobiū congregatio. Antiqui enī publice ⁊ in cōmune vescebant̃. nec vlliꝰ cōuiuiū singulare erat, ne ī occulto delitię luxuriā gignerēt. Tricliniū ē cenaculū, a tribꝰ lectulis discūbentiū

dictū. Apud veteres enī in loco vbi cōuiuij apparatus exponebaē tres lectuli strati erant·in quib⁹ discūbētes epulabanē. Clinon enī grece lectulus uel accubit⁹ dicitē·ex quo cōfectū est ut triclinium diceretē. Cella dicta ꝙ nos occultet ⁊ celet. Cubiculū ṽo ꝙ eo cubem⁹·ibiqꝫ dormiētes requiescamus. Cubile autē cubandi loc⁹ ē. Secessus·ꝙ sit locus secret⁹·id est sine accessu. Diuersoriū dictum eo ꝙ ex diuersis vijs ibi cōueniaē. Hospitiū ṽmo grecus ē·vbi quis ad temp⁹ hospitali iure inhabitat. ⁊ iterꝫ inde transiēs migrat. Inde ⁊ metatū·q: mutaē. Unde ⁊ legitur: Et castra metati sūt·ꝑmutauerūt. Non enī illic ꝑmanet exercit⁹. ꝫ ptransit. Meniana dicta sunt ꝙ maneamus. Menian⁹ collega crassi in foro ꝓiecit materias ut essent loca in quib⁹ expectātes insisterēt que ex noīe eius meniana appellata sunt. Hec ⁊ solaria q: patēt soli. post hec alij lapide·alij materia edificauere porticib⁹ meniana ⁊ forib⁹ ⁊ domib⁹ adiecerūt. Tabulata olim lignee dom⁹ fiebāt. Inde nomē ꝑmanet tabulatoꝝ. Apogeū ē cōstructum sub terris edificiū·qḋ nos antrū uel speluncā dicim⁹. Solariū·ꝙ soli ⁊ aure pateat·q̄lis fuit locus in quo dauid bersabee lauantē aspexit ⁊ adamauit. Cū hierosolymam antiochus obsideret· hircan⁹ ꝑnceps iudeoꝝ reserato dauid sepulchro tria milia auri talenta inde abstraxit·ex q̄b⁹ .ccc. antiocho dedit·ut obsidionē relinqueret·atqꝫ ut facti inuidiā demeret. Fertē ex reliqua pecunia instituisse prim⁹ xenodochia quib⁹ aduenā susciperet pauperꝫ ⁊ peregrinoꝫ. vnde ⁊ vocabulū sumpsit. Nā ex greco in latinū xenodochiū peregrinorū susceptio nūcupaē. Ubi aūt egrotātes de plateis colligunē·nosocomiū grece dicitē in q̄ consumpta languorib⁹ atqꝫ inedijs miseroꝝ mēbra fouentē.

De edificijs sacris Cap. iiii.

Sacra sūt loca diuinis cultibus instituta· utpote ea in quib⁹ altaria litantibus de more pontificib⁹ consecrātē. Sancta iuxta veteres exteriora templi sūt. Scā aūt scōꝝ locus tēpli secretior·ad quē nulli erat accessus nisi tm̄ sacerdotib⁹. Dicta autē scā scōꝝ· q: exteriori oraculo sanctiora sūt. uel q: scōꝝ cōparatione sanctiora sunt·sicut cantica canticoꝝ·q: cātica vniuersa precellūt. Sācitū aūt a sanguine hostie nūcupatū. Nihil enī scm̄ apud veteres dicebaē·nisi qḋ hostie sanguine esset consecratū aut cōspersū. Itē sanctū qḋ extat esse sancitū. Sancire est aūt cōfirmare ⁊ irrogatiōe pene ab iniuria defendere. sic ⁊ leges sancte ⁊ mores sancti eē dicūē. Propitiatoriū·oraculū int duo cherubin. Et dictū ꝓpitiatoriū·q̄si ꝓpitiatiōis oratoriū. Propitiatio enī placatio ē. Oracula dicta eo ꝙ inde respōsa reddūtē. ⁊ oracula ab ore dicta. Penetralia secreta sūt oraculoꝝ. ⁊ penetralia dicta sūt ab eo ꝙ ē penit⁹· hoc ē pene intus. Oratoriū oratiōi tm̄ ē cōsecratū·in quo nemo aliud agere debet·nisi ad qḋ ē factū·vnde ⁊ nomē accepit. Monasteriū vni⁹ monachi habitatio ē. Mono enī apud grecos sol⁹ steriū statio·id est solitarij habitatio. Cenobium ex greco ⁊ latino videē esse compositū. Est enim habitaculū plurimoꝝ in cōmune viuētiū. Ceno enī grece cōmune dicitē. Tēpli nomen generale. ꝑ locis enī quibuscūqꝫ magnis antiqui tēpla dicebant. Et templa dicta q̄si tecta ampla· ꝫ ⁊ locus designatus ad orientē·a cōtēplatiōe tēplū dicebatur. Cui⁹ ptes quattuor erāt·antica ad ortū·postica ad occasū. sinistra ad septētrionē·dextra ad meridiē spectans. Unde ⁊ qn̄ tēplū construebāt· orientē spectabāt equinoctialē·ita ut lineę ab ortu ad occidentē misse fierēt partes celi·dextra sinistra eq̄les·ut q̄ cōsuleret ac depcareē·rectū aspiceret orientē. Fana dicta a faunis quib⁹ templa error gētiliū cōstruebat·vnde ⁊ cōsulētes demonū respōsa audirēt. Delubra veteres dicebant tēpla fontes habentia·q̄b⁹ ante ingressū diluebāē· ⁊ appellari delubra a diluēdo. Ipse nūc sūt edes cum sacris fontib⁹ in quib⁹ fideles regenerati purificanē. ⁊ bene quodā presagio delubra sūt appellata. sunt enī in ablutionē pctoꝝ. Fons aūt i delubris loc⁹ regeneratoꝝ ē in q̄ septē gradus i spirit⁹ scī mysterio formanē·tres i descensu. ⁊ tres in ascensu. Septim⁹ ṽo is ē q̄ ⁊ quartus·id ē similis filio hoīs·extinguēs fornacem ignis·stabilimentū pedū·fundamentū aque·in quo plenitudo diuinitatis habitat corpaliter. Basilice prius vocabanē regum habitacula·vnde ⁊ nomē habent. Nam basileus rex. ⁊ basilice regie habitatiōes. Nunc autē ideo diuina tēpla basilice noīanē·q: ibi regi oīuꝫ deo cult⁹ ⁊ sacrificia offerunē. Martyriū locus martyris greca deriuatiōe·eo ꝙ i memoriam martyris sit cōstructum·uel ꝙ sepulchra scōꝝ ibi sint martyrū. Aram quidā vocatā dixerunt ꝙ ibi incense victime ardeant. Alij aras dicunt a precatiōib⁹·id est quas greci aras vocant. vnde cōtra inpcatio catara dicitē. Alij volunt ab altitudine araꝝ· ꝫ male. Altare autē ab altitudine cōstat eē noīatū·q̄si alta ara. Pulpitū ꝙ in eo lector uel psalmista positus in publico conspici a ppło possit·quo liberius audiaē. Tribunal·eo ꝙ inde a sacerdote tribuantur precepta viuēdi. Est enī loc⁹ in sublimi cōstitut⁹·vnde vniuersa exaudiri possint. Alias tribunal a tribub⁹ denoīatū· ꝙ ad illū trib⁹ cōuoceē. Analogiū dictū·ꝙ sermo inde prediceē. Nam logos grece sermo dicitē·ꝙ ⁊ ipsum altius situm est.

De repositorijs Cap. v.

Sacrariū ꝓprie est locus tēpli in quo sacra reponunē·sicut donariū ē i quo collocaē oblata·sicut lectisternia dicunē vbi homines sedere cōsueuerūt. Ab inferēdis igiē ⁊ deportādis sacris sacrariū nuncupaē. Donaria ṽo eo ꝙ ibi dona reponanē·que in tēplis offerri consueuerunt. Erariū vocatū·q: prius eo signatū ibi recondebaē. Hoc enī olim i vsu erat·auro argentoqꝫ nōdū signato·ex quoꝝ metallis q̄uis postea

facta fuisset pecunia·nomen tñ ērarij pmansit·ab eo metallo vnde pecunia initiũ sũpsit. Armariũ locus ē vbi quarũcũqȝ artiũ instrumenta ponũť. Armamētariũ ꝓo vbi tm̃ tela armoꝝ.vnde Juuenalis: Quicquid habēt teloꝝ armamentaria celi. Dicta autē vtraqȝ ab armis·id est brachijs·qbus exercenť. Bibliotheca ē loc⁹ vbi reponunť libri.Biblio enī grēce liber·theca repositoriũ diciť.Promptuariũ dictũ·eo ꝙ inde necessaria victui pmunť·id est.pferũť. Cellariũ dictũ·ꝙ in eo colligantur ministeria mensaꝝ·uel quę necessaria victui supsunt. Inter promptuariũ aũt ⁊ cellariũ h̄ interest·ꝙ cellariũ ē paucoꝝ dierũ.promptuariũ ꝓo tpis longi. Apotheca autē uel horrea a grēco verbũ ex verbo repositoria uel reconditoria dici pñt·eo ꝙ ī his hoīes elaboratas fruges reponũt. Unde ⁊ enthicā grēco sermone repositā rei copiosam substantiam appellamus.

De operarijs Cap.VI.

Ergasteriũ locus ē vbi op⁹ aliquod fit. Grēco enī sermone erga opa· sterio statio·id est operaria statio. Ergastula qȝ ⁊ ipsa a grēco vocabulo nuncupanť· vbi deputanť noxij ad aliqđ opus faciendũ.ut solēt gladiatores ⁊ exules qui marmora secant.⁊ tñ vinculorũ custodijs alligati sunt. Gynęciũ grēce dictũ eo ꝙ ibi cōuentus feminaꝝ ad opus lanificij exercendũ cōueniat. Mulier enī grēce γυνε nũcupatur. Pistrinũ quasi pilistrinũ·quia pilo antea tũdebāt granũ. Unde ⁊ apud veteres non molitores sed pistores dicti sunt quasi pinsores a pinsendis granis frumenti. Molę enim vsus nondũ erat·sed granum pilo pinsebant.vnde ⁊ Uirgilius: Nũc torrete igni fruges·nũc frangite saxo. Clibanus fornax a cliuo dictus·ab eo ꝙ in erectione sit collectus. Cliuũ enī ascensum dicimus flexuosum. Furnus p deriuationem a farre dictus· qm̃ panis ex eo fact⁹ ibi coquiť. Torcular dictũ·eo ꝙ ibi vuę calcenť atqȝ extortę exprimanť. Forus est locus vbi vua calcatur·dictus ꝙ ibi feratur vua. uel propter ꝙ vua feriatur pedib⁹.vnde ⁊ calcatoriũ dicitur.Sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est ī ciuitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda vbi magistratus iudicare solet. Tertia quā supra diximꝰ·quā calcatoriũ noiamus. Quarta spacia plana ī nauib⁹·de quib⁹ Uirgilius: Laxatqȝ foros. Lacus dictus ꝙ ibi decurrit frugum liquor.

De aditibus Cap.VII.

Aditus ab eũdo dictus·p quem ingredimur ⁊ admittimur. Uestibulum est uel aditus dom⁹ priuatę·uel spaciũ adiacēs edibus publicis. Et vestibulũ dictũ·eo ꝙ eo vestiũť fores·aut ꝙ aditũ tecto vestiat·aut ab stādo. Portic⁹ dict⁹ ꝙ transit⁹ sit magis ꝙ̄ ibi standum sit·quasi porta.⁊ portic⁹ eo ꝙ sit aperta. Janua a iano quodā appellať·cui gētiles oēm introitũ uel exitũ sacrauerũt.vnde Lucan⁹: Ferrea belligeri cōpescāt limina iani. Est aũt ianua primus dom⁹ ingressus·cetera inter ianuā ostia vocanť generaliter. Ostiũ aũt ē p qđ ab aliq̄ arcemur ingressu ab obstando dictũ·siue ostiũ q: ostendit aliquid intus. Alij aiunt ostiũ appellari·q: hostē morať. Ibi enī aduersarijs nos obijcimus. Hinc ⁊ ostia tyberina·q: hostibus sunt opposita. Fores ⁊ valuę claustra sunt. Sed fores dicunť quę foras.valuę que intus reuoluunť.⁊ duplices cōplicabilesqȝ sunt.sed generalit̄ vsus vocabula ista corrumpit. Claustra ab eo ꝙ claudantur dicta. Fenestrę sũt quib⁹ pars exterior angusta ⁊ interior diffusa ē·quales in horreis videmus·dictę eo ꝙ lucē fenerenť. Lux enī grēce fos dicitur·uel q: p eas intus positus·homo foras videt. Alij fenestrā putant dictā eo ꝙ domui lucē ministret·cōpositũ nomen ex grēco latinoqȝ sermone. Fos enī grēce lux est. Cardo est locus ī quo ostiũ vertiť ⁊ semp moueť: dictus ἀπὸ τῆς καρδίας·qđ q̄si cor hominē totũ·ita ille cune⁹ ianuam regat ac moueat. Un ⁊ puerbiale ē·in cardine rem esse. Limina ostioꝝ dicta eo ꝙ transuersa sint ut limes.⁊ p ea sicut in agro aut introcať·aut foris catur. Postes ⁊ antes quasi post ⁊ ante stantes. Et antes quia ante stāt·uel q: antea ad eas accedimus prius ꝙ̄ domũ ingrediamur. Postes eo ꝙ post ostium stent.

De partibus edificioꝝ Cap.VIII.

Fundamētũ dictũ ꝙ fundus sit domus. Idē ⁊ cementũ·a cedendo dictũ·ꝙ crasso lapide surgat. Paries nuncupatus·q: semp duo sunt pares·uel a frōte uel a latere. Siue enī tetragonũ siue hexagonũ sit·q̄ se conspiciũt ex pari erũt. Aliter enī structura facta deformis est. Parietinas dicim⁹·quasi parietũ ruinas·sunt enī parietes stantes sine tecto.⁊ sine habitantib⁹. Angul⁹ ꝙ duos parietes in vnũ coniũgat. Culmina dicta sũt·q: apud antiquos tecta culmo tegebantur·ut nũc rustica. Hinc tecti sũmitas culmē diciť. Camerę sũt volumina introrsũ respiciētia·appellatę a curuo. Camur enī grēce curuũ est: Laquearia sunt·quę camerā subtegunt ⁊ ornant quę ⁊ lacunaria dicunť ꝙ lacos quosdā q̄dratos uel rotũdos ligno uel gypso uel colorib⁹ habeāt depictos cũ signis īternucātib⁹. Principalit̄ autē lacus diciť·ut Lucilius. Resultant edesqȝ lacusqȝ Cui⁹ diminutio lacunar facit·ut Horati⁹. Neqȝ aureũ mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunariũ ⁊ p antisticon laqueariũ facit. Absida grēco sermone latine interpretať lucida·eo ꝙ lumine accepto p arcũ resplendeat. Sȝ vtrũ absidā an absidē dicere debeamus·hoc verbi genus ambiguũ quidā doctoꝝ existimāt. Testudo ē camera templi obliqua. Nam ī modũ testudinis veteres tēploꝝ tecta faciebāt· quę ideo sic fiebant ut celi imaginē redderet·qđ cōstat esse cōuexũ. Alij testudinē volunt eē locũ in ptc atrij aduersũ veniētib⁹. Arcus edificioꝝ dicti ꝙ sint arta pclusiōe curuati. Ipsi ⁊ fornices. Pauimēta

oꝛiginē apud grecos hn̄t elaboꝛata arte picturę. Lithoſtrata puulis cruſtis ac teſſellis tinctis in varios coloꝛes. vocata aūt pauimēta eo ꝙ paui/ anť id ē cedāť. Vn̄ ⁊ pauoꝛ q: cedit coꝛ. Oſtra/ cus ē pauimētū teſtaceū eo ꝙ fractis teſtis calce admixto feriať. Teſta eni greci oſtra dicūt. Com pluuiū dictū q: aquę ptes quę circa ſūt eo cōue/ niunt. Teſſellę ſūt e qb⁹ domicilia ſternūť a teſſe/ ris noīata id eſt q̄dratis lapillis p diminutionē. Baſes fulturę ſūt colūnaꝝ quę a fūdamēto con/ ſurgūt ⁊ ſuppoſitę fabricę ſuſtinēt pond⁹. Baſes aūt nomē petrę ē foꝛtiſſimę ſyro ſermone. Colū/ nę p lōgitudine ⁊ rotūditate vocatę in qb⁹ toti⁹ fabricę pond⁹ erigiť. Antiq̄ rō erat colūnaꝝ alti/ tudinis tria pars latitudinū. Genera rotūdarū quattuoꝛ: doꝛicę ionicę tuſcanicę coꝛinthię mē/ ſura groſſitudinis ⁊ altitudinis int̄ ſe diſtantes. Quintū gen⁹ ē capꝝ quę vocanť atticę q̄ternis an/ gulis aut ampli⁹ parib⁹ lateꝝ intuallis. Capito/ lia dicta ꝙ ſint colūnaꝝ capita ſic̄ ſup collum ca/ put. Epiſtylia ſūt quę ſup capitella colūnaꝝ po/ nūť. ⁊ ē grecū id ē ſupmiſſa. Tegulę ꝙ tegāt edes ⁊ imbrices ꝙ accipiāt imbꝛes. Lateres ⁊ laterculi ꝙ lati foꝛmenť circūactis vndiq3 q̄ttuoꝛ tabulis. Canalis dicta ab eo ꝙ caua ſit in modum cannę. Sane canalē meli⁹ genere feminino ꝙ maſculino pferim⁹. Fiſtulę aq̄rū ſūt dictę ꝙ aquas fundāt ⁊ emittāt. Nam ſtola grece mittere eſt. Foꝛmę capꝝ p magnitudine aquę ⁊ capacitatis modo fiūt.

De munitionibus Cap. IX.

Munitū uel munimentū dictū q: manu ē factū. Coꝛs vocata uel ꝙ coartet cun/ cta quę interius ſūt id eſt ꝯcludat uel ꝙ coerceat obiectu ſuo extraneos ⁊ adire phibeat. Vallū ē qđ mole terrę erigiť ut cuſtodia pꝛeten/ dať. Dictū aūt vallū a vallis. Nā valli fuſtes ſūt quib⁹ vallū muniť. Et valli dicti ꝙ figanť ⁊ euel/ lanť. Intualla ſpacia ſūt int̄ capita valloꝝ id eſt ſtipitū quib⁹ vallū fit vnde ⁊ cętera q̄3 ſpacia di/ cūť a ſtipitib⁹ ſcil3. Agger ē cuiuſlibet rei acerua/ tio vnde foſſę aut valles pn̄t repleri. Agger pꝛie diciť t̄ra aggeſta quę vallo facto ꝓpius poniť ſed abuſiue ⁊ muros ⁊ munimēta oīa aggerē dicim⁹. Macerię ſūt parietes lōgi qb⁹ vineę aliquę clau/ dūť. Lōgū eni greci macron dicūt. Foꝛmatū ſiue foꝛmatiū in africa uel hiſpania parietes de terra appellāt qm̄ i foꝛma circūdatis duab⁹ vtrinq3 ta/ bulis inferūť magis ꝙ inſtruūť. Eiuſmodi durāt icoꝛrupti ventis ignibuſq3 omni cemento foꝛtio/ res. Sepes munimēta ſatoꝝ ſūt vnde ⁊ appellatę Caulas munimēta ouiū uel ſepimēta ouiliū. Eſt eni grecū nomē c detracta. Nā greci aulas vo/ cant aīaliū receptacula.

De tentoꝛijs Cap. X.

Tabernacula tentoꝛia ſūt militū qb⁹ i iti/ nere ſolis ardoꝛes tēpeſtateſq3 imbꝛium frigoꝛiſq3 iiurias vitāt. Dicta aūt taber/ nacula ꝙ coꝛtinę diſtentę funib⁹ tabulis inſtan/ tib⁹ appenderenť quę tentoꝛia ſuſtinerēt. Tento/ riū vocatū eo ꝙ tendať funib⁹ atq3 palis. vnde ⁊ hodie pꝛetendere dicūť. Papiliones vocanť a ſi/ militudine puuli aīalis volanť qđ maxime abun/ dat floꝛentib⁹ maluis. Hę ſūt auiculę quę luće ac/ cenſo ꝯueniūt. ⁊ circa volitātes ab igne pxime in/ terire cogūť.

De ſepulchꝛis Cap. XI.

Sepulchꝝ a ſepulto dictū. Pꝛius aūt q̄ſq3 in domo ſua ſepeliebať. Poſtea vetitū eſt legib⁹ ne fetoꝛe ipſo coꝛpa viuentiū cōta/ cta inficerenť. Monumentū ideo nūcupať eo ꝙ mentē moneat ad defūcti memoꝛiā. Cum eni nō videris monumētū obliuiſceris moꝛtuū. h̄ ē illud qđ ſcriptū eſt: Excidi tanꝙ moꝛtu⁹ a coꝛde. Cū autem videris monet mentē ⁊ ad memoꝛiā te re/ ducit ut moꝛtuū recoꝛderis. Monumēta itaq3 ⁊ memoꝛię p mentꝭ admonitiōe dictę. Tumul⁹ dic/ tus q̄ſi tumēs tell⁹. Sarcophag⁹ grecū nomē ē eo ꝙ ibi coꝛpa aſſumāť. σαρξ eni grece caro φαγειν comedere diciť. Mauſolea ſūt ſepulchꝛa ſeu mo/ numenta regū a mauſoleo rege egyptioꝛū dicta. Nam eo defūcto vxoꝛ eius mirę magnitudinis ⁊ pulchꝛitudinis extruxit ſepulchꝛū in tātū ut vſq3 hodie oīa monumēta pꝛecioſa ex noīe ei⁹ mauſo/ lea nūcupāť. Pyramides ē gen⁹ ſepulchꝛoꝝ q̄dra/ tū ⁊ faſtigiatum vltra oēm celſitudinē quę fieri manu poſſit. vn̄ ⁊ menſurā vmbꝛaꝝ egreſſę nullā habere vmbꝛā dicūť. Tali aūt edificio ſurgūt ut a lato incipiāt ⁊ i anguſto finianť ſic̄ ignis. Pyr eni diciť ignis. has egyptus habet. Apud maio/ res eni potentes aut ſub mōtib⁹ aut i mōtib⁹ ſepe/ liebāť. Inde tractū ē ut ſup cadauera aut pyra/ mides fierent aut ingentes colūnę collocarentur.

De edificijs ruſticis Cap. XII.

Caſa eſt agreſte habitaculum palis atq3 virgultis arūdinibuſq3 contextū quibus poſſint hoīes tueri a vi frigoꝛis uł calo/ ris iiuria. Tuguriū caſula eſt quā faciūt ſibi cu/ ſtodes vineaꝝ ad tegimen ſui q̄ſi teguriū ſiue ꝓpē ardoꝛē ſolis ⁊ radios declinādos ſiue ut inde uł hoīes uel beſtiolas quę inſidiari ſolēt natis fru/ gibus abigāt. Hanc ruſtici capānā vocāt ꝙ vnū tm̄ capiat. Teſcua q̄dā putāt eſſe tuguria q̄dā lo ca pꝛerupta ⁊ aſpera. Magalia edificia numidaꝝ agreſtiū oblōga i curuis lateribus tecta q̄ſi na/ uiū carinę ſint ſiue rotunda in modū furnoꝝ. Et magalia dicta q̄ſi magaria. q: magar punici no/ uā villam dicūt vna lr̄a cōmutata l. p r. magaria teguria.

De agris Cap. XIII.

Ager latine appellari diciť eo ꝙ i eo agať aliq̄d. Alij agrū ex greco nominari ma/ nifeſti⁹ credūt vn̄ ⁊ villa grece coꝛagros dicitur. Villa a vallo id eſt aggere t̄rę nūcupata qđ p limite ꝯſtitui ſolet. Poſſeſſiōes ſūt agri late patentes publici pꝛiuatiq3 q̄s initio nō mācipa/ tione ꝫ quiſq3 ut potuit occupauit atq3 poſſedit. vnde ⁊ nuncupati. Fundus dict⁹ ꝙ eo fundať uel ſtabiliať patrimoniū. Fund⁹ aūt ⁊ vꝛbanū edifi/ ciū ⁊ ruſticū itelligēdū ē. Pꝛediū dictū ꝙ ex oīb⁹ patrifamilias maxime pꝛeuideť id eſt apparet q̄ſi


p̄quidiū· uel q̄ antiq̄ agros quos bello ceperant ut predę noīe habebāt. Dis aūt ager ut varro docet q̄drifari⁹ diuidit̄. Aut eni aruus ē ager·id ē satio/nalis·aut cōsit⁹·id ē apt⁹ arborib⁹. aut pascuus q̄ herbis tm̄ ⁊ aīalib⁹ vacat·aut flor⁹·qd̄ sūt horti apibus cōgruentes ⁊ florib⁹·qd̄ etiā Uirgili⁹ in q̄ttuor libris georgicoꝝ secut⁹ est. Rura veteres icultos agros dicebāt· id ē siluas ⁊ pascua·agrū ꝟo qui colebat̄. Nā rus ē quo mel·q̄ lac·q̄ pecus haberi pōt. vn̄ ⁊ rustic⁹ noīat̄. Hęc agrestiū pri/ma ⁊ ociosa fęlicitas. Seges ager ē in q̄ serit̄. vn̄ ⁊ Uirgili⁹: Jlla seges demū votis respōdit aua/ri agricolę. Cōpascuus ager dictus q: diuisorib⁹ agroꝝ relict⁹ ē. ad pascendū coīter vicinis. Allu/uius ager est quē paulatim fluui⁹ in agrū reddit. Arcifinius ager dictus ē·q: certis lineaꝝ mēsu/ris nō cōtinet̄. ſ; arcet̄ fines eius obiectu fluminū montiū·arboꝝ. vnde ⁊ i his agris nihil subseci/uorū inuenit. Nouale ager ē p̄mū pscissus. siue quia alternis annis vacat nouandarū sibi viriū causa. Noualia eni semel cū fructu erunt. ⁊ semel vacua. Squalidus ager q̄si excolidus·q̄ iā a cul/tura exierit·sicut exconsul q̄ a consulatu discesse/rit. Uliginosus ager ē semp vuidus. Nā vuidus dicit̄ q̄ aliq̄n siccat̄. Uligo eni humor terrę ē na/turalis ab ea nūq̄ recedēs. Subseciua sunt pꝓrie quę sutor de materia pręcidens q̄si supuacua ab/iicit. Jnde ⁊ subseciui agri quos i pertica diuisos recusant q̄si steriles uel palustres. Jtē subseciua quę i diuisura agri nō efficiūt centuriā· id ē iuge/ra. cc. Area dicit̄ tabulaꝝ ęq̄litas. Dicta aūt area a planitie atq; ęq̄litate. vnde ⁊ ara. Alij areā vo/catā dicunt q̄ p triturandis frugib⁹ era dat̄·uel q̄ nō trituret̄ in ea nisi arida. Pratū ē cui⁹ fęni co/pia armenta tuent̄·cui veteres romani nomē in/diderūt·ab eo q̄ ptinus sit paratū· nec magnum laborē culturę desideret. Prata aūt sūt quę secari pn̄t. Paludes dictę a pale pastorali dea q̄ paleas id est pabula nutriant iumentorū.

De finibus agrorū Cap. xiiii.

Fines dicti eo q̄ agri funiculis sint diui/si. Mēsuraꝝ eni lineę i terraꝝ partitiōe tendunt̄ ut dimēsiōis ęq̄litas teneat̄. Li/mites appellari antiq̄ ꝟbo trāsuersi. Nā trāuersa oīa antiq̄ lima dicebāt·a q̄ ⁊ limina ostioꝝ p quę foras ⁊ itro itur. ⁊ limites q̄ p eos i agros foras eatur. Hinc ⁊ limus vocabulū accepit cingulū q̄ serui publici cingebāt obliqua purpura. Termi/ni dicti q̄ terrę mensuras distinguūt atq; decla/rāt. His eni testimonia finiū intelligūt̄. ⁊ agroꝝ cōtētio ⁊ certamē aufertur. Limites maximi in agris duo sūt: cardo ⁊ decuman⁹. Cardo q̄ a se/ptētriōe direct⁹ a cardine cęli ē. Nam sine dubio cęlū vertit̄ i septētrionali orbe. Decuman⁹ est q̄ ab oriēte in occidētē p trāsuersū dirigit̄·q̄ p eo q̄ for/mā. x. faciat decuman⁹ ē appellatus. Ager eni his diuisus figurā denarij numeri efficit. Arca ab ar cendo vocata. Fines eni agri custodit eosq; adire phibet. Trifiniū dictū eo q̄ triū possessionū fi/nes astringit. Hinc ⁊ q̄drifiniū q̄ quattuor. Re/liqui limites angustiores ⁊ inter se distāt impa/rib⁹ inueallis ⁊ nominibus designatis.


De mensuris agroꝝ Cap. xv.

Mensura ē q̄cq̄d pondere capacitate·lon/gitudine·altitudine·latitudine·animoq; finit̄. Maiores itaq; orbē in ptib⁹·ptes i pꝓuintijs·pꝓuintias i regiōib⁹·regiōes i locis·lo/ca in territorijs·territoria i agris· agros i cētu/rijs·cēturias i iugerib⁹·iugera i climatib⁹·deinde climata i actus·perticas·passus·gradus·cubitos pedes·palmos·vncias ⁊ digitos diuiserūt. Tāta eni fuit coꝝ solertia. Digit⁹ ē pars minima agre/stiū mēsuraꝝ. Jnde vncia habens digitos tres. Palmus aūt quattuor digitos habet. pes sedeci digitos. passus pedes q̄nq;. pertica passus duos· id ē pedes. x. Pertica aūt a portando dicta·quasi portica. Oēs aūt pręcedētes mēsurę in corpe sūt: ut palm⁹·pes·passus. ⁊ reliq̄. sola pertica portat̄. Est enim decē pedum instar calami in ezechiele templum mensurantis




c. xl

Actus minimus est latitudine pedū. iiij. longitudine. c. xl. ita




c. xl


Climata q; vndiq; ver/sum habēt pedes. lx. ita




Actus quadratus vn/diq; finitur pedibus c. xx. ita. Hūc bethyci arapennē dicūt. ab arando scilicet.



Actus duplicat⁹ iugerū facit. ⁊ ab eo q̄ est iunctū iugeri nomen accepit. Jugerū aūt cōstat lon/gitudine pedū. cc. xl. la titudine. c. xx. ita



Actū pꝛouintię bethy/cę rustici agrū vocant. Porcā idē bethyci xxx. pedū latitudi/ne. ⁊ lxxx. longitu/dine diffiniunt· ita



Sꝫ porca ē quę i arando extat·qd̄ defossū ē lyra. At galli candetū appellāt i areis vrbanis spaciū c. pedū·q̄si centecū. Jn agrestib⁹ āt pedū. c. l. qua/dratorū iustū cādetū vocāt. Porro stadialis ager habet pass⁹. c. xxv. id ē pedes. dc. xxv. cui⁹ mēsura octies cōputata miliariū facit· qui ꝯstat. v. milia pedib⁹. Cēturia āt ager ē ducētoꝝ iugeꝝ q̄ apud antiq̄s a cētū iugerib⁹ vocabat̄. ſ; p⁹ea duplicata ē mēsura·nomēq; pristinū retinuit. Jn numero eni centurię multiplicatę sūt·nomē tn̄ nō pdiderūt.

De itineribus Cap. XVI.

M ensuras viaꝝ nos miliaria dicim⁹. greci stadia. galli leuuas. egyptij signes. persę parasangas. Sūt aūt ꝓprio queqꝫ spacio Miliariū mille passib⁹ terminat᷑. ⁊ dictū miliariū q̄si mille adiū. habēs pedes q̄nqꝫ milia. Leuua finitur passib⁹ mille q̄ngētis. Stadiū octaua pars miliarij est. cōstans passib⁹. c. xxv. Hoc primū herculē statuisse dicūt. eūqꝫ eo spacio determinasse q̄ȯ ipse sub vno spū cōfecisset. ac ꝑinde stadiū appellasset. q̄m i fine respirasset. simulqꝫ ⁊ stetisset. Via est q̄ pōt ire vehiculū. ⁊ via dicta a vehiculoꝝ incursu. Nam duos act⁹ capit ꝓpter euntiū ⁊ veniētiū vehiculoꝝ occursū. Omnis autē via aut publica est. aut priuata. Publica ē quę in solo publico ē quę inter actus populo patēt. Hęc aut ad mare. aut ad oppida ptinet. Priuata ē quę vicino municipio data ē. Strata dicta quasi vulgi pedib⁹ trita. Lucreti⁹; Strataqꝫ iam vulgi pedib⁹ detrita viaꝝ. Ipsa est ⁊ dilapidata. id est lapidib⁹ strata. Primi aūt pēni dicūtur lapidibus vias strauisse. postea romani eas ꝑ oēm pene orbē disposuerūt. ꝓpt᷑ rectitudinē itinerū. ⁊ ne plebs eēt ociosa. Agger ē media stratę eminētia coaceruatis lapidibus strata. ab aggere. id est coaceruatiōe dicta. quā histořici viā militarē dicūt. ut q̄lis sępe vię deprensus i aggere serpens. Iter uel itus est via qua iri ab hoīe quaqua versū pōt. Iter aūt ⁊ itiner diuersam habēt significationē. Iter enī est locus transitu facilis. vnde ⁊ appellam⁹ aditū. Itiner aūt ē itus lōgę vię ⁊ ipse labor ambulandi. ut quo velis peruenias. Semita itineris dimidiū ē. a semi itu dicta. Semita aūt hoīuꝫ ē. callis ferarū ⁊ pecudū. Callis ē iter pecudū inter montes angustū ⁊ tritum. a callo pedum vocatū. siue callo pecudū ꝑduratū. Tramites sūt trāsuersa in agris itinera siue recta via. dicti ꝙ transmittāt. Diuortia sūt flexus viaꝝ. hoc ē vię in diuersa tendentes. eadē diuerticula sunt. hoc ē diuersę ac diuisę vię siue semitę transuersę. quę sunt alterę vię. Biuiū q: duplex ē via. Compeťa. q: plures in ea cōpetunt vię. q̄si triuię. quatriuię. Ambit᷑ inť vicinoꝝ ędificia locus duoꝝ pedū ⁊ semi pedis. ad circūeundi facultatē relictus. ⁊ ab ambulādo dictus. Orbita vestigium carri ab orbe rotę dicta. Porro act⁹ quo pecus agi solet. Cliuosum iter flexuosū. Vestigia sūt pedū signa primis plātis expressa. vocata ꝙ his vię pręcurrētiū īnstigent᷑. id est cognoscantur.

Incipit liber sextusdecimus

De puluerib⁹ ⁊ glebis terrę Cap. I.

P ulvis dictus ꝙ vi venti pellatur. Tollitur enim eius flatu nec resistit nec stare nouit. sicut ait ꝓpheta: Tanq̄ puluis quē proijcit ventus a facie terrę. Limus vocatus ꝙ lenis sit. Cęnū est vorago luti. Cinis ex incēdio dicit᷑. Ab eo enim fit fauilla ꝙ ꝑ ignē effecta sit. Nam fos ignis ē. Gleba. ꝙ sit globus. Pulueris enī collectiōe cōpingitur ⁊ in vno glomere adunat᷑. Terra autē ligata gleba ē. soluta puluis. Labina eo ꝙ ambulantib⁹ lapsū inferat. dicta ꝑ deriuationē a labe. Lutum vocatū q̄dā ꝑ antiphrasin putāt. ꝙ nō sit mundū. Nā omne lotū mundū ē. Volutabra appellata. ꝙ ibi apri volutent᷑. Uligo sordes limi uel aquę sūt. Sabulū leuissimū terrę genus. Argylla ab argis vocata apud quos primū ex ea vasa cōfecta sunt. Creta ab insula creta vbi melior ē. Creta cymolia. candida ē. a cymea italię insula dicta. quarum altera vestimentorum preciosos colores emollit. ⁊ confricato sulphure. quodā nitore exhilarat. altera gemmis nitorem pręstat. Creta argētarea. ⁊ ipsa cādida appellata. eo ꝙ nitorē argēto reddat. Terra samia a samo isula dicta. glutinosa. ⁊ candida ⁊ linguę lenis. medicamentis ⁊ vasculis necessaria. Puluis puteolanus in puteolanis italię colligit᷑ collibus. opponiturqꝫ ad sustinenda maria. fluctusqꝫ frangendos. Nā mersus aquis protinus lapis fit. vndisqꝫ quotidie fortior effectus ī saxum muratur. sicut argylla igne in lapidē vertitur. Sulphur vocatum quia igne accenditur. Ur enī ignis ē. Nam vis eius in aquis feruentibus sentitur. nec alia res facilius accendit᷑. Nascitur ī insulis eolijs. inter siciliam ⁊ italiā. quas ardere dicūt. Inuenit᷑ ⁊ in alijs locis effossū. Huius genera q̄tuor. Unū q̄ȯ fodit᷑ trāslucetqꝫ ⁊ viret. quo solo ex oībus medici vtunt᷑. Alterum q̄ȯ appellāt glebam. vsib⁹ tm̄ fullonū familiare. Tertiū liquor est. vsus eius ad lanas suffiendas. q̄m cādorē molliciemqꝫ pręstat. Quartū ad lychinia conficienda maxime aptū. Sulphuris tāta vis ē ut morbos comitiales deprhendat nitore suo impositus ignibus ardescens in calice vini. prunaqꝫ subdita circūferēs exardescentibus repcusso pallorem dirū velut defunctorū effundit.

De glebis ex aqua Cap. II.

B itumen in iudeę lacu asphaltide emergit. cui⁹ gleba supnatātes nautę scaphis appropinquātes colligunt. In syria aūt limus ē passim a terra exęstuās. Spissatura autē vtraqꝫ ⁊ dēsitate coeunt. ⁊ vtraqꝫ greci spissa asphalton appellāt. Natura eius ardens. ⁊ igniū cognata. ⁊ neqꝫ aqua neqꝫ ferro rumpit᷑. nisi solis muliebrib⁹ inquinamētis. vtilis ad cōpages nauiū. Alumē vocatū a luīe. ꝙ lumen colorib⁹ pręstat tingēdis. Est aūt salsugo tr̄ę. efficiturqꝫ hyeme ex aq̄ ⁊ limo. ⁊ ęstiuis solib⁹ maturatur. Hui⁹ species duę sūt. liquidū ⁊ spissum. Sal q̄dā dictū putāt ꝙ in igne exiliat. Fugit enī ignem dum sit igneus. sed naturā sequit᷑. quia ignis ⁊ aqua semꝑ inter se inimica sunt. Alij sal a salo ⁊ sole vocatum existimant. Nā aquis maris spōte gignitur spuma in extremis littorib⁹ uel scopulis derelicta.

⁊ sole decocta. Sunt ⁊ lacus ⁊ flumina ⁊ putei e quibus hauritur· dehinc in salinis ingestus so/le siccat̃. ẜ ⁊ flumina densant̃ in sale· amne reliquo sub gelu fluente. Alibi q̃ꝫ detractis harenis colli/git̃· crescẽs cũ lunę noctib⁹. nã i cyrenica hammo/niacus sub harenis īuenit̃. Sũt ⁊ montes natiui salis in quibus ferro cęditur· ut lapis renascens maius tantę alicubi duritię· ut muros domosqꝫ massis salis faciant· sicut in arabia. In natura quoqꝫ salis differentię sunt. Nam alibi suauis· alibi salsissim⁹. cõmune sal in igne crepitat. Tra/gaseũ· nec crepitat in igne nec exilit. Agrigẽtinũ sicilię flammis patiens· in aqua exilit· ĩ igne fluit cõtra naturã. Sũt ⁊ coloꝝ differẽtię. Mẽphitic⁹ rufus est. In parte quadã sicilię vbi ętna mons ẽ purpureus. Item in eadẽ sicilia in pachyno adeo splendid⁹ ⁊ lucidus ut imagines reddat. In cap/padocia crocinus effodit̃. Salis natura necessa/ria est ad oẽm escam. Pulmentis enĩ saporẽ dat· excitat auiditatẽ. ⁊ appetitũ in oĩb⁹ cibis facit. Ex eo quippe omnis victus delectatio ⁊ sũma ilari/tas. Hinc ⁊ salus nomẽ accepisse putatur. Nihil enĩ vtilius sale ⁊ sole. Deniqꝫ cornea videm⁹ cor/pora nauticoꝝ· q̃ꝫ etiã pecudes· armẽta ⁊ iumẽta sale maxime ꝓuocant̃ ad pastũ· multũ largiores lacte· multoqꝫ gratiores casei dote. Corpora etiã sal astringit siccat ⁊ alligat. Defũcta etiã a putre/scendi labe vindicat ut durent. Nitrũ a loco sũ/psit vocabulũ. Nascitur enĩ in oppido uel regione ęgypti nitria· ex quo ⁊ medicinę fiũt. ⁊ sordes cor/poꝝ vestiũqꝫ lauãtur. Hui⁹ natura nõ multũ a sa/le distat. habet enĩ virtutẽ salis. ⁊ similiter oritur canescẽtib⁹ littorib⁹ siccitate. Aphronitrũ grece· latinę spuma nitri ẽ· de quo quidã ait. Rustic⁹ es nescis quid greco noĩe dicar· spuma vocor nitri. Grecus es ⁊ aphronitrũ. Colligitur autẽ in asia in speluncis distillans· dehinc siccat̃ sole. Optimũ putat̃ si minime fuerit põderosũ. ⁊ maxime fria/bile· colore pene purpureo. Chalcanthũ dictũ· q: chalcidis ẽ timũ. id est flos. vnde ⁊ apud latinos aeris flos appellatur. Fit aũt nũc multis ĩ regio/nib⁹· olim ĩ hispania de puteis uel stagnis· id ge/nus aquę habentib⁹ quã decoquebant. ⁊ in pisci/nas ligneas fundebant appendẽtes sup eas restes lapillis extentas quib⁹ lim⁹ in similitudine vitreis acinis adhęrebat· sicqꝫ eiectũ siccabat̃ dieb⁹. xxx. Fit aũt nũc alibi in speluncis· qđ liquide collectũ dehinc diffusũ in quosdã botros solidat̃. fit ⁊ in scrobib⁹ cauatis quaꝝ e lateribus decidẽtes guttę coalescũt. fit ⁊ salis modo ex flagrantissimo sole Adeo aũt cõstrictę virtutis ẽ· ut i leonũ ⁊ vrsorũ ora sparsum tantã vim habeat ad stringendũ ut non valeant mordere.

De lapidib⁹ vulgarib⁹ Cap. III.

Lapis a terra tãꝑ densior etiã vulgo di/scernit̃. Lapis aũt dict⁹ ꝙ ledat pedem. Lapis mollis ẽ ⁊ sparsus. Saxa herẽt ⁊ a montib⁹ excidũt̃. Petra grecũ est. Silex ẽ lapis durus· eo ꝙ exiliat ignis ab eo dict⁹. Scopulus a saxo eminẽti quasi a speculando dict⁹· siue a tegi/mento nauiũ σκεπάζειν. Spelea grece spelunca latine. Est aũt rupis cauata. Crepido ẽ extremi/tas saxi abrupti. vnde ⁊ crepido vocata ꝙ sit ab/rupti saxi altitudo· sic: hęret pede pes densusqꝫ. vnde ⁊ vocat̃. Cautes aspera saxa ĩ mari· dictę a cauẽdo· q̃si caute. Murices petrę ĩ littore· simi/les muricis viuis acutissimę ⁊ nauibus ꝑnitiosę. Icon saxum ẽ qđ humanę vocis sonum captans etiã verba loquẽtiũ imitat̃. Icon aũt grece latine imago vocat̃· eo ꝙ ad vocẽ respondẽs· alieni effi/citur imago sermonis. licꝫ hoc quidẽ ⁊ locoꝝ na/tura eueniat· ac plerũqꝫ cõuallĩũ. Calculus est la/pillus terrę admixt⁹· rotũdus atqꝫ durissim⁹ ⁊ oĩ puritate lenissim⁹. Dictus aũt calcul⁹· ꝙ sine mo/lestia breuitate sui calcet̃· cui cõtrari⁹ ẽ scrup⁹. la/pillus minut⁹ ⁊ asper· q̃ si inciderit in calciamẽtũ nocet. ⁊ molestia ẽ aĩo. vñ ⁊ molestiã animi scru/pulũ dicim⁹. hinc ⁊ scrupea saxa· id ẽ aspera. Cos nomen accepit ꝙ ferrũ ad incidendũ acuat. Cos enĩ greco ꝓmone incisio noĩat̃. Ex his alię aqua/rię sunt. alię oleo indigẽt in acuendo· ẜ oleũ lenẽ· aquę aciẽ acerrimã reddũt. Pumex vocatur· eo ꝙ spumę densitate concret⁹ fiat. ⁊ ẽ aridus· cando/re paruus· tantãqꝫ naturã refrigerandi habens· ut in vase missus musta deferuere desinant. Ru/dos artifices appellãt lapides cõtusos ⁊ calci ad/mixtos· quos in pauimẽtis faciendis supfundũt· vnde ⁊ rudera dicũt̃. Gypsũ cognatũ calci ẽ. ⁊ est grecũ nomẽ. plura eius genera. Omniũ aũt opti/mũ lapis specularis. Est enĩ signis ędificioꝝ ⁊ co/ronis gratissim⁹. Calx viua dicta· q: dũ sit tactu frigida· intus occultũ cõtinet ignẽ. Vñ ⁊ ꝑfusa aq̃ statim latens ignis erũpit. Natura ei⁹ mirũ ali/quid facit. Postq̃ enĩ arserit aquis incẽdit̃ quib⁹ solet ignis extingui· oleo extinguit̃· q̃ solet ignis accẽdi. Vsus ei⁹ structuris fabricę necessari⁹. Nã lapis lapidi nõ põt adhęrere forti⁹· nisi calce cõn/iunctus. Calcis e lapide albo ⁊ duro melior stru/cturę· ex molle vtilis tectoriis. Arena ab aridita/te dictã nõ ab adherendo ĩ fabricis ut quidã vo/lunt. Huius probatio· si manu impssa stridat· aut si in vestẽ candidã sparsa nihil sordis relinquat.

De lapidib⁹ insignioribus Cap. IIII.

Magnes lapis indic⁹ ab inuẽtore vocat⁹. Fuit aũt in india primũ repertus clauis crepidaꝝ baculiqꝫ cuspidi hęrẽs cum ar/menta idẽ magnes pasceret· postea ⁊ passim īuent⁹ Est aũt colore ferrugine⁹. ẜ ꝓbat̃· cũ ferro adiũ/ctus eius fecerit raptũ. Nã adeo apphendit fer/rũ ut catenã faciat anuloꝝ vnde ⁊ eũ vulg⁹ ferrũ viuũ appellat. Liquorem quoqꝫ vitri ut ferrũ tra/here credit̃. Cui⁹ tanta vis est ut refert beatissim⁹ augustin⁹ ꝙ q̃dã eundẽ magnetẽ lapidẽ tenuerit sub vase argenteo· ferrũqꝫ sup argentũ posuerit· deinde subter mouente manu cum lapide· ferrum cursum desup mouebat̃. Vnde factũ est ut i teplo

quodā simulacrū ex ferro pendere in aere videre/tur. Est quippe et alius in ethiopia magnes q ferrum non ambit. sed respuit. Omnis aūt magnes tanto melior est. quāto magis ceruleus ē. Gagates lapis primū inuentus est i sicilia gagatis fluminis fluore reiect⁹. vnde et noiat⁹. licet i britannia sit plurimus. Est aūt niger. plan⁹. leuis. et ardens igni admot⁹. Fictilia ex eo scripta nō delent incēsus serpētes fugat. demoniacos pdit. virginitatē dep̄hendit. mirū q accendit aqua. oleo restinguitur. Abeston arcadie lapis ferrei coloris ab igne nomē sortitus. eo q accensus semel nūq extinguit. De quo lapide mechanicum aliqd humana ars molita est. q gentiles capti sacrilegio mirarent. Deniq in templo quodā fuisse veneris fanū dicunt. ibiq candelabrū et in eo lucernā sub diuo sic ardētē ut eā nulla tēpestas nullus imber extinguerer. Pyrites psic⁹ lapis fulu⁹. acris similās qlitatē. ita ē dict⁹ qm̄ plurim⁹ illi sit ignis. sique facile scintillas emittit. hic tenentis manū si vehemēti⁹ premat adurit; pter qd ab igne nomē accepit. Est alius pyrites vulgaris quē viuū lapidē appellāt. q ferro uel lapide pcussus. scintillas emittit. q excipiunt sulphure uel alijs fungis uel folijs. et dicto celerius prebet ignē. Hunc vulgus focarē petrā vocat. Selenites latine lunaris interptat. eo q interiorē ei⁹ candorē cū luna crescere atq deficere aiunt. gignitur in psida. Dionysius lapis fuscus et rubentib⁹ notis sparsus. Vocatur aūt ita. q: si aque mixt⁹ cōterat vinū fragrat. et q in illo mirū est ebrietati resistit. Tracius niger et sonorus nascit in flumine. cui⁹ nomē est pontus i equitia. Phrygius lapis ex loco traxit vocabulū. Nascit eni i phrygia. colore pallidus. mediocrit grauis. Est aūt gleba pumicosa. Urit antea vino pfusus. flatusq follibus donec rubescat. ac rursus dulci vino intingit. ternis vicib⁹ tingēdis vestibus tm̄ vtilis. Syri⁹ lapis a syria vbi repit appellatus. hic integer fluctuari tradit. cōminut⁹ mergi. Arabicus similis ē ebori sine vlla macula. Hic defricat⁹ ad cutē sucū dimittit croco similē. Judaicus lapis albus ē atq in sceniate grādis scripturis sibinuicē modulatus. quas greci grāmas appellāt. Samius a samo insula vbi repitur vocatus. et est grauis et candidus. poliendi aurū vtilis. Mēphitis vocat⁹ a loco egypti. et ē gēmātis nature. Hic trit⁹ atq in his que vrenda sūt et secāda ex aceto illinit⁹ ita obstupescere facit corp⁹ ut nō sentiat cruciatū. Sarcophagus lapis dict⁹ eo q corpa defunctor condita in eo infra. xl. dies absumunt. σαρξ enim grece caro dicit. φαγειν comedere. Nascit aūt i troade. fissiliq vena scindit. Sūt et eiusdē generis in oriēte saxa. que etiā viuētib⁹ alligata erodūt corpa. mitiores aūt seruādis corpib⁹ nec absumēdis. Hematites appellatus eo q cote resolut⁹ i colorē veniat sanguinis Est aūt admodū liuid⁹. Est et ferrugineus. Nascit i vltima egypto. babylonia et hispania. Andrmisdamant⁹ colore niger. pondere et duritia insignis. vnde et nomē traxit. precipuus repitur in africa. Trahere autē in se argentū uel es dicitur. atq attrit⁹ ut hematites in colorē redigit sanguinis. Ischistos inuenit i vltima hispania. croco similis cū leui fulgore. facile fricabilis. Amiātbon appellat⁹ a veterib⁹. eo q si ex ipso vestis fuerit cōtacta cōtra ignē resistat. et igni imposita nō ardeat. sed splēdore accepto nitescat. et ē scissi aluminis similis. veneficijs resistens oib⁹. specialit magor. Batrachites lapis similis ē teste laminose scissibilis. Gallactites colore cinereus. gustu suauis. sed ideo vocat⁹ q quiddā de se lacteū attritus dimittat. Obsius lapis niger est translucidus. et vitri habens similitudinē. et ponit in speculis parietū pter imaginū vmbras reddēdas. Gemmas multi ex eo faciunt. Nascit in india et in samo italie. Mitridas lapis euphratis sole repcuss⁹ colorib⁹ micat varijs. Ethytes lapides repiuntur i nidis aquilar. aiunt binos inueniri. marē et feminam. nec sine his parere aquilas. Horū mascul⁹ durus similis galle subrutilis. feminecus aūt pusillus ac mollis. Alligati partus celeritatē faciūt. etiā aliquib⁹ vulue excidūt nisi cito parturientib⁹ auferant. Fingites cappadocie lapis. duritia marmoris. candidus atq trāslucēs. ex quo quondā templū constructū est a quodā rege forib⁹ aureis. qb⁹ clausis claritas itus diuturna erat. Emites lapis ebori similis in quo dariū cōditū fertur. parioq similis candore et duritia. min⁹ tm̄ ponderosus. q purus vocat. Ostracites vocatus q similitudinē teste habeat. vsus eius p pumice. Melanites lapis dict⁹ eo q melleū et dulcē sucū emittat. Hilinris lapis asper et indomit⁹. et oia atterēs. ex q lapide gēme terunt. Chrysites colore similis ocree. inuenit in egypto. Amites sīlis nitro. sed durior. gignitur in egypto et arabia. nascitur in ethiopia veluti viridis. sed lacteus cū resoluit. remordēs vehemēter. Coran⁹ albus est duriorq pario. Moloti⁹ veluti viridis et grandis. inuenit in egypto. Tusculan⁹ a loco italie dict⁹. dissiliri igne tradit. Sauin⁹ lapis fuscus. addito oleo etiā lucere fert. Est et quidā viridis lapis vehement igni resistēs Sifinius mollis et candidus. sed calefact⁹ oleo nigrescit atq durescit. Lapides quoq medicinaliū mortarior et pigmentor vsibus apti. edesius precipuus. et inde colaticus. Thebaicus qz et basanites lapides nihil ex sese remittentes. Specularis lapis vocatus ē q vitri more transluceat. repertus primū i hispania citeriore. et circa segobricā vrbē Inuenit eni sub terra. et effossus excidit atq finditur in quaslibet tenues crustas.

De marmoribus Cap. v.

Post lapidū genera veniem⁹ ad marmora. Nam inter lapides et marmora differentia ē. Nā marmora dicūt eximij lapides q maculis et colorib⁹ cōmedāt. Marmor sermo grecus ē. a viriditate vocatus. et q̄uis postea

⁊ alij colores inueniantur·nomē tñ pristinū a viriditate retinuerūt. Marmorū colores ⁊ genera innumerabilia sūt. Non tñ oia e rupib⁹ exciduntur·ꝫ multa sub terra sparsa sūt ⁊ preciosissimi generis·sicut lacedęmoniū viride cūctisq̧ ilari⁹·reptū prius apud lacedęmones vnde ⁊ vocabulū traxit. Ophites serpētiū maculis simile ē.vnde ⁊ vocabulū sumpsit. Duo ei⁹ genera·molle cādidum·nigrū durū. Augusteū ⁊ tiberiū in ęgypto augusti ⁊ tiberij primū principatu reperta sunt. Differentia coꝝ est ab ophite·cū illud ut prediximus serpētiū maculis sit simile·hec maculas diuerso modo colligunt. Nam augusteū vndatim est crispū in vertices·tiberiū sparsa nō cōuoluta canitie. Purpurites ex ęgypto ē rubens cādidis interuenientib⁹ punctis. Nois eius causa·ꝙ rubeat ut purpura. Basanites ferrei coloris siue duritia.vnde ⁊ nomen ei datū est.inuentus in ęgypto ⁊ ęthiopia. Alabastrites lapis candidus·intertinctus varijs coloribus·ex quo euāgelici illi⁹ vnguēti vasculū fuit. Cauāt eni hūc ad vasa vnguentaria·qm̄ optime seruare incorrupta dicitur Nascit̄ circa thebas ęgyptias ⁊ damascū syrię cęteris candidior·ꝓbatissimus v̄o in india. Parius cādoris eximij·lychnites cognomento.hic apud paron insulam nascitur.vnde ⁊ pari⁹ nuncupatus. Magnitudo ei⁹ qua lances craterasq̧ non excedat. Unguentis ⁊ ipse aptus. Coralliticus in asia repertus mēsura nō vltra cubitos binos·candore ꝓximo eboris·ad quandā similitudinem e diuerso niger. Alabandic⁹ terrę suę noie nūcupatus purpurę aspectu similis. Iste i oriēte igni liquat̄·atq̧ ad vsū vitri funditur. Thebaicus intertinctus aureis guttis īuenitur in parte ęgyptia·scripr⁹ coticulis ad terenda collyria quadam vtilitate naturali cōueniens. Sienites circa sienen uel thebas nascit̄·trabes ex eo fecisse reges phibēt̄. Marmora aūt quę i officinis sūt·rupib⁹ gignuntur·ex quibus iste sienites·diuersi coloris maculis distinct⁹ ē·cui⁹ primū vsū insulę cyclades dederunt. Lesbius liuidior ē paulo huic·ꝫ ⁊ ipse diuersi coloris maculas habēs. Corintheus amoniacę guttę similis cum varietate diuersoꝝ coloꝝ corintho ꝑmū reptus·ex eo colūnę ingētes liminaq̧ fiūt ac trabes. Charysteū·viride optimū nomen ab aspectu habens·eo ꝙ gratū sit his qui gēmas sculpunt.eius eni viriditas reficit oculos Numidicū marmor numidia mittit ad cutē sucū dimittit·croco similē.vnde ⁊ nomen accepit·non crustis·ꝫ in massa.⁊ liminū vsū aptū. Lucullcum marmor nascitur in chio insula cui lucullus consul nomen dedit·qui delectatus illo primū romā īuexit·soluq̧ pene hoc marmor ab amatore nomen accepit. Est ⁊ limensis·tephria appellatus·colore cineris·cuius lapidis alligatio cōtra serpentes laudatur. Ebur·a barro id est elephanto dictum. Horatius: Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris.

De gemmis Cap. VI.

Post marmorū genera gemmę sequūtur·quę multū auro decorē tribuūt venustate colorū. Primordia earū a rupe caucasi. Fabulę ferunt ꝓmetheū primū fragmēta saxi eiusdem inclusisse ferro ac digito circūdasse.hisq̧ initiū cepisse anulū atq̧ gemmā. Genera gēmaꝝ innumerabilia esse tradūt̄·e quib⁹ nos ea tm̄ quę ꝑncipalia sūt siue notissima annotabim⁹. Gēmę vocatę ꝙ instar gūmi translucēāt. Preciosi lapides ideo dicti sūt·q: care valent·siue ut a vilibus discerni possint·seu ꝙ rari sint. Omne enim qḋ rarū ē·magnū ⁊ preciosū vocat̄·sicut ⁊ i samuelis volumine legitur: Et sermo domini preciosus erat in isrl̄·hoc est rarus.

De viridioribus gemmis Cap. VII.

Omniū gēmaꝝ virentiū smaragdus ꝑncipatū habet. Cui veteres tertiam post margaritas ⁊ vniones tribuūt dignitatem. Smaragdus a nimia viriditate dicit̄. Omē eni satis viride smaragdū dicit̄. Nullis eni gēmis uel herbis maior ꝙ huic austeritas ē. Nam herbas virētes frondesq̧ exuperat·īficiēs circa se viriditate repcussum aerē. Sculpentib⁹ q̄ȝ gemmas·nulla gratior oculoꝝ refectio ē. Cuius corpus si extētū fuerit sic speculū·ita imagines reddit. Quippe nero cęsar gladiatoꝝ pugnas i smaragdo spectabat. Genera eius .xij. sed nobiliores scythici·q̄ in scythica gēte reperiūt̄. Secūdū locū tenent bactriani. Colliguntur eni in cōmissuris saxoꝝ flāte aquilone. Tūc eni tellure detecta intermicant·q: his vētis harenę maxime mouent̄. Tertiū egyptij habēt. Reliqui i metallis ęrarijs inueniuntur·sed vitiosi. Nam aut ęre aut plumbo aut lapillamētis·uel salis similes notas habēt. Smaragdi aūt mero ⁊ viridi ꝑficiūt oleo q̄uis natura ībuant̄. Calcosmaragd⁹ dicta ꝙ viridis sit.⁊ turbida aereis venis. Hec in egypto uel cypro insula nascitur. Prasius.ꝓ viridante colore dictus·ꝫ vilis. Cui⁹ alterū gen⁹ sanguineis punctis abhorret. Tertiū distinctū virgulis tribus candidis. Berillus in india gignit̄·gētis suę lingua nomē habens·viriditate similis smaragdo·ꝫ cū pallore. Polit̄ aūt ab indis in sexangulas formas·ut hebetudo coloris repcussiōe angulorū excitet̄. Alter politus nō habet fulgorem. Genera eius nouem. Crisoberillus dictus eo ꝙ pallida eius viriditas in aureū colorē resplendeat.⁊ hūc india mittit. Crisopassus indicus ē colore porri sucū referens·aureis interuenientibus guttis vnde ⁊ nomen accepit·quem quidā berilloꝝ generis iudicauerūt. Iaspis de gręco in latinū viridis gēma interpretatur. Ias quippe viride·pinnasin gemma dicitur. Est aūt smaragdo subsimilis ⁊ crassi coloris. Species ei⁹ decē ⁊ septē. Uolunt aūt quidā iaspidē gemmā ⁊ gratię ⁊ tutelę eē gestātib⁹.qḋ credere nō fidei·ꝫ supstitiōis est. Topazion·ex virenti genere ē omniq̧ colore

resplendens. inuenta primū in arabię insula. in q̄ troglodytę predones. fame & tempestate fessi. cū herbarū radices effoderent eruerūt: Que insula postea quęsita nebulis cooperta. tandē a nauigantibus inuēta est. Sz ob hoc locus & gēma nomē ex causa accepit. Nā topaçin trogloditarū lingua significationē habet quęrendi. Est aūt amplissima gēmarū. eadē sola nobiliū limā sentit. Genera eius duo. Callaica colore viridis sed pallens & nimis crassa. nihil iocūdius. aurū decens. vnde & appellata. Nascit̄ in india uel germania in rupib⁹ gelidis oculi modo extuberās. Molochites spissius virens. & crassior ꝙ̄ smaragdus. a colore maluę nomē accepit. i reddendis laudata signis. nascit̄ in arabia. Eliotropia viridi colore & nubilo stellis puniceis supsparsa cū sanguineis venis. Causa nois de effectu lapidis est. Nam deiecta i labris ęneis radios solis mutat sanguineo repcussu. Extra aquā aūt speculi modo solē excipit. deprehēditq3 defectus ei⁹ subeuntē lunā ostendens magorū impudētię. Manifestissimū in hoc q3 exemplū est. ꝙ admixta herba eliotropio quibusdā additis precantationib⁹ gerentē conspici negāt. Gignit̄ i cypro & africa. ꝭ melior i ethiopia. Sagda gēma prasini coloris apud chaldęos Cui⁹ tanta vis est ut pmeantes naues e pfundo petat. & carinis ita tenaciter adhęreat. ut nisi abrasa pte ligni vix separet̄. Myrrhites dicta ē ꝙ in eo myrrhę color est. Compressus aurē vsq3 ad odorē nardi spirat suauitatē aromatis. Repit̄ in arabia uel ęgypto. myrrhę coloris & odoris. vnde & nomen accepit. Melecros. bicolor ex vna parte viridis. ex altera melli similis. Coaspis. a flumine psarū dicta est ex viriditate fulgoris aurei.

De rubris gēmis Cap. VIII.

Corallius gignit̄ i mari rubro forma ramosus. colore viridis. & maxime rubens Bace ei⁹ uel vię candidę sub aqua & molles. detractę confestim durant̄ & rubescūt. tactuq3 ptinus lapidescūt. Itaq3 occupari euelliq3 retib⁹ solet aut acri ferramēto precidi. qua de causa corallius vocitat̄. Quantū aūt apud nos margaritum indicū preciosum ē. tantū apud indos corallū. Hūc magi fulminib⁹ resistere affirmāt. si credit̄. Sardius dicta. eo ꝙ pmū repta sit a sardis. hęc rubrū habet colorem. marmorib⁹ prestās. sed inter gēmas vilissima. Genera ei⁹ quinq3. Onyx appellata ꝙ habeat in se pmixtū candorē i similitudinē vnguis humanę. Greci eni vnguē onycē dicūt. Hanc india uel arabia gignit. distant autē inuicē. Nā indica igniculos habet albis cingentibus zonis. arabica aūt nigra est cum candidis zonis. Genera ei⁹ qnq3. Sardonyx ex duū nominū societate vocata est. Est eni ex onycis candore & sardo. Cōstat aūt tribus colorib⁹. subteri⁹ nigro. medio candido. supius minio. Hęc sola i signando nihil cerę auellit. Repitur aūt apud indos & arabes detecta torrētib⁹. Genera ei⁹ qnq3.

Hematites rubore sanguine⁹ ac ꝓpterea hematites vocatus. Hema quippe sanguis est. Gignit̄ in ethiopia quidē. ꝭ principalis i arabia & i africa inuenit̄. De qua pmittūt magi quiddā ad coarguendas barbarorū insidias. Sucinus quē appellant greci electron fului cereiq3 coloris. fertur arboris sucus esse. & ob id sucinū appellari. Electrū autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Nāq3 phetonte fulminis ictu interempto. sorores ei⁹ luctu mutatas in arbores populos lachrymis electrū omnibus ānis fundere iuxta eridanū amnē. & electrū appellatum. qm̄ sol vocitatus sit electron plurimi poetę dixerūt. Cōstat aūt nō esse sucum populi ꝭ pineę arboris. Nā accensus tede nidore fragrat. Nascit̄ aūt in insulis oceani septētrionalis. sicut gūmi. densatq3 ut crystallum rigore uel tēpore. Ex ea fiūt decoris grā agrestiū feminarū monilia. Uocari aūt a quibusdā harpaga eo ꝙ attritu digitorū accepta caloris anima folia paleasq3 & vestiū fimbrias rapiat. sicut magnes ferrum. Quocūq3 aūt modo libeat tingit̄. Nam aucuse radice cōchylioq3 inficitur. Ligurius vocatus. ꝙ fiat ex vrina lyncis bestię tēpore indurata. Est aūt sicut & sucinū fulua. attrahēs spiritu folia ꝓpinquantia.

De purpureis Cap. IX.

Inter purpureas gemmas principatum amethist⁹ indicus tenet. Amethist⁹ purpureus est. pmixto violaceo colore. & q̄si rosę nitore. & leniter quasdā flāmulas fundēs. Alterū ei⁹ genus descendit a hiacynthis. Causā nominis ei⁹ asserūt. q̄si sit quiddā in purpura illi⁹ nō ex toto igneū ꝭ vini colorem habens. Est aūt sculpturis facilis. Genera ei⁹ quinq3. Saphirus ceruleus est cū purpura. habens pulueres aureos sparsos. optimus apud medos. nusꝙ̄ tñ plucidus Hiacynth⁹ ex nois sui flore vocat̄. Hic i ethiopia inuenit̄. ceruleū colorem habens optimus q̄ nec rarus est. nec densitate obtusus. ꝭ ex vtroq3 temperamento lucens purpuraq3 refulgens. hic autē non rutilat ęqualiter. sed cum facie celi mutatur. Sereno enim perspicuus est atq3 gratus. nubilo coram oculis euanescit atq3 marcescit. in os missus frigidus est. in sculpturis durissimus. nec tamen inuictus. Nam adamāte scribitur & signat̄. Hiacynthiçonta indicus est. hiacynthū ꝓpe referens. Quidā autem eorū crystallis similes capillamentis intercurrentibus obscurant̄. ex quo etiā vitio nomen illorū est. Amethistiçontas appellatur. quia eius extremus igneul⁹ in amethisti violam exit. Celidonia ex hirūdinū vocata colore. & duorū est generum: quarū vna ex altera parte purpurea. & alia purpurea nigris interuenientibus maculis. Cyanea scythię gēma. ceruleo coruscans nitore purpura interdum & pūctulis intermicantibus auratis puluisculis varians. Rhoditis rosea est & ex eo nomen accepit.

De candidis Cap. x.

Margarita prima candidarū gēmarū· quā inde margaritā aiūt vocatam· q in conculis marinis h genus lapidū inueniat. Inest eni i carne cochlee calcul⁹ nat⁹· sicut i carne ostree preciosissima margarita repiri dicat· uel sic i cerebro piscis lapillus. Gignit aūt de celesti rore· quē certo anni tempore cōcule hauriunt. Ex quibus margaritis quedā vniones vocant· aptū nomen habētes· q tm̄ vnus nūq duo uel plures simul repiant. Meliores autē candide margarite· q̄ que flauescūt. Illas eni aut iuuentus· aut matutini roris conceptio reddit candidas. has senectus· uel vespertinus aer gignit obscuras. Pederus secūda post margaritā candidarū gēmarū· de q̄ querit i q̄ colore numerari debeat· toties iactati p alienas pulchritudines nois adeo ut decoris prerogatiua vocabulo facta sit. Asterites gēma candida est· inclusam lucē continens· veluti stellā intus ambulantē· redditq3 solis candidantes radios· vnde ⁊ nomen accepit. Galactites lactea est que attrita reddit sucum albū· ad lacteū saporem feminis nutrientib⁹ illigata fecundat vbera. Infantū q̄3 collo suspensa· saliuam facere fert· in ore aūt liquescere ⁊ memoriā adimere. Mittunt eam nilus ⁊ achelous amnes. Sūt q̄ smaragdū albis venis circūligatum galactiten vocant. Galarias grandinis ⁊ candorē prefert ⁊ figurā· duritia q̄3 inuicta ut adamas· etiā in igne posita manet suū frigus. Solis gemma candida est· traxitq3 nomen q ad solis speciē in orbem fulgētes spargit radios. Selenites trāslucet candido melleoq3 fulgore continens lune imaginē· quā iuxta cursum astri ipsius phibent in dies singulos minui atq3 augeri. nascit in psida. Cymedia inuenit in cerebro piscis eiusdē nois· candida ⁊ oblonga. Pressagire bis ferūt magi signa trāqllitatis uel tempestatis. Beloculus albicans pupillā cingit nigram e medio aureo fulgore lucentē: ⁊ pter speciem assyriorū regi belo dicatā· vnde ⁊ appellatā. Epimelas dicit· cū i candida gēma supne enigricat color· vnde ⁊ nomen habet. Exeben⁹ speciosa ⁊ candida· qua aurifices aurum poliunt.

De nigris Cap. xi.

Achates repta primū in sicilia iuxta flumen eiusdem nois. postea plurimis i terris. Est aūt nigra habens in medio circulos nigros ⁊ albos iunctos ⁊ variatos similis hematiti. Magi suffitu earū si credit tempestates auertūt· flumina sistūt. Absictos nigra ⁊ ponderosa distincta venis rubentibus. Hec excalefacta igni septē diebus calorem tenet. Egyptilla nigra est radice cerulea facie· ex egypto vbi inuenit vocata. Medea nigra est· a medea illa fabulosa inuenta. Habet venas aerij coloris· sudorem reddit croci· saporē vini. Veientana italica gēma est a veientib⁹ repta· nigra facie· albis intermicātibus notis. Bariptos nigra est cū sanguineis ⁊ albis notis. Meramelas nigra vena· quelibet colorem secans p mediū. Veneris crinis nigerrimi nitoris· continens in se speciē rufi crinis. Tricuus ex africa nigra est. s3 tres sucos reddit· ab radice nigrum· e medio sanguineū· e sūmo ocree. Dionysia nigris mixtis rubentib⁹ notis· ex aqua trita· vinum fragrat. ⁊ odore suo ebrietati resistere putat. Pyrites nigra quidē s3 attritu digitos adurit.

De varijs Cap. xii.

Pangrus varius ex omnib⁹ pene colorib⁹ constans· vnde ⁊ noiatur. Olea barbari nois ex fuluo ⁊ nigro viridiq3 ⁊ candido ē. Mitridax sole pcussa· colorib⁹ micat varijs· gignit i psida. Droselitus· varius· nois causa· q: si ad ignē applicet· velut sudorem mittit. Oppalus distinctus diuersarū colore gēmarū. Est eni in eo carbunculi tenuior ignis: amethisti fulgens purpura· smaragdi nitens viriditas ⁊ cūcta pariter sub quadam varietate lucentia. Nomen habet ex patria· sola eni eū parturit india. Pontice a ponto dicunt: genere diuerso· nūc sanguineis· nūc auratis guttis micantes: alie habentes stellas: alie longis colorū ductib⁹ lineate. Hexecontalithus i parua magnitudine multicolor· vnde ⁊ hoc nomen sibi adoptauit. Tam diuersis eni notis sparsus est: ut sexaginta gēmarū colores in paruo ei⁹ orbiculo deprehendant. nascit aūt in libya apud troglodytas. Murina apud parthos gignit: s3 precipua in germania. humorem sub terra putāt calore densatū· vnde ⁊ nomen sumpsit. Varietas eius in purpurā candoreq3 ⁊ ignem cū quibusdā colorū repcussionib⁹ quales i celesti arcu spectantur. Cuius contraria causa crystallū facit· gelu concreto vehementiore.

De crystallis Cap. xiii.

Crystallus resplendens ⁊ aquosus colore tradit: q nix sit glacie durata p annos· vnde ⁊ nomē ei greci dederūt. Gignit aūt in asia ⁊ cypro: maxime in septētrionū alpibus: vbi nec estate sol feruentissimus inuenit. Ideoq3 ipsa diuturna ⁊ ānosa duritia reddit hāc speciē que crystallus dicit. Hic oppositus radijs solis adeo rapit flāmam: ut aridis fungis uel folijs ignem prebeat. Vsus eius etiā ad pocula destinat. Nihil aūt aliud q̄ frigidum pati potest. Adamas indicus lapis paruus ⁊ indecorus· ferrugineū habens colorem ⁊ splendorem crystalli. Nūq aūt vltra magnitudinē nuclei auellane repertus. Hic nulli cedit materie· nec ferro quidem nec igni· nec vnq incalescit· vnde ⁊ nomen greca interpretatione indomita vis accepit. S3 dū sit inuictus ferri ignisq3 cōtemptor· hircino rumpit sanguine recenti ⁊ calido maceratur: sicq3 multis ictibus ferri pfringit. Cui⁹ fragmentis sculptores p gēmis insigniendis pforandisq3 vtuntur. Hic aūt dissidet cum magnete lapide: intantū ut iuxta positus ferrū nō patiat abstrahi magneti· aut si admotus magnes comprehenderit· rapiat

atq3 auferat. Fert̃ q̃3 ĩ electri ſimilitudine venena deprehendere· metus vanos expellere· maleficiis reſiſtere artibus. Genera eiꝰ ſex. Galatias grandinũ ⁊ candorẽ ⁊ figurã adamantine duritie habet. Etiã in ignẽ poſitus manet ſuũ frigus. Ceraunioꝝ duo genera ſũt. Unũ qđ germania mittit cryſtallini ſimile·ſplendet tñ ceruleo. ⁊ ſi ſub diuo poſitũ fuerit fulgorẽ rapit ſidereũ. Ceraunĩũ alterũ hiſpania in luſitanis littoribus gignit cui color pyropo rubẽti ⁊ qualitas ut ignis. Hec aduerſus vim fulgurũ opitulari fert̃·ſi credimꝰ. Dicta aũt ceraunia; qm̃ alibi nõ inuenit̃ q̃ȝ in loco fulminis ictui proximo. Grece enĩ fulmen ceraunos dicit̃. Iris apud arabiã in mari rubro naſcit̃ coloris cryſtallini; ſexangulata. dicta ex argumẽto iris. Nã ſub tecto pcuſſa ſole ſpecies ⁊ colores arcus celeſtis ĩ proximos parietes imitat̃. Aſtrion ex india eſt: cryſtallo ꝓpinqua· in cuꝰ centro ſtella lucet fulgore lune plene. Sumpſit autẽ nomen q̃ȝ aſtris oppoſita·fulgorẽ rapit ac egerit. Electria quaſi electoria. In ventriculis enĩ gallinatijs inuenit̃·cryſtallina ſpecie·magnitudine fabe. Hac ĩ certaminibꝰ iuictos fieri magi volũt·ſi credimꝰ. Enidros ab aqua vocata. Exundat enĩ aqua ita ut clauſam in ea putes fontaneam ſcaturiginem. Omniũ ardentiũ gẽmaꝝ principatũ carbũculus habet. Carbũculus aũt dictꝰ q̃ȝ ſit ignitꝰ ut carbo cuius fulgor nec nocte vincit̃. Lucet enĩ in tenebris·adeo ut flãmas ad oculos vibret. Genera eiꝰ duodecim·ſed preſtantiores qui vident̃ fulgere. ⁊ velut ignẽ effundere. Carbũculus aũt grece anthrax dicit̃. Gignitur ĩ libya apud troglodytas. Anthracites vocatus q̃ȝ ſit ⁊ ipſe coloris ignei ut carbunculꝰ; ſ; candida vena precinctus· cuꝰ ꝓpriũ eſt·q̃ȝ iactatꝰ in ignem·velut inter mortuos extinguit̃· at cõtra aquis pfuſus exardeſcit. Sandaſirus naſcit̃ in indis loco eiuſdẽ nois. Species eiꝰ q̃ȝ veluti intra lucido igne· intus fulgente auree gutte. Conſtat inter oẽs quãtus numerus ſtillarũ accedit: tanto ⁊ preciũ accedere. Lychnis ex eodem genere ardentiũ eſt·appellata a lucernarũ flagrantia. gignit̃ in multis locis·ſed pbatiſſima apud indos. Quidã eã remiſſiorẽ carbũculũ eſſe dixerũt. Huiꝰ duplex facies. vna que purpura radiat·altera que cocci rubore a ſole excalefacta·aut digitoꝝ attritu paleas ⁊ cartharum fila ad ſe rapere dicit̃. Sculpturis reſiſtit·ac ſi qñ ſculpta fuerit·dum ſigna imprimit·quaſi quodã aĩali morſu partẽ cere retentat. Genera eiꝰ q̃tuor. Carcedonia h̃ ẽ qđ ⁊ lychnis facere dicit̃·q̃ȝq̃ȝ multo vilior predictis. naſcit̃ apud naſamonas. imbre ut ferũt diuino. iuenit̃ ad repcuſſũ lune plene. Oĩa aũt genera ſua ſculpture reſiſtũt. Alabandina dicta ab alabanda aſie regione cuꝰ color ad calcedoniũ vadit·ſ; rarꝰ. Dracontides ex cerebro draconis eruit̃ que niſi viuenti abſciſa fuerit non igneſcit. Uñ ⁊ eam magi dormientibꝰ draconibꝰ amputãt. Audaces enĩ viri·explorãt draconũ ſpecus ⁊ ſpargũt ibi gramina medicata ad incitandũ draconũ ſoporem·atq3 ita ſomno ſopitis capita deſecant ⁊ gẽmas detrahũt. Sunt aũt candore tranſlucido. Uſu eaꝝ orientis reges precipue gloriant̃. Chryſopaſſus ethiopicus ẽ·quẽ lapidẽ lux celat·pdit obſcuritas. Nocte enim igneus eſt·die aureus. Phlogites ex pſida eſt oſtentãs intra ſe q̃ſi flammas eſtuantes que non exeant. Syrites vocata· qm̃ ĩ littore ſyrtiũ inuẽta pmũ ẽ in parte lucanie. Color eiꝰ croceus intus ſtellas continẽs elanguidas. ⁊ ſub nubilo renitẽtes. Exmiſcion inter gratiſſimas gẽmas aſpicit̃ ⁊ ex igneo colore radians auro·portans ſecũ in extremitatibꝰ candidã lucẽ.

De aureis Cap. xiiii.

SUnt quedã gẽmaꝝ genera ſpecie metalloꝝ uel lapidum cognominata. Chryſopis auꝝ tm̃ videt̃ eẽ. Chryſolithus auro ſimilis eſt·cum marini coloris ſimilitudine. hunc ethiopia gignit. Chryſolectrus ſimilis ẽ auro·ſ; in colorẽ electri vergens matutino tm̃ aſpectu iocũdus·rapaciſſimus igniũ. ⁊ ſi iuxta fuerit celerrime ãrdeſcẽs. Chryſolanſis ex auro ⁊ igne vocata. Aurea ẽ enĩ die ⁊ nocte ignea. hãc ethiopia gignit. Ammochryſus harenis auro intermixtꝰ. nũc brachtearũ nunc pulueris habet quadrulas· gignit̃ in pſida. Leochryſꝰ·colore aureo interueniẽte cãdida vena. Melectriſis dicta·q̃ȝ veluti p aurũ ſincerũ·ſic hec gẽma trãſluceat. Chryſocolla gignit̃ ĩ india·vbi formice eruũt aurũ. Eſt aũt auro ſimilis ⁊ habet naturam magnetis·niſi q̃ȝ augere aurũ tradit̃·vnde ⁊ nuncupat̃. Argirites ſimilis argẽto·habens ſtigmata aurea. Androdoma argenti nitorẽ habet. ⁊ pene adamas quadrata ſemp teſſeris. Magi putant nomen impoſitũ ab eo q̃ȝ animoꝝ impetus uel iracũdias domare ⁊ refrenare dicat̃·ſi credimꝰ. Gignit̃ ĩ mari rubro. Calcitis aerij coloris ẽ. Calcofanus nigra ẽ·ſ; lapidi illiſa eris tinnitũ reddit. Balanites duo ſunt genera·ſubuiridis ⁊ corinthee eris ſimilitudinẽ mediã ſecante flãmea vena. Sederitis a cõtemplatiõe ferri nihil diſſonat. In maleficijs quoquo modo ſi iferat̃ diſcordias excitat. Ideus dactylus ex inſula creta ẽ ferrei coloris·cauſa nominis eiꝰ·q: pollicẽ humanũ exprimit. Ethiopicꝰ ferrei coloris eſt·qui dũ terit̃ nigrũ ſucum emittit. Cimilianicꝰ ĩ eupbratis aluco legit̃·pconiſio marmori ſiſis·medio colore glauco·veluti oculi pupilla internitẽs. Arabica ex patria dicta·aſpectu eburnea eſt. Efeſtitis ſpeculi naturã habet in reddendis imaginibus q̃ȝq̃ȝ rutilet·experimentũ eius·ſi feruenti aque addita ſtatim refrigeret·aut ſi ſoli oppoſita aridã materiã accendat. naſcit̃ in corico. Oſtracites lapidoſus colore teſtaceo durior. Altera achati ſimilis niſi q̃ȝ achates politura pingueſcit. duriori tãta ineſt vis·ut alie gẽme ſculpant̃ fragmentis eius. Gloſſa petra ſimilis eſt lingue humane·vnde ⁊ nomẽ ſumpſit. Fert̃ aũt deficiente luna e celo cadere·cui non modicã

magi tribuūt potestatē. Nā ex eo lunares motus excitari putant. Sūt ⁊ quędam gēmarum genera cognominata ab aīalibus. Echites vipereas maculas exprimit. Carcine marini cancri coloris est. Scorpit. scorpionē ⁊ colore ⁊ effigie refert. Mirmicites formicę reptantis effigiem imitat̄. Tao pauoni est similis. Hieracites accipitris coloris. Ethites aquilę. Egoptalm⁹ caprino oculo similis. Licoptalmus quattuor colorū ex rutilo sanguineū. in medio nigrum. candidus cingit ut luporum oculus. Meconites papauer exprimit. Sūt ⁊ quędā gēmę quibus gentiles in supstitionibus quibusdā vtunt̄. Liperia suffita oēs bestias euocare tradūt. Anancitide i necromantia dęmonū imagines euocare dicūt̄. Sinocitide vmbras iferorum euocatas tenere pagani aiūt. Celonites ocul⁹ est indicę testudinis. varius ⁊ purpure⁹. Per hūc magi impositū linguę futura prenūciari fingūt. Bronia a capite testudinū e tonitruis cadi putat̄ ⁊ restinguere fulminis ictus. Hienia lapis in oculis hienę bestię inuenit̄. Qui si sub lingua hoīs subditus fuerit. futura eū precinere dicūt. Sed ⁊ corallius tempestati ⁊ grandini resistere fertur. Pontica est gēma quędā liuore plucida. habens stellas rubeas. iterdū ⁊ aureas. Dicūt p eā iterrogare dęmones ⁊ effugare. In qbusdā gēmarum generib⁹ veras a falsis discernere magna difficultas est. quippe cū inuentū sit ex vero genere alteri⁹ in alia falsa trāsducere. ut sardonices quę ternis glutinant̄ gēmis ita ut deprehendi nō possint. Fingūt eni eas ex diuerso genere. nigro candido minioqȝ colore. Nam ⁊ p lapide preciosissimo smaragdo quidam vitrū arte inficiūt. ⁊ fallit oculos subdole quędā falsa viriditas. quoadusqȝ non est qui pbet simulatum ⁊ arguat. sic ⁊ alia alio atqȝ alio modo. Neqȝ eni est sine fraude vlla vita mortaliū. Omnes aūt nō translucidas gēmas cęcas appellari. eo q densitate sua obscurent̄.

De vitro Cap. xv.

Vitrū dictū q visui pspicuitate transluceat. In alijs eni metallis quicqd intrinsecus continetur abscondit. in vitro vo quilibet liquor uel species qualis est interi⁹. talis exterius declaratur ⁊ quodāmodo clausus patet. Cuius origo hęc fuit. In parte syrię quę fęnicis vocat̄ finitima iudeę circa radicē montis carmeli palus est. ex qua nascit̄ belus amnis; quinqȝ miliū passuū spacio in mare fluens iuxta prolomaidem. cui⁹ harenę de torrente fluctu sordib⁹ eluunt̄. Hic fama est pulsa naue mercatorū nitri. cū sparsim p littus epulas pararēt nec essent p attollendis vasis lapides. glebas nitri ex naue subdiderūt. quib⁹ accensis pmixta harena littoris translucentes noui liquoris fluxisse riuos ⁊ hanc fuisse originē vitri. Mox ut est ingeniosa solertia non fuit contenta solo nitro sed ⁊ alijs mixturis hanc artē studuit. Leuib⁹ eni aridisqȝ lignis concoquit̄ addicto cupro ac nitro continuisqȝ fornacibus ut ęs liquat̄ massęqȝ fiūt. Postea ex massis rurs⁹ funduit in officinis. ⁊ aliud flatu figurat̄. aliud torno terit̄. aliud argēti modo cęlat̄. Tingit̄ etiā multis modis ita ut hiacynthos saphirosqȝ ⁊ virides imitet̄ ⁊ onyces. uel aliarum gēmarum colores. neqȝ est alia speculis aptior materia uel picturę accomodatior. Maximus tn̄ honor in candido vitro pximoqȝ in crystalli similitudine. Unde ⁊ ad potandū argenti metalla ⁊ auri repulit. Uitrū olim fiebat ⁊ in italia: ⁊ per gallias ⁊ hispaniam harena alba ⁊ mollissima pila molaqȝ terebatur. dehinc miscebat̄ tribus partib⁹ nitri pondere uel mensura. ac liquata in alias fornaces transfūdebat̄. Quę massa vocabat̄ admonitrum atqȝ hęc recocta fiebat vitrū purum ⁊ candidū. In genere vitri ⁊ obsianus lapis annumerat̄. Est aūt virēs interdum ⁊ niger aliqñ ⁊ translucidus. crassior visu. ⁊ i speculis parietū p imagine vmbras reddente. gēmas multi ex eo faciūt. Hūc lapidē ⁊ in india ⁊ i italia ⁊ ad oceanū in hispania nasci tradunt. Fert̄ aūt sub tiberio cęsare quendā artificē excogitasse vitri temperamentū ut flexibile esset ⁊ ductile. Qui dū admiss⁹ fuisset ad cęsarē. porrexit phialam cęsari. Quā ille indignat⁹ in pauimentū pięcit. Artifex aūt sustulit phialam de pauimento. quę complicauerat se tanq̄ vas ęneū. Deinde malleū de sinu ptulit ⁊ phialā correxit. Hoc facto cęsar dixit artifici. Nūquid ali⁹ scit hāc cōditurā vitrorum? Postq̄ ille iurans negauit alterū hoc scire. iussit eū cęsar decollari ne dū h̄ cognitum fieret. aurū p luto haberet̄. ⁊ omniū metallorum precia abstraheret̄. Et reuera q: si vasa vitrea nō frangerent̄ melius essent q̄ aurū ⁊ argentū.

De metallis Cap. xvi.

Metallū dictū grece ἀπο του μετα ἄλλα q natura eius ea sit ut vbi vna vena apparuerit; ibi spes sit alteri⁹ inquirendi. Septē aūt sūt genera metallorum: aurū. argentum. ęs. electrū. stannū. plumbū. ⁊ qd̄ domat oīa ferrum.

De auro Cap. xvii.

Aurum ab aura dictū. id est a splendore. q repercusso aere plus fulgeat. vñ ⁊ Uirgilius: Discolor vnde auri p ramos aura refulsit. hoc est splendor auri. Naturale enim est ut metallorum splēdor plus fulgeat luce alia repercussus. Hinc ⁊ aurarij dicti quorum fulgor splendidos reddit. Obryzū aurū dictū. q obradiet splendore. est eni coloris optimi. qd̄ hebrei ophaz greci cairon vocant. Brachtea dicit̄ tenuissima lamina. ἀπο του βραχειν. quod est ηχε ν. id est a crepitando. lamina. Pecunia prius de pecudibus. ⁊ proprietatem habebat ⁊ nomen. De corio eni pecudū nūmi incidebant̄ ⁊ signabantur. Postea a saturno ęreus nūmus inuent⁹ ē. Ipse eni signari nūmos ⁊ inscribi cōstituit. Propterea ⁊ ęrariū saturno a gentilib⁹ consecratum est. Alij ut superi⁹ pecuniā a pecudibus

appellauerūt. sicut a iuuando iumenta dicta sunt. Omne eni patrimoniū apud antiquos peculium dicebat a pecudib⁹. in quibus eoꝝ cōstabat vniuersa substātia. Unde ⁊ pecuari⁹ vocabat q erat diues. modo ꝟo pecuniosus. Antiquissimi nōdū auro argētoqꝫ inuēto. ęre vtebant. Nā prius ęrea pecunia in vsu fuit. post argentea. deinde aurea subsecuta. sed ab ea qua cępit ⁊ nomen retinuit. Unde ⁊ ęrariū dictū. qꝛ pri⁹ tm̄ in vsu fuit. ⁊ ipsū solū recondebat. auro argentoqꝫ nōdum signato. ex quoꝝ metallis q̄uis postea facta fuisset pecunia: nomē tn̄ ęrarij ꝑmāsit ab eo metallo vnde initiū sumpsit. Thesaurū iuxta gręcā ꝓprietatem ἀπὸ της θέσεως. a positione. hoc est a reposito noiat. Nā thesis positio dicit. ⁊ est nomen ex gręco latinoqꝫ sermone compositū. Nam thesis gręci repositum dicūt. Latini autem qd̄ iunctum sonat repositū aurum. Auraria nomen habet ab auro. Tributa ꝟo eo ꝙ antea ꝑ tribus singulas exigebāt. sicut nūc ꝑ singula territoria. Sic autē in tres partes diuisum fuisse romanū populū constat. ut qui pręerāt in singulis partib⁹ tribuni dicerent. Unde etiam sumptus quos dabāt populi tributa nominarūt. Uectigalia sūt tributa a vehendo dicta. Stipendiū a stipe pendenda nomīnatū. Antiqui eni appendere pecuniā soliti erant magis ꝙ ānumerare. Moneta appellata est quia monet ne qua fraus in metallo uel pondere fiat. Numisma est solidus aureus uel argenteus siue ęreus. qui ideo numisma dicit. qꝛ nominib⁹ principū effigiebusqꝫ signabat. Prius nūmus argir⁹ nūcupabāt. qꝛ ꝙplurimū ex argento ꝑcutiebāt. Nūmi aūt a numa romanoꝝ rege vocati sūt qui eos primū apud latinos imaginibus notauit. ⁊ titulo noīs sui pręscripsit. Folles dicūt a sacculo quo condunt. a continēte id qd̄ continet appellatū. In numismate tria quęrunt. metallū figura ⁊ pondus. Si ex his aliqd defuerit. numisma non erit. Tria sūt aūt genera argenti ⁊ auri ⁊ ęris. signatū. factū. infectū. Signatū est qd̄ in nūmis ē. factū est qd̄ in vasis ⁊ signis. infectū qd̄ in massis est. qd̄ ⁊ graue dicit. id est massa. In noticiā autē formaꝝ metalla ita venerūt. Dū eni quacūqꝫ causa ardētes siluę excoquerēt terrā. excalefactis venis fudit riuos cuiuscūqꝫ structurę. siue igit ęs illud fuerat: siue aurū cum in loca terrę depressiora decurreret. sumpsit figurā i quā illud uel ꝑfluens riuus uel excipiēs lacuna formauerat. Quaꝝ rerum splendore capti homines cū ligatas attollerent massas viderūt in ea terrę figurata vestigia in quę excogitauerūt liquefactas ad omnē formā posse deduci.

De argento Cap. XVIII.

Argentū non longe a gręca appellatione distat. Hoc eni illi argirū vocant. Sed mirū in modū illud dū candidū sit. impressū corpori lineas nigras reddit. Argentū viuum dictū ꝙ excidat materias i quib⁹ inijcit. hoc ⁊ liquidū qꝛ pcurrit. Inuenit specialit i metallis siue in argentarijs fornacib⁹ guttaꝝ concretione tectis inhęrens. sępe etiā ⁊ in stercore vetustissimo cloacarū uel puteoꝝ limo. Fit etiā ⁊ ex minio imposito concule ferreę patena testea supposita. cū circūlito vasculo circūdant carbones. sicqꝫ argentū viuū ex minio stillat. sine hoc neqꝫ argentū neqꝫ ęs inaurari potest. Tantę autē virtutis ē. ut si sup sextariū argenti viui centenariū saxum superponas. oneri statim resistat. Sin ꝟo auri scrupulum. leuitatem eius raptim sinu recipit. ex quo intelligit nō pondus ꝫ natura esse cui cedit. Seruatur aūt melius in vitreis vasis. nā ceteras materias pforat. Potui aūt datū. interficit pōderis causa. Argenti purgamēta litbargyros. quā nos spumā argenti appellamus. Fit autem ex argento ⁊ plumbo mixta.

De ęre Cap. XIX.

Aes a splendore aeris vocatū. sicut auꝝ ⁊ argentū. Apud antiqs autē prior ęris ꝙ ferri cognit⁹ vsus. Ęre qppe primi pscindebant terrā. ęre certamina belli gerebant. eratqꝫ in precio magis ęs. aurū ꝟo ⁊ argentū ꝓpter inutilitatē reijciebant. Nūc versa vice iacet ęs. aurum sūmo cessit honore. sic voluēda ętas cōmutat tēpora rerū. ⁊ qd̄ fuit in precio. fit deniqꝫ nullo honore. Usus ęris postea transijt i simulacris. i vasis. in ędificioꝝ structuris. maxime ⁊ ad ꝑpetuitatem monumentorū. etiā publicę in eis cōstitutiones scriptę sūt. Cypriū ęs in cypro insula pri⁹ repertū. vnde ⁊ vocatū. factū ex lapide ęroso. quem cathmiā vocāt. ⁊ est ductile. huic si addat plumbum colore purpureo fit. Auricalcum dictū ꝙ ⁊ splendorē auri ⁊ duritiā ęris possideat. Est autē nomē compositū ex lingua latina ⁊ gręca. Ęs eni sermone gręcoꝝ calco vocat. Fit aūt ex ęre ⁊ igne multo ac medicaminib⁹ ꝑducit ad aureū colorem. Corintheū est omniū cōmixtio metalloꝝ. qd̄ casus primū miscuit corintho cum caperet incensa. Nā dū hanc ciuitatē hānibal cepisset. omnes statuas ęneas ⁊ aureas ⁊ argenteas i vnū rogū congessit. ⁊ eas incendit. Ita ex hac cōmixtione fabri sustulerunt ⁊ fecerunt parapsides. Sic corinthea nata sūt ex omnib⁹ in vnū. nec h̄ nec illud. Unde ⁊ vsqꝫ in hodiernū diem. siue ex ipso. siue ex imitatione ei⁹. ęs corintheū uel corinthea vasa dicūt. Hui⁹ tria genera: vnū candidū ad argenti nitorē accedens. alterū i quo ipsius auri fulua natura ē. tertiū in quo ęqualis cunctoꝝ temperies. Coronariū. ex ductili ęre tenuat in laminas. taurorūqꝫ felle tinctū speciē auri i coronis histrionū prębet. vnde ⁊ appellatū. Pyropū igneus color vocauit. Nāqꝫ in singulas vncias ęris additis auri scrupulis senis pręter tenui bractea ignescit. flammasqꝫ imitat. vnde ⁊ pyropū dicit. Regulare ęs dicit. qd̄ ab alijs ductile appellat. quale omne cypriū ē. Ductile aūt dicit. eo ꝙ malleo ꝑducat. sicut cōtra fusile qd̄ tm̄ fundit. Nā ⁊ caldareū qd̄ tm̄ fundit

Nã malleis fragile est. Siquidē oē ęs diligenti⁹ purgatis igne vitijs excoctisq̃ regulare efficitur. Campanū q̃ inter oīa genera ęris vocat᷑ a campania ꝓuintia quę ē in italię partib⁹. vtensilibus ꝛ vasis omnib⁹ ꝓbatissimū. Ęs oē frigore magno melius fundit᷑. Ęs rubiginē celeri⁹ trahi. nisi oleo pungat᷑. seruari aūt id optime etiã in liquida pice tradūt. Inter oīa metalla ęs vocalissimū ē. ꝛ maxime potestatis; ideo ꝛ ęnea liminia. vnde ꝛ Uirgilius: In foribus cardo stridebat ęneis. Origo ęris catmia ꝛ calciteus. Purgamēta ęris catmia. ꝛ origo ꝛ ęris flos. Catmia gignitur in metallorum ęris atq̃ argenti fornacib⁹ insidēte nitore. Nãq̃ ut ipse lapis ex quo fit ęs catmia vocat᷑. sic rursus in fornacib⁹ existit. ꝛ nois sui originē recipit. Ęris flos fit sen gignit᷑ conflationib⁹ resoluto atq̃ reliquato ęre suffusa frigida aqua. Repentina enī densatione tãq̃ de sūco reparat᷑ flos. Eruginē ęs q̃ creat. Nã laminę ęreę sup vas aceti asperrimi sarmentis suppositę atq̃ ita distillantib⁹ qd ex eo cecidit in ipsū acetum terit᷑ ꝛ cribrat᷑.

¶ De ferro Cap. xx.

FErrū dictū ꝙ farra id est semina frugum terę condat. Idē ꝛ chalybs. a chalybe flumine vbi ferrū optima acie temperatur. Uñ ꝛ abusiue dicit᷑ chalybs ipsa materies. ut vulnificusq̃ chalybs. Ferri vsus post alia metalla repert⁹ est. cui⁹ postea versa in opprobrium species. Nã vnde pri⁹ tellus tractabat᷑. inde modo cruor effundit᷑. Nullū aūt corp⁹ tam densis inter se coheretib⁹ ꝛ implicitis elemētis q̃ ferrū. vnde inest illi duritia cū frigore. Ferri autem metallū pene vbiq̃ repit᷑. ꝫ ex oib⁹ generib⁹ palma serico ferro dat᷑. Seres enī hoc cū vestib⁹ suis pellibusq̃ mittūt. Secunda parthico. neq̃ alia genera ferri ex mera acie tempant᷑. Cęteris enī admisce᷑ mollior complexus. Differentia ferri plurima. iuxta terrę genus. Nã aliud molle. plūboq̃ vicinū. rotarū ꝛ clauorum vsib⁹ aptū. Aliud fragile ꝛ ęrosum culturę terrę cōueniens. Aliud sola breuitate placet. clauisq̃ caligarijs. Aliud rubiginem celerius sentit. Stricturę vocant᷑ hę oēs. ꝙ nō in alijs metallis a stringēdo apte vocabulo imposito. Aquarū vero sūma differentia est. quib⁹ ferrū candens imergit᷑ quo vtilior fiat. sicut birbilis i hispania ꝛ thiras sonacomus in italia. in acuēdo ferro oleo delectatior fit acies. vnde ꝛ tenuiora ferramēta oleo restingui mos est. ne aqua in fragilitatē durent᷑. A ferro sanguis humanus sese vlciscit᷑. Contactum nãq̃ celeri⁹ rubiginē trahit. Cū ferro magnes lapis concordiã habet. Sola enī hęc materia vim ab hoc lapide accipit. retinetq̃ longo tpe. Ex eodē lapide architectus quidam alexandrię templum cōcamerauerat. ut in eo simulacrum ferro in aere pendere videret᷑. Ferrū accensum igni nisi duret᷑ ictibus corrūpit. Rubens non est habile ad tundēdū neq̃ anteq̃ albescere icipiat. Aceto uel alumine illitū ferrū fit ęris simile. Purgamenta ferri rubigo ꝛ scoria. Rubigo est vitiū rodens ferrum uel segetes. quasi rudigo mutata vna littera. hec ꝛ erugo ab erodendo. Nam erugo vitiū est ferri ab erodendo dicta. nō ab ęramēto. Scoria vero purgamenta ꝛ sordes sūt quę igne excoquunt᷑. Et dicta scoria. q: de ferro excutit᷑. Rubigine aūt caret ferrū si cerusa ꝛ gypso ꝛ liquida pice pungit᷑. Itē rubigo ferramentū nō vitiat. si eadē medulla ceruina uel cerusa mixta rosacco vngat᷑.

¶ De plumbo Cap. xxi.

PLumbū dictū. ꝙ ex eo primū pilis factis maris altitudo tentata ē. Hui⁹ vero genera sunt; nigrū ꝛ cãdidū. ꝫ melius cãdidum. qd prius in insulis atlantici maris inuentū est. Siquidē ꝛ in lusitania ꝛ in gallitia gignitur sumpta terra harenosa ꝛ coloris nigri ꝛ ponderis grauis; interueniūt ꝛ minuti calculi maxime de torrentib⁹ siccatis. lauant eas harenas. ꝛ quod subsidit coquūt in fornacibus. Inueniunt᷑ ꝛ i aurarijs metallis aqua missa calculi nigri ꝛ graues ꝛ dū aurum colligit᷑. cū eo remanent. postea separati conflant᷑ ꝛ in plumbū album resoluūt᷑. Inde ꝛ eadē grauitas plumbi quę auri. Nigrū plumbum circa cantabriã abundat. cui⁹ origo duplex ē. Aut enī solū ex sua vena ꝓdit. aut cū argento nascit᷑: mixtisq̃ venis conflat᷑. Huius primus in fornacibus liquor stannū est. secundus argentū. qd remanet supaddita vena rursusq̃ conflata. fit nigrum plumbū. In dia neq̃ plumbū neq̃ ęs habet gēmis tm̄ ꝛ margaritis hęc pmutat. Nigro plūbo fistulis laminisq̃ vtimur. Laboriosius i hispania ꝛ gallia eruit᷑ plumbū. Nam in britannia sūmo terrę corio.

De stanno Cap. xxii.

STanni etymologia ἀποχωρίζον. id est separans dicitur ꝛ secernēs. Mixta enī ꝛ adulterata inter se p ignem metalla dissociat. ꝛ ab auro ꝛ argēto ęs plumbūq̃ secernit. alia q̃ metalla ab igne defendit. ꝛ cū sit natura ęris ferriq̃ durissima; si absq̃ stanno fuerit vrit᷑ ꝛ cremat᷑. Stannū illitū ęreis vasis saporē facit gratiorē. ꝛ compescit virus eruginis. Specula etiã ex eo temperant᷑. Cerusa quoq̃ ex eo sicut ex plumbo conficit᷑.

¶ De electro Cap. xxiii.

ELectrū vocatum ꝙ ad radiū solis clari⁹ auro argentoq̃ reluceat. Sol enī a poetis electron vocat᷑. Defecatius est enī hoc metallum omnibus metallis. Huius tria genera. Unū qd ex pini arboribus fluit qd sucinū dicit᷑. Alterū metallum qd naturaliter inuenit᷑ ꝛ in precio habet᷑. Tertiū qd fit de tribus partib⁹ auri ꝛ argenti vna. Quas partes etiã si naturale soluas inuenies. Unde ꝛ nihil interest. natū sit an factū vtrūq̃ enī eiusdē naturę est. Electrum qd est naturale eiusmodi naturę est. ut in cōuiuio ꝛ ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat ꝛ venenum ꝓdat. Nam si ei infundas venenū stridorē edit

ꝛ colores varios in modū arcus cęlestis emittit.

De ponderibus Cap.xxiiii.

P Onderū ac mensurarū iuuat cognoscere
modū. Nā omnia corporalia sicut scri/
ptum est a sūmis vsq ad ima in mensura
ꝛ numero ꝛ pondere disposita sūt atq formata.
Cunctis corporeis rebus pondus natura dedit·
suū quodq regit omnia pondus. Primus moyses i
heremo filijs isrl' pondera ꝛ mēsuras dedit. Pri/
mus fidon argiuus ponderū rationem in grecia
cōstituit. ꝛ licꝫ alij antiquiores extiterint· sed iste
hac arte experientior fuit. Pondus dictū eo ꝙ in
statera librarum pendeat· hinc ꝛ pensum. Abusi/
ue autē pondus· libra vna est. Unde etiā dipon/
dium dictum est· quasi duo pondera· quod nomē
adhuc in vsu retinet̄. Trutina ē gemina ponde/
rum lances ęquali examine pendēs facta ꝓpter ta/
lenta ꝛ centenaria appendenda sicut momentana
ꝓ parua modicaq pecunia. Hęc ꝛ moneta voca/
ta. Eadem ꝛ statera nomē ex numero habens ꝙ
duabus lancib9 ꝛ vno i medio stilo librata ęqua/
liter stet. Examen est filum medium· quo trutinę
statera regit̄. ꝛ lances ęquantur. Unde ꝛ in lan/
ceis amentum dicitur. Campana a regione italię
nomen accepit· vbi primū eius vsus repertus est.
Hęc duas lances nō habet· ſ; virga est signata li/
bris ꝛ vncijs ꝛ vago pondere mēsurata. Unicuiq
autem ponderi certus ē modus nominibus pro/
prijs designatus. Calcus minima pars ponderis
quarta pars oboli est· cōstās lentis geminis gra/
nis. Appellat̄ autem calcus· ꝙ sit paruulus· sicut
ꝛ lapis calculus· qui adeo minim9 est· ut sine mo/
lestia sui calcet̄. Siliqua vicesimaquarta pars so/
lidi est· ab arboris semine vocabulū tenens. Ce/
rates oboli pars media est habens siliquam vnā
semis. Hunc latinitas semi obolum vocat. Cera/
tes autem grece latine siliqua cornuū interpretat̄.
Obolus· siliquis tribus appendit̄· habens cera/
tes duos· calcos quattuor. Fiebat enī olim ex ęre
ad instar sagittę· vnde ꝛ nomen a grecis accepit·
hoc est sagitta. Scrupulus sex siliquarum pon/
dere constat. Hic apud grecos gramma vocatur.
Scrupulus aūt dictus ꝑ diminutionem a lapillo
breui qui scrupus vocat̄. Drachma octaua pars
vncię est ꝛ denarij pondus argēti tribus constās
scrupulis· id est. xviij· siliquis. Denarius autē di/
ctus· quia ꝓ decem nūmis imputatur. Solidus
nūcupatur· q: nihil illi deesse videt̄. Solidū enim
antiqui integrum dicebant ꝛ totum. Ipse quoq
nomisma vocat̄· ꝓ eo ꝙ nominibus principū effi/
giebusq signetur. Ab initio ẜo vnum nomisma
vnus argenteus erat. Hoc enim ab assyrijs cępit
Dicunt enim iudęi ꝙ abraham in terrā chanaan
prim9 hanc aduexerit formā. Solidus apud lati/
nos alio nomine sextula dicit̄· ꝙ de his sex vncia
compleat̄. Hunc ut diximus vulgus aureū solidū
vocat· cuius tertiā partē ideo dixerūt tremissem·
eo ꝙ solidū faciat ter missus. Sextula bis assum/
pta duellā facit· ter posita staterē reddit. Stater
aūt medietas vncię est· appendēs aureos tres· vn/
de ꝛ vocatur stater ꝙ tribus solidis stet. Hic ꝛ se/
miuncia q: semis habet de vncia. Hic ꝛ semissis·
q: ponderis semis est· quasi semi assis. Quadran/
tem hebręi similiter quadrantē vocant. ꝛ vocat̄
quadrans· ꝙ vncię quartā partē appendat. Sicel
qui latino sermone siclus corrupte appellatur· he/
breum nomen est· habēs apud eos vncię pondus.
Apud latinos aūt ꝛ grecos quarta pars vncię est
ꝛ stateris medietas· drachmas appendēs duas.
Unde cum i litteris diuinis legitur siclus· vncia
est· cum ẜo in gentilium· quarta pars vncię est.
Uncia dicta ꝙ vniuersitatē minorꝫ ponderū sua
vnitate vinciat· id est complectat̄. Constat autem
drachmis. viij. id ē scrupulis. xxiiij. Qd ꝓ inde le
gitimū pondus habet̄· q: numerus scrupulorum
ei9 horas dici noctisq metit̄· uel q: libram efficit
duodecies cōputatus. Libra. xij. vncijs perficit̄. ꝛ
inde habet̄ ꝑfecti ponderis genus· q: tot constat
vncijs· quot mensibus annus. Dicta autē libra ꝙ
sit libera ꝛ cūcta intra se pondera predicta conclu/
dat. Mna i ponderib9 centū drachmis appendit̄
ꝛ est nomen grecū. Talentū autem summū esse pon
dus ꝑhibet̄ in grecis. Nam nihil est calco minus
nihil talento maius. Cuius variū apud diuersas
gentes pondus habet̄. Apud romanos enī talen
tū est· septuagintaduarꝫ librarum· sicut Plautus
ostendit ꝗ ait duo talenta esse centū. xliiij. libras.
Est aūt triplex· id ē minus· mediū· sūmū. min9. l.
mediū. lxxij. librarꝫ. sūmū. cxx. cōstat. Cētenariū
numeri nomen est eo ꝙ. c. librarum ponderis sit.
Qd pōdus ꝓpter ꝑfectionē cētenarij numeri in/
stituerūt romani.

De mensuris Cap. xxv.

M Ensura est res aliqua modo suo uel tem
pore circūscripta. Hęc aut corporis ē aut
tēporis. Corporis est ut hominū· lignorꝫ
ꝛ colūnarꝫ longitudo uel breuitas. Sꝫ ꝛ solē istū
ꝓpriā sui orbis habere mēsurā qd geometrici per/
scrutari audēt. Tēporis ut mēsura horarꝫ ꝛ die/
rū ꝛ annorꝫ. Unde ꝛ metiri pedes horarū dicim9· ſ;
est mensurare. Proprie aūt mensura vocata· ꝙ ea
fruges metiunt̄ atq frumentum· id est humida ꝛ
sicca ut modios· arrabones· vrnas ꝛ amphoras.
Mensurarꝫ pars minima cochlear qd ē dimidia
pars drachmę· appendēs siliquas. ix. Qui tripli/
catus cōculā facit. Concula drachma vna ꝛ di/
midia adimplet̄. Cyathi pond9. x. drachmis ap/
pendit̄· qui etiā a quibusdā causatus dicit̄. Oxi/
falus fit· si qnq drachmę addunt̄ ad. x. Acitabu
lus quarta pars eminę ē. xij. drachmas appendēs
Cotula emina ē habēs cyathos. vj. quę idcirco
cotula vocat̄· q: greco sermone corę incisio dicit̄. ꝛ
emina sextarij in duo ęqua incidit̄ ꝛ cotulā facit.
Emina aūt appendit librā vnā· quę geminata se/
xtariū facit. Sextarius duarꝫ librarū est· qui bis
assumpt9 bilibris noiat̄: assumptus quater fit grę
co noie chenix. Quinquies cōplicatus· quinarē

siue gomor facit. Adijce sextũ congiũ reddit. Nã congius.vj.metit sextarijs.a quo et sextarij nomẽ dederũt. Congiũ aũt a congiẽdo id est p augmentũ crescẽdo vocat. Unde postea pecunia beneficij gratia dari cepta cõgiariũ appellatũ ẽ. Unusqsqꝫ eni sui tẽporis impator fauorẽ pplí captans adijciebat ut largior videret i donis. Cõgiariũ aũt specialit mensura est liquidorũ cuiꝰ et rem simul et nomen a romanis impositũ inuenimꝰ. Metreta est mensura liquidorũ. Hec a mensura accepit nomen. Metron eni mensurã dicũt greci. et inde appellata metreta. licꝫ et vrna et amphora. et reliqua huiusmodi noĩa mensurarũ sint. tñ ista hoc nomẽ a denarij numeri pfectione accepit. Metrum ad omnẽ mensurã ptinet. Metron eni grece. latine mẽsura dicit. Nã et cyathũ mensura ẽ. et amphora mensura ẽ. et quicqd plus minusve capit. mensura est. Sꝫ ideo hoc nomen specialit sibi assumpsit. qꝫ sit mensura perfecti numeri. id est denarij. Modius dictꝰ ab eo qꝫ sit suo modo pfectus. Est aũt mensura librarũ.xliiij.id est sextariorum.xxij. Cuiꝰ numeri causa inde tracta ẽ. eo qꝫ in pncipio deus.xxij.opera fecerit. Nã pma die septem opa fecit. id est materiã informẽ. angelos. lucẽ. celos superiores. terrã. aquã. atqꝫ aerẽ. Secũda die firmamentũ solũ. Tertia die qtuor maria. semina. sationes atqꝫ plantaria. Quarta die tria: solẽ et lunã et stellas. Quinta die tria: pisces et reptilia aquarũ et volatilia. Sexta die quatuor: bestias. pecudes. reptilia terre. et hominem. Et facta sunt oĩa.xxij.genera in diebꝰ sex. Et.xxij.generatiões sũt ab adam vsqꝫ ad iacob. ex cuiꝰ semine nascitur oĩs gens isrl. Et.xxij.libri veteris testamẽti vsqꝫ ad hester. et.xxij.litterarũ elemẽta sũt quibꝰ constat diuine legis doctrina. His igit exemplis modiꝰ.xxij.sextariorũ a moyse sm sacre legis mensurã effectus est. Et qũuis diuerse gentes huic mensure pondus uel adijciãt ignorant uel detrahãt. apud hebreos constitutiõe diuina tali ratione seruatur. Modius eni a modo dictꝰ. Hinc et modica. id ẽ moderata. Modicis eni modiꝰ nomen imposuit. Nã modica p paruis abusiue nõ ppriе dicimus. Satũ genus est mensure iuxta morẽ puintie palestine. vnũ et dimidiũ modiũ capiẽs. Cuiꝰ nomen ex hebreo sermone tractũ est. Satũ eni apud eos noĩat sumptio siue leuatio. eo qꝫ qui metit eandẽ mensurã sumat ac leuet. Est et aliud satũ mensura sextariorũ.xxij.capax. qsi modius. Batus vocat hebraica lingua ab olearia mola que bath apud eos ul bata noĩat. capiẽs qnqginta sextaria: que mensura vna mole vice pterit. Amphora vocata qꝫ hinc et inde leuet. Hec grece a figura sui dicta dicit: qꝫ eiꝰ anse geminate. videãt aures imitari. Recipit ãt vini ul aque pedẽ qdratũ. frumẽti vo modios italicos tres. Cadus greca amphora est continens vrnas tres. Urna mensura est. quam quidam quartariũ dicunt. Proprie aũt vrna vas est qd p condendis defunctorũ cineribꝰ adhiberi solet. de quo poeta. Celo tegit. qui nõ habet vrnã.

Medimna est mensura quinqꝫ modiorũ. Medimna aũt latina lingua vocatur. id est dimidia eo qꝫ quinqꝫ modijs metiat qui ẽ dimidiꝰ numerꝰ a pfecto denario. Artabo mensura est apud egyptios sextariorũ.lxxij.composita ex numero ppter lxxij.gentes uel linguas. que orbem impleuerũt. Gomor.xv.modiorũ onus appendit. Corus.xxx. modijs implet. Hic ex hebraico sermone descẽdit. q vocat cora a similitudine collis. Coria eni hebraice colles appellantur. Coaceruati eni modij.xxx.instar collis vident. et onus cameli efficiunt.

De signis Cap.xxvi.

Ponderis signa plerisqꝫ ignota sũt et inde errorẽ legẽtibꝰ faciũt. Qua ppter formas eorũ et characteres ita ut a veteribꝰ signata sunt subijciamus.

Z Littera significat dimidium obolum.

— Uirgula equaliter iacẽs et porrecta simpliciter significat obolum.

═ Geminata virgula duo oboli sunt.

T Latinũ significat obolos tres.

F Latinũ significat obolos quattuor.

E Latinũ demonstrat obolos.v. Oboli vo sex ppterea characterẽ nõ habent. eo qꝫ in vna drachma sex veniant. qd est pondus denarij argentei.

H Littera significat siliquas.viij. id ẽ tremissem.

N Latinũ significat nomisma grecũ. id est solidum.

IB Jota adiuncta beta significat dimidiũ solidum.

< Uirgule due ex vno angulo a leua in dextrã se diuidẽtes. significãt drachmã quam etiã olcen appellant.

NΓ N latinũ adiũcto gãma greco. significat semiunciã.

Γo Gãme autẽ grece littere o latinũ in fine adiunctũ significat vnciã.

Λ Lauda grecũ p mediũ sui i latinũ adiectum significat libram.

KU kappa grecum circa finem cornuũ adiuncto υ greco significat cyathum.

KO Si vo o latinũ habuerit adiũctũ. eminã demõstrat quã greci cotylẽ vocãt.

ΞE Xi grecũ si acceperit iunctũ e latinũ significat sextarium.

ΞO Si o latinũ adiunctũ habuerit. indicat acitabulũ. qd greci oxiphalon vocant.

N/Μ Μ grecum superposito n latino significat mna.

AΛ A latinũ in fine habens lauda grecũ significat talentum.

A^o Alpha grecũ in dextro brachio superiori o littera cõiuncta thenix est.

Incipit liber decimusseptimus De auctorib⁹ rerū rusticaꝝ Cap.I.

Rerum rusticarū scribēdi solertiā apud gręcos prim⁹ hesiodus boeti⁹ humanis studijs cōtulit·deinde democrit⁹ magn⁹ ꝙ carthaginensis in.xxviij. voluminib⁹ studiū agriculationis cōscripsit. Apud romanos aūt de agricultura prim⁹ Cato instituit·quā deinde marc⁹ terenti⁹ expoliuit·mox Uirgilius laude carminū extulit. Nec min⁹ studiū habuerūt postmodū Corneli⁹ celsus ⁊ iulius attic⁹ ęmilian⁹ siue columella insignis arator·q̄ totū corpus eiusdem disciplinę complexus ē. Primū ad aratrū boues iunxisse ferūt quendā priuatū hominē ⁊ fulminatū noīe homogyrū. Quidā aūt osirim dicunt esse artis hui⁹ inuentorē: quidam triptolemū. Et hic questio ē quō prima ceres ferro in gręcia vertere terrā instituit·ꝫ ferro qualicūq; nō specialiť vomere aut aratro. Stercorādi agri rationē prim⁹ induxit quidā noīe stercut⁹ in italia: cui⁹ ara apico dedicata est romę. Hic plura instrumēta agriculturę repperit·primusq; agros firmauit. Eundē quidā saturnū putauerūt·ut maiorē illi nobilitatē faceret hoc noīe·quo splendide sonaret ⁊ dignitatem tituli compararet.

De cultura agroꝝ Cap.II.

Cultura ē qua frumenta uel vina magno labore quęrunť·ab incolēdo vocata. Diuitię aūt antiquoꝝ in his duob⁹ erāt·bene pascere·⁊ bene arare. Cultura agri cinis·aratio·intermissio·incēsio stipulaꝝ·stercoratio·occatio·runcatio. Cinis est incendiū·ꝑ q̄ ager inutilem humorē exsudat. Aratio dicta·q: de ęre prius terrę culturam exercebāt·anteꝙ ferri fuisset vsus repert⁹. Duplex est aūt aratio·vernalis ⁊ autūnalis. Intermissio est: qua alternis āṅis vacu⁹ ager vires recipit. Stercoratio est lętaminis aspersio Stercus aūt vocatū uel q: sterniť in agris·uel extergi oporteat quicq̄d sordidū ī ciuitate redūdat siue q̄ verius ē ab stercen q̄ ⁊ stercutus dictus. Idē ⁊ fimus ē·q̄ ꝑ agros iaciť. Et dict⁹ fimus ꝙ fiat imus·id ē stercus·q̄ vulgo lętamen vocať eo ꝙ suo nutrimento lęta faciat germina·reddatq; pinguia arua ⁊ fęcūda. Occatio est cū rustici satione facta bob⁹ dimissis grādes glebas cędūt·⁊ ligonib⁹ frangunt·⁊ dicta occatio·q̄si obcęcatio· ꝙ operiat semina. Occare igiť est opire terrā semina·vires ⁊ arbores. Runcatio est a terra herbas euellere. Nā rus terra ē. Sulcus a sole vocatus·ꝙ ꝑscissus solē capiat. Ueractū diciť·q̄si vere actū·id ē verno aratū. Proscissio ē aratio prima cū adhuc durus ē ager. Satio dicta est·quasi seminis actio: uel q̄si satoꝝ actio. serere aūt vocatū q: hoc sereno cęlo faciendū ē·nō ꝑ imbres. Hinc ⁊ illud virgilianū. Nudus ara sere nud⁹. Messis a metendo·id ē a recidēdo dicta. Seges autē de semine dicta ꝙ iacimus·siue a sectione.

De frumentis Cap.III.

Prima ceres cępit vti frugib⁹ in gręcia ⁊ habere segetes trāslatis aliūde seminib⁹. Hui⁹ meminit Ouidi⁹ dicens. Prima ceres vnco glebā dimouit aratro. Prima dedit fruges·alimētaq; initia terris. Frumenta sunt ꝓprie quę aristas habēt·fruges aūt reliqua. Frumenta aūt uel fruges a frumēdo hoc ē a vescendo dicta. Nā frumen diciť sūma pars gulę. Primitię ꝓprie sūt quę de frugib⁹ precerpunť. Triticū uel a triturā dictū·ꝙ purissimū horreo condať·uel q: granū ei⁹ cōmoliť ⁊ teriť. Far diciť eo ꝙ initio frangereť Apud antiq̄s enī molaꝝ vsus nōdum erat·ꝫ frumentū in pila missū frangebāt·⁊ hoc erat genus molendi. Adoreū tritici gen⁹ q̄ idē vulgo semen diciť. Ador quondā appellatū ab edendo·q: ꝑmo eo vsi sunt hoīes·siue q: in sacrificio ipsi⁹ generis panis ad aras offerebať. Unde adorea sacrificia dicunť. Siligo gen⁹ tritici·a selecto dictū. Nā in pane species ei⁹ pręcipua ē. Trimense triticū ideo nūcupatū·q: satū post tres mēses colligiť. Nam vbi ꝓpter aquā aliāve causā matura satio omissa est·presidiū ab hoc petiť. Alica gręcū nomen est. Alicastrū simile est alicę pondere ⁊ bonitate pręcipua. Ordeū dictū ꝙ pręceteris generib⁹ frumēti aridū ante fiat·uel ꝙ spica ei⁹ ordines habeat. Hoꝝ tria genera. Primū hexaticum vocať·eo ꝙ spica ei⁹ sex ordines habeat·q̄ q̄dā canterinū appellanť·q̄m aīalia meli⁹ ꝙ triticū pascit ⁊ hoīes salubri⁹ ꝙ malū triticū. Alterū distichū·eo ꝙ duos ordines habeat·hoc plerīq; galaticū vocāt. Tertiū trimense·q: dū cogit necessitas verno seminať ⁊ celeriť colligiť. Scandula a diuisiōe vocata. Duplex enī est·scandiť·id ē diuidiť. Centenū appellatū·eo ꝙ in plerisq; locis iactus seminis eius incrementū frugib⁹ centesimū renascať. Hinc ⁊ miliū a multitudine fruct⁹ vocatū. Panitiū dictū·ꝙ in multis regionib⁹ ex eo panis vice hoīes sustenteť·q̄si panis vitiū. Pistū a pasto. Sisamū gręcū nomen ē. Farrago a farre dicta. Est enī herba ordeacea adhuc viridis·nec dū granis ad maturitatē turgentib⁹. Spicam de maturis frugibus abusiue dicim⁹. Nā ꝓprie spica est·cū ꝑ culmi folliculū·id est extremū tumorē aristę·adhuc tenues in modū spiculi eminēt. Arista appellata·ꝙ pri⁹ ipsa arescat. Culmus ē ipse calam⁹ spicę qui a radicib⁹ nasciť. Et dict⁹ culmus q̄si calam⁹. Folliculus est theca frumēti·in qua granū seruať interi⁹. Hęc sup spicā vallo instructa·munimen pretēdit·ne auiū minoꝝ morsib⁹ spica suis fructib⁹ exuatur aut vestigijs ꝑterať. Stipulę sūt folia seu vaginę quibus culmus ambiť atq; fulciť·ne pondere frugis curueť·quę ambiunt culmū. Et dicta stipula q̄si vsta ⁊ q̄si vstipula. stipula dicta ab vsto·collecta cū messe vriť ꝓpter culturā agri. Item stipula

uel q: pars ei⁹ urit· pars interdū ꝓ palea p̄ecidit. Palea a quibusdā vocari dicit̄· ꝙ pala ventilet̄. ut frumēta purgent̄. Gentiles aūt paleā a quadā pa le frugū inuētrice vocauerūt· quā cererē esse volūt de qua Uirgili⁹: Te quoq₃ magna pales. ⁊ te memo randa canem⁹. Itē alij a pabulo nūcupatā dicūt paleā ꝙ ea p̄imū sola in pascendis aialibus p̄ebebat̄. Cui⁹ natura ex cōtrario tanto est frigida· ut obrutas niues fluere non sinat· adeo calida· ut maturescere poma compellat.

De leguminibus Cap. iiii.

Legumina a legēdo dicta· q̄si electa. Ueteres enim meliora queq₃ legebāt· siue ꝙ manu legāt̄ nec sectionē requirāt. Leguminū plurima genera: ex quib⁹ faba· lens· pisa· faselum· cicer· lupinū· gratiora in vsu hoiu₃ videntur. Faba greca etymologia a vescendo vocabulum sumpsit· q̄si faga. Fage enī grece comedere dicit̄. Primū enī hoies hoc legumine vsi sūt. Huius species due· quaꝝ altera cōmunis· altera egyptia. Faba fresa dicta· eo ꝙ eā hoies frendāt id ē frangant. ⁊ molendo cōminuāt. Lens vocata· ꝙ humida ⁊ lenta est· uel ꝙ adhereat humi. Faselum aūt ⁊ cicer greca noia sūt· ꝫ faselū vile genus leguminis q: oē abūdās vile est· hoc aūt semen abundās inuenit̄. Lupinū grecū ⁊ ipsum nomē ē· de q̄ Uirgilius: Tristesq₃ lupini. q: vultū gustantis amaritudine contristāt. vnde ⁊ illud p̄e amaritudine nec vermis nec vllū aial comedit. Medica· vitia· erbū pabuloꝝ optima sunt. Medica dicta q: a medis translata ē in greciā· tp̄e quo eā xerxes rex psaꝝ inuasit. Hec semel serit̄. ⁊ decē ānis permanet ita ut quater uel sexies possit p̄ annū recidi. Uitia dicta· ꝙ vix ad triplicē pueniat fructū cū alia legumina ꝓuentū habeāt fertilem· vnde ⁊ Uirgili⁹: Ut tenuis fetus vitie. Pisa· ꝙ ea pensabat̄ aliqd auri minutū. Nam pis aurum dicit̄. Erbū a greco trahit vocabulū. Hoc enī illi orabum dicūt· qd̄ dū sit quibusdā pecorib⁹ infestum tauros tamen pingues efficit.

De vitibus Cap. v.

Uitis plantationē p̄im⁹ noe instituit rudi adhuc seculo. Apud grecos aūt inuētorē vitis liberū patrē appellari. Unde ⁊ eū gētiles p⁹ mortē deū eē voluerūt. Uitis dicta: ꝙ vim habeat citi⁹ radicādi. Alij putāt vites dictas· ꝙ inuicē se vittis innectāt· vicinisq₃ arboribus reptādo religent̄. Est enī eaꝝ natura flexibilis· q: q̄si brachijs q̄busdā quicqd cōprehēderint stringunt. Labrusca ē vitis agrestis· que in terre marginib⁹ nascit̄. Unde ⁊ labrusca dicta a labris ⁊ extremitatib⁹ terre. Codex dictus q̄si caudex. Sic enī veteres ⁊ clodū ꝓ claudo dicebāt. Sarmētū a serēdo. Malleolus ē nouell⁹ palmes· inat⁹ p̄ois anni flagello· cognoiatusq₃ ob similitudinē rei· ꝙ in ea p̄te qua decidit̄ ex veteri sarmēto prominēs vtrūq₃ mallei specie p̄ebeat. Spadones sūt surculi fruge carētes· ex ipsa appellatiōe ꝙ sint inhabiles fructui ⁊ sterilitate affecti. Sagittā rustici vocāt nouissimā partē surculi· siue q: longi⁹ recessit a matre ex q̄ ꝓsilijt· seu q: acuminis tenuitate teli speciē p̄efert. Sūmitates viriū ⁊ fructicū flagella nūcupant̄· eo ꝙ flatu agitent̄. Palmes vitis materia mollis q̄ p̄ nouella brachia emissus fructū affert. Nā ideo rustici partē vitis palmitē dicūt. Palmes enī deriuatiuū nomen ē· qd̄ nomē παρὰ τῶ ΤΟν dicit̄· ꝙ a palma deriuetur. Palma enī habet nomē πρωτότυπον qd̄ dicit̄ ꝑncipale ab eo ꝙ ex se deriuatiuū faciat. Pampin⁹ ē foliū cui⁹ subsidio vitis a frigore uel ardore defendit̄. atq₃ aduersū omnē iiuriā munit̄. Qui ideo alicubi intercisus est· ut ⁊ solē ad maturitatē fructus admittat. ⁊ vmbrā faciat. Et dictus pampin⁹ ꝙ de palmite pendeat. Capreoli dicti ꝙ capiant arbores· sunt enim cincinni siue vncinoli: quibus se inectere vites ⁊ suspendere solent arboribus· quo āminiculo freti palmites ventos ac turbines continere queāt ⁊ sine lapsu picloꝝ fructus suos sustineāt· ac sese vaga ꝓceritate diffundāt. Corymbi sūt ānuli q̄ ꝓxima queq₃ ligant ⁊ cōprehendūt ne longius laxati palmites ventoꝝ flatibus dissipent̄. Uue dicte ꝙ intrinsecus humore sint plene suciq₃ ⁊ pinguedinis. Nā humidū ē qd̄ exterius humorē habet· vuidū qd̄ interius. Acinus botr⁹ est. Racemus ē botrionis pars. ⁊ botrio grecū ē. Suburbane vue quedā dicunt· q: fructus eaꝝ ad escam veluti pomū i vrbibus vendit̄. Cōmendat enī eas ⁊ species ⁊ saporis iocūditas: ex quib⁹ sūt p̄ecoque· duracine· purpuree· dactyli· rhodie· libye· ceraunie· stephanite· tripediane· vnciarie· cidonite. Precoque vocate· ꝙ cito maturescāt ⁊ aū oēs sole coquāt̄. Has greci lagos dicūt ꝙ currāt ad maturitatē velocit̄ ut lepus. Durabiles aūt p̄ totam hyemē venicule ⁊ numesiane. Purpuree a colore dicunt̄. Dactyli a longitudine. Rhodie ⁊ libyce a regiōib⁹ nūcupate sūt. Ceraunie vō ꝙ rubeāt veluti ignis. Stephanite a rotūditate. Unciarie a magnitudine. Genera aūt vuaꝝ que vino deseruiunt plurima. Ex quibus aminea dicta· q̄si sine minio id est sine rubore. Albū enī vinū reddit· que cū sit vnius noīs nō vnam speciē reddit. Aminee due gemine ab eo dicte· ꝙ duplices vuas mittūt. Aminea lagana· q: plus oibus lanescit lanugine. Rubiliana dicta· q: eius materia rubet. Fecinia minuti acini ⁊ dure cutis vuas habet· nobilitate amineā sequit̄· fecūditate p̄ecedit. Quā ꝓinde feciniā vocāt· ꝙ plus q̄ cetere feces afferat. Apiane vinū dulce faciunt· quas nisi cito legas: pluuijs ⁊ ventis ⁊ maxime apib⁹ infestant̄· quarū depredatione apiane cognoiate sunt. Balanite a magnitudine nomē sumpserūt. Balanin enī grece grande vacat̄. Biturica a regione nomē sortita est· turbines ⁊ pluuias ⁊ calores fortissime sustinens· nec in macra terra deficiēs. huius meriti ⁊ basilisca est. Argitis grecula vitis· generis albi fertilis· vastā materiā ⁊ breuē ⁊ latū foliū mittēs.

Cuiꝰ fructū nisi ꝑmo tp̄e colligas· aut ad terrā decidit· aut humore putrescit. Inerticula nigra est quā greci amaracion vocant· boni vini ⁊ leuis· a quo etiā nomen traxit· ꝙ iners in tentandis neruis habeat̄· q̄uis gustu nō sit hebes. Mareoticę a regione ęgypti mareotis dictę· vnde prius venerunt· sunt enī ⁊ albę ⁊ nigrę. Elbolę· quas quidā varias appellant· neq; purpureę· neq; nigrę ab elbo colore ita dictę· subalbi tamen musti. Elbū est enī nigrū candidūq; colore. Nā elbum nec albū nec nigrū est. Tertius locus vitiū quo sola fęcunditate cōmendant̄ abundantia copiosa· multūq; vini fluens. Viticionia· vuas grandes magis q̄ multas habet· nomen autem inde hoc sumens ꝙ multū vini fluat. Syriaca vel q: de syria allata. vel q: nigra est. Multa aūt genera vitiū sūt· quę tn̄ mutatione loci ⁊ q̄litatē ⁊ nomē amittūt. Vitibus inter cętera magis ista cōueniūt: oblaqueatio· putatio· ꝓpaginatio· fossio. Oblaqueare ē circa codicē terram apire ⁊ velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. Putare est virgam ex vite supuacuā resecare· cuiꝰ flagellis luxuriāt. Putare enī dicit̄ purgare· id ē amputare. Traducere transducere. Propaginare ṽo flagellū vitis terrę submersū sternere ⁊ q̄si porro pangere. Hinc propagines ac ꝓpagare ⁊ ꝓtendere dicūt̄. Fodere ṽo est foueam facere· quasi fouere.

De arboribus Cap. vi.

Arborū nomen siue herbaꝝ ab aruis inhęrere credit̄· eo ꝙ terris fixis radicibus adhęrent. Utraq; aūt ideo sibi pene similia sunt q: ex vno alterū gignit̄. Nā dum semente ē in terram ieceris· herba prius orit̄· dehinc confota surgit in arborē. ⁊ infra paruū tempus· quā herbam videras· arbustā suspicis. Arbusta arbor nouella ⁊ tenera in q̄ insertio fieri potest. Et dicta arbusta· q̄si arboris asta. Alij arbustū locū in q̄ arbores sunt volūt accipere· sicut salictū. sic ⁊ virecta vbi virgulę nouellę ⁊ virentes sunt. Arbor autē ⁊ fructifera ⁊ sterilis· arbos aūt nō nisi fructifera Genere autē fęminino arbores dicimꝰ· poma ṽo neutro. Frutex breuis est appellatꝰ· ꝙ terrā fronde tegat· cuius plurale nomen frutecta: arbor alta est. Silua ṽo spissū nemus ⁊ breue. Silua dicta quasi xiliua· ꝙ ibi ligna cędant̄. Nā greci xilon lignū dicūt. Multa enim latina noia grecam plęrūq; ętymologiā recipiūt. Nemus· a numinibus nūcupatū· q: pagani ibi idola constituebāt. Sūt enī nemora arbores maiores vmbrose frondibus. Lucus ē densitas arborū solo lucē detrahens· tropo antiphrasin· eo ꝙ nō luceat. siue a luce· ꝙ in eo lucebant funalia vel cęrei· ꝓpter nemoꝝ tenebras. Saltus est densitas arboꝝ alta; vocata hoc noie· eo ꝙ exiliat in altū ⁊ in sublime consurgat. Auiaria secreta nemora: dicta ꝙ ea aues frequentāt. Recidiua arborū sūt· quę alijs sectis repullulāt. Alij recidiua a cędendo dicūt· q: post casum nascunt̄. Alij a recidendo ⁊ repullulando dixerūt. Ergo recidiuū vbi mors aut casus. Insitio dicit̄· cū fisso trunco surculus fęcūdę arboris sterili inserit̄· aut oculoꝝ īpositio cū inciso cortice libro alienę arboris germē īmittit̄. Plantę sūt raptę de arboribus. Plantaria ṽo· quę ex seminibꝰ nata sunt cū radicibꝰ. ⁊ a terra ꝓpria transferunt̄. Cespites frutices sūt q̄si cuspides vel q̄si circa pedes. Frondes dicti ꝙ ferāt virgulta vel vmbras. sūt aūt causa vmbrarū. Oculi nodi sunt ex quibꝰ frondes exeūt. Radix appellat̄ ꝙ q̄si radijs quibusdā fixa terris in ꝓfunda dimergit̄. Nā physici dicūt parē esse altitudinē radicū ⁊ arborum. Alij radicē a similitudine radioꝝ dictam putant vel q: si eradat̄ nō repullulat. Truncus est statura arboris insistens radici. Corticē veteres coruicem vocabāt. Dictus aūt cortex ꝙ corio lignū tegat. Liber ē corticis pars interior· dictꝰ a liberato cortice· id est ablato. Est enī mediū quiddam int̄ lignū ⁊ corticē. Rami sunt qui de trunco manant· sicut a ramusculis cętera. Surculi a pręcisione serrę nūcupati. Virgultum est· qđ de radice pullulat. Ramꝰ qui de ipso robore arboris· virga quę de ramis. Proprie autē virgultū appellat̄ qđ ad radicē arboris nascit̄ ⁊ q̄si inutile ab agricolis āputat̄. Et hinc dictū virgultū· q: ex virga tollit̄ Virga aūt a vi vel a ṽtute dicit̄· ꝙ vim ī se multam habeat· vel a viriditate· vel q: pacis indiciū ē qđ vim regat. Unde hac vtunt̄ magi· ad placandos inter se serpentes. ⁊ idcirco in ea hos sustinēt illigatos. Hac etiā philosophi ac reges ⁊ magistri ⁊ nuncij ⁊ legati vtunt̄. Flagella dicunt̄ ut prędiximus· sūmę arborū partes ab eo ꝙ crebros ventorū sustinent flatus. Cimas vocatas dicunt q̄si comas. Folia grece filia dicunt̄· inde ⁊ ad nos hoc nomē ꝑ deriuationē translatū ē. Flores nominati: ꝙ cito defluāt de arboribꝰ· q̄si fluores· ꝙ cito soluant̄. In his duplex gratia coloris ⁊ odoris. Austro enī flores soluūt̄· zephyro fiūt. Germen dicimꝰ surculū pręgnantē a gerendo· vnde ⁊ germinatio. Fructꝰ nomen accepit a frumine· id ē eminēte gutturis parte qua vescimur. Inde ⁊ fruges. Fructus autem ꝓprie dicunt̄ agroꝝ ⁊ arborū quibus vtimur. In animalibus vero abusiue ⁊ translatiue vocari fructū. Poma dicta ab opimo id est a copię vbertate. Matura dicunt̄· q: apta sūt ad mandendū· sic ⁊ īmatura· q: prius q̄ matura fiāt· dura sūt ad mandendū. Ligna dicta q: incēsa cōuertunt̄ in lumē. Unde ⁊ liciniū dicit̄ ꝙ lumē det. Astula a tollendo nūcupata q̄si abstula Fomes est astula quę ab arboribꝰ excutit̄· recisiōe aut astulę ambustę· aut ligno cauata a fūgis nomine accepto· ꝙ ita capiat ignē. De quo Virgiliꝰ. Rapuitq; in fomite flāmā. Torris lignū adustū quē vulgꝰ ticionē appellat· extractū foco semiustū ⁊ extinctū. Quisquilię stipulę īmixtę surculis ac folijs aridis· sūt aūt purgamenta terraꝝ. Caries putredo lignoꝝ· dictum hoc nomen· ꝙ eueniat lignis virtute carentibus.

P De p̄priis nominibus arboꝝ. Cap. VII.
Primus bella intulit ninus assyrioꝝ rex. Ipse enim finib⁹ suis nequaq̄ content⁹ humanę societatis fędus irrūpens exercit⁹ ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare aut subijcere cępit, vniuersamqꝫ asiam vsqꝫ ad libyę fines noua seruitute pdomuit. Hinc iā studuit orbis i mutuo sanguine grassari alterna cęde. Quattuor aūt sūt genera belloꝝ, id ē iustum, iniustū, ciuile, ꝛ plusq̄ ciuile. Iustū bellum est qđ ex prędicto gerit̃ de rebus repetitis, aut ppulsandoꝝ hostiū causa. Iniustū bellū est qđ de furore non de legitima ratione initur. De quo in republica Cicero dicit: Illa iniusta bella sūt quę sūt sine causa suscepta. Nā extra vlciscēdi aut ppulsandoꝝ hostiū causa, bellū iustū geri nullū potest. Et hoc idē Tulli⁹ paruis interiectis subdidit: Nullum bellum iustū haberi videt̃, nisi denunciatum, nisi dictū, nisi de repetitis reb⁹. Ciuile bellum est inter ciues orta seditio, ꝛ concitati tumultus, sicut int̃ syllā ꝛ mariū, q̄ bellū ciuile inuicē in vna gēte gesserūt. Plusq̄ ciuile bellū ē vbi non solū ciues concertāt, ꝫ ꝛ cognati, quale actū est inter cęsarē ꝛ pompeiū, qn̄ gener ꝛ socer inuicē dimicauerūt. Siquidē in hac pugna frater cū fratre dimicauit, ꝛ pat̃ aduersus filiū arma portauit. Lucan⁹: In fratrū ceciderūt prędmia fris. Itē: Cui ceruix cęsa parētis cederet. Bella itaqꝫ dicūt̃ interna, externa, seruilia, socialia, piratica. Nā piratica bella sūt sparsa latronū man⁹ p maria myoparonib⁹ leuib⁹ ꝛ fugacib⁹, nō solū nauiū comeat⁹, ꝫ etiā isulas, puinciasqꝫ vastātib⁹. Quos primū Cneus pompeius post multā vastationem quam terra mariqꝫ diu egerat, mira celeritate cōpressit ac supauit. Sicut aūt bellum vocatur qđ contra hostes agitur, ita tumultus qui ciuili seditiōe cōcitat̃. Nā seditio ē dissensio ciuiū, dicta ꝙ seorsū alij ad alios eant. Alij ęstimāt dissensionē animoꝝ seditionē vocari, quā gręci diastasin

vocant. Quo autem differat vtrūq3 cicero docet. Potest enim inquit esse bellū ut tumultus nō sit. Tumultus aūt esse sine bello nō pōt. Quid ē aūt aliud tumult⁹ nisi pturbatio tāta ut maior timor oriat᷑? Unde etiā dict⁹ tumult⁹·q̄si timor mult⁹. Grauior aūt ē tumult⁹ q̄ bellū. Nā in bello vacationes valent·in tumultu nō valēt. Differt aūt bellū·pugna·7 prelium. Nam bellū vniuersū dicit᷑· ut punicū. Huius ptes sūt pugnę·ut cannensis·t̃mensis. Rursū in vna pugna multa sūt prelia. Aliud enī in cornib⁹·aliud in media·aliud ī extrema acie geritur. Bellū igit᷑ ē totū·pugna vni⁹ dici. prelīū pars pugnę ē. Bellū antea duellū vocatū·eo q̄ due sūt partes dimicantiū·uel q̄ alterū faciat victorē·alterū victū. Postea detracta littera d.7 mutata v in b. dictū est bellū. Alij p antiphrasin putāt bellū q̄ sit horridū. vnde est illud: Bella horrida bella. cū bellū contra sit pessimum. Prelia dicunt᷑ a premendo hostis hostē. Unde 7 prelia ligna quib⁹ vua premit᷑. Pugna vocata eo q̄ initio vsus fuisset ī bello pugnis cōtendere·uel q: pmo bellū pugnis incipiebāt. Unde 7 pugna etiā duoꝝ est aliqn̄ 7 sine ferro. Quattuor aūt in bello agūt᷑: pugna·fuga·victoria·pax. Pacis vocabulū videt᷑ a pacto sūptū. Posteri⁹ aūt pax accipit᷑. fędus primū initur. Fędus ē pax quę fit īt̄ dimicātes·uel a fide·uel a fecialib⁹·id ē sacerdotibus dictū. Per ipsos enī fiebant fędera· sicut p seculares bella. Alij fędera dicta putāt a porca fęde 7 crudelit᷑ occisa·cui⁹ mors optabat᷑ ei q̄ a pace resilisset. Uirgili⁹: Et cęsa iūgebāt fędera porca. Fęderis ptes inducię· Et dictę inducię q̄si ī dies ocia.

De triūphis Cap. II.

Omne regnū sęculi hui⁹ bellis queritur· victorijs ꝓpagat᷑. Uictoria dicta q̄ vi·id ē virtute adipiscat᷑. Hoc ē enī iuſ gētiū: vim vi expellere. Nam turpis ē dolo quęsita victoria. Certa autē victoria est·uel occisio hostis·uel expoliatio·uel vtrūq3. Non ē aūt iocūda victoria quę p imensa detrimenta cōtingit. Et h̄ ē qd̄ laudat Salusti⁹ duces victoriā ī cruēto exercitu deportasse. Pompa dicta ē gręca significatiōe ἀπὸ τοῦ πομπεύεσθαι h̄ ē publice ostentari. Precedit aūt victoria pompam·ideo q̄ ituris ad h̄ certamen pmū ē victorię votū. Trophęū dictū ἀπὸ τῆς τροπῆς· id ē a cōuersiōe hostis 7 fuga. Nā ab eo q̄ hostē qs fugasset merebat᷑ trophęū. q̄ occidisset triumphū·q̄ dict⁹ est ἀπὸ τῆς τριαμβῆς id ē ab exultatiōe. Plenę enī victorię triūphus debet᷑. semiplenę trophęū·q: nōdū plenā est cōsecutus victoriā. Nō enī obtinuit·ſ3 fugauit exercitū. Hęc tn̄ noīa scriptores cōfundūt. Tranquillus aūt triūphū latine dicit poti⁹ appellatū·q̄ is qui triumphans vrbem ingrederet᷑·tripartito iudicio honoraret᷑. Nam primū de triūpho duci cōcedendo exercitū iudicare solitū erat· secundo senatū·tertio populū. Erat aūt apud romanos mos ut triumphantes quadrigis veherent᷑·ex illo q̄ soliti sint ꝑores duces hoc habitu bella inire. Quicunq3 autē in conflictu vicisset· palma aurea coronabatur·quia palma stimulos habet. Qui ꝟo sine conflictu fugientē pstrasset· laurea·eo q̄ hęc arbor sine spinis ē. Nāq3 7 purpuream 7 palmatā togam triumphantes induebant᷑. 7 scipionē cum sceptro in manu gerebāt·ad imitationē victorię scipionis· licz 7 scipio bacul⁹ sit quo hoīes innitunt᷑. vnde 7 ille prim⁹ corneli⁹ scipio appellat⁹ ē·q: ī foro pater ei⁹ cęcus innixus eo ambulabat. Sup scipionē aūt aquila supsedebat ob īdiciū q̄ p victoriā quasi ad supnā magnitudinē accederēt. Inde 7 colore rufo plīniebantur·quasi imitarentur diuini ignis effigiem. Qd̄ ꝟo a carnifice cōtingebāt. id erat indicio ut ad tantū fastigiū euecti· mediocritatis humanę cōmonerent᷑. Duobus aūt generibus delet᷑ exercitus·aut internitione aut dispersione. Salusti⁹: Hostes inquit oppressi·aut dilapsi forent. Sic 7 vtrūq3 Uirgilius. Internitione·ut submersasq3 obrue puppes. Dispsione·ut age 7 disijce corpora ponto. Spolia hostiū preda·manubię· exuuię partes. Preda a predādo vocata. Manubię eo q̄ manib⁹ detrahunt᷑. Hę 7 exuuię ab exenudo dictę: q: exuunt᷑. Hę 7 partes·a pari diuisione·p psonaꝝ qualitate 7 laboꝝ iusta decisione. Spolia autem a pallijs quasi expallia·victis enim detrahuntur.

De signis Cap. III.

Signa belloꝝ dicūtur q̄ ex his exercit⁹ 7 pugnādi 7 victorię receptui accipit symbolū. Nam aut p vocē tubę·aut p symbolum admonetur exercitus legionū. Principalia signa aqlę·dracones 7 pilę. Aquilę ideo q̄ eadem auis iouis in armis auspicio fuerit. Nā dū idem iouis aduersus titanas ꝓficisceretur· aquilam ei in auspicio apparuisse ferunt quā ille ꝓ indicio victorię acceptā tutelę suę auspicat⁹ eam legioni signū dedit·quo factum ē ut deinceps militū signis cōmitteretur. Cui⁹ lucan⁹ meminit dicens: Signa pares aquilas 7 pila minātia pilis. Draconū signa ab apolline morte phitonis serpentis incohoata sūt. Dehinc a gręcis 7 romanis ī bello gestari cęperunt. Pilam in signo cōstituisse fertur augustus ꝓpter nationes sibi in cūcto orbe subiectas ut magis figurā orbis ostenderet. Uexillū 7 ipsū signū bellicū tractū·nomen habens a veli diminutione quasi velillū. Sub romulo aūt fasciculos feni ꝓ vexillis milites habuerūt. Hinc 7 manipuli appellant᷑. Manipulos enim dicimus fasces feni q̄ manum impleant. Cętera signa diuersis prelata agminibus ſm militarem consuetudinem existunt·p quę exercitus pmixtione preliorum agnoscitur.

De buccinis Cap. IIII.

Buccina est qua signū datur ī hoste·dicta a voce quasi vocina. Nam pagani agrestesq3 ad omnē vsum buccina ad cōpeta

cōuocabant. ꝓprie ꝗ hoc a agrestibus signum fuit. De quo Propertius: Buccina cogebat priscos ad arma quirites. Huiꝰ clangor baccinā dicit̃. Tubam tyrrheni primū inuenerūt. vnde Virgilius: Tyrrhenusq; tube mugire p ethera clangor. Hāc enim a tyrrhenis predonibus excogitatā dicunt. cū dispsi circa maritimas oras nō facile ad quāq; prede occasionē voce aut buccina cōuocarent vento plerūq; obstrepēte. Hinc postea bellicis certaminibꝰ adhibita ē. ad denūcianda signa belloꝝ. ut vbi exaudiri preco pre tumultu nō poterat. sonitꝰ tube clāgētis attingeret. Tuba aūt dicta. q̄si tofa. id est caua. Itē tuba q̄si tibia. Int̃ tubā aūt & buccinā veteres discernebāt. Nam buccina insonans sollicitudinē ad bella denūciabat. Virgilius: Qua buccina signū dira dedit. Tuba autē prelīū indicabat. ut At tuba terribili sonitu. Cuiꝰ sonitus varius ē. Nam interdū canitur ut bella cōmittant̃. interdum ut insequant̃ eos qui fugiunt. interdū receptui. Nam receptus dicit̃ quo se exercitus recipit. vnde & signa receptui canere dicunt̃. Classica sūt cornua que connocādi causa erant facta. & a calando classica dicebant̃. De qbꝰ Virgiliꝰ: Classica iāq; sonant. Apud amazonas aūt nō tuba sicut a regibꝰ. sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

De armis Cap. v.

Arma generaliter oīuꝫ rerū instrumenta sunt. vnde & vbi reponūt̃. armaria dicta sūt. Itē arma & tela oīuꝫ generū. ꝗ arma sunt quibꝰ ipsi tuemur. tela que emittimꝰ. Nam arma duplicia. id est quibꝰ ꝑcutim̄. uel quibꝰ tegimur. Arma aūt ꝓprie dicta sunt. eo ꝙ armos tegunt. Nam arma uel ab armis dicunt̃. id est humeris. ut latus hinc asta per armos acta tremit. uel ἀπὸ τοῦ ἄρεος. id est a marte.

De gladijs Cap. vi.

Gladius generaliter dicit̃ ensis in prelio. ꝗ ensis ferrū tm̄. gladius ꝟo totus. Proprie aūt appellat̃ gladiꝰ ꝙ gulam diuidit. id est ceruicē secat. Ad hoc enim primū ē factus. Nā cetera mēbra securibꝰ magis ceduntur. collum gladio tm̄. Acies aūt gladij ab acumine dicta ē. Capulꝰ vocat̃. uel q: caput ē gladij. uel q: ibi capit̃ ut teneat̃. Nā alibi acies ferri nō finit. Mucro nō tm̄ gladij ē. ꝗ & cuiuslibet teli acumen. dictus a longitudine. Nam macron greci longū dicunt. hinc & machere. Machera autē ē gladius longꝰ ex vna parte acutus. Framea ꝟo gladiꝰ ex vtraq; parte acutus. quā vulgo spatam vocant. Framea aūt dicta q: ferrea est. Nam sicut ferramentū. sic framea dicit̃. ac proinde omnis gladiꝰ romphea. Spata a passiōe dicit̃ greco verbo. qm̄ patin grece dicitur pati. vnde & patior & patit̃ dicimꝰ. Alij spatā latine autumant dictā eo ꝙ spaciosa sit. id ē lata & ampla. Unde & spatula i pecoribꝰ. Semispatiū gladiꝰ ē a media longitudine spate appellatus. nō ut imprudēs vulgꝰ dicit. sine spatio. dū sagitta velotior sit. Pugio a pungēdo & transfigendo vocat̃. Est eni gladiꝰ paruus & bis acutꝰ lateri adherens. Idē & clunabulū dictū. ꝙ religet̃ ad clunem. Celidoniacꝰ gladiꝰ. ferrū ē latū cuꝰ duplex mucro ac bifurcꝰ i modū caude hirūdinee formatur. vnde & celidoniacꝰ dicit̃. Sica a secādo dicta est. Est eni gladiꝰ breuis quo maxime vtunt̃ qui apud italos latrocinia exercēt. a q̄ & sicarij dicti sunt. Tranquilliꝰ autē dicit. dū cuiusdā gladiatoris in ludū emissi gladiꝰ curuatꝰ fuisset. ex acie recta ꝓcurrit vnꝰ ad eum corrigendū. tumq; a pugnante rn̄sū ē. sica pugnabo. inde sice nomē datū est. Secures signa sūt. que ante cōsules ferebant̃. ne aut vsum ꝑderēt belli. aut vacantes ocio aspectū amitterent gladioꝝ. Quas & hispani ab vsu francoꝝ ꝑ deriuationē franciscas vocant.

De astis Cap. vii.

Asta est contꝰ cū ferro. cuius diminutiuū facit astile. Nomē aūt asta ab astu sumpsit. vnde & astutia. Cōtus ferrū nō habet. ꝗ tm̄ cuspide acuta est. Virgiliꝰ: Ferrataſq; trudes & acuta cuspide contos. Contꝰ aūt q̄si conitus. Est enim conitꝰ acuta rotūditas. Trudes amites sūt. cū limato ferro. que greci aplustria dicūt. Trudes aūt dicūt̃ ab eo ꝙ trudunt & detrudunt. Virgiliꝰ: Ferrataſq; trudes. Venabula dicta q̄si venatui habilia. Excipia q: veniētē excipiūt. q̄si excipiabilia. Excipiūt enim apros. expectāt suscipiūtq; leones. intrāt vrsos. sit tm̄ firma manus. Lancea ē asta amentū habens in medio. Dicta aūt lācea ꝙ equa lance id ē eq̄li amēto ponderata vibrat̃. Amentū vinculū ē iaculoꝝ astiliū qd̄ medijs astis aptat̃. Et inde amentū. qui media asta religat̃ ut iaculet̃. Claua ē q̄lis fuit herculis. dicta ꝙ sit clauis ferreis inuicē religata. & ē cubito semis facta i lōgitudine. Hec & cateia quā Horatiꝰ caiā dicit. Est eni genꝰ gallici teli ex materia ꝙ maxime lenta. que iactu nō q̄dē lōge ꝓpter grauitatē euolat. ꝗ q̄ ꝑuenit vi nimia ꝑfringit. ꝙ si ab artifice mittat̃. rursū redit ad eū qui misit. Huiꝰ meminit Virgiliꝰ dicens: Teutonico ritu soliti torquere cateias. Vñ & eos hispani & galli teutonos vocant. Falarica ē telū ingens torno factū habēs ferrū cubitale & rotūditatē de plūbo in modū sphere in ipsa sūmitate. dicit̃ etiā & ignē habere affixum. Hoc aūt telo pugnat̃ de turribꝰ q̄s falas dici manifestū est. Iuuenalis: Consulis ante falas delphinorūq; & colūnas. A falis igit̃ dicta ē falarica. sicut a muro muralis. Sane falaricā Lucanꝰ dicit neruis mitti tortilibꝰ & quedā machina. ut nūc vibrata falarica neruis. Virgiliꝰ ꝟo ait turnū manu falarica iaculasse. Pila sūt arma iaculoꝝ atq; teloꝝ a torquēdo uel emittendo vocata. De qbꝰ lucanꝰ: Signa pareſq; aq̄las & pila minātia pilis. Cuꝰ singulare pilū dicit̃. Telū vocat̃ ꝑm grecā etymologiā ἀπὸ τοῦ τηλόθεν quicquid longe iaci pōt. ꝙꝙ abusiue dicat̃ & gladius. ut est illud: At nō hoc telum mea quod vi

dextera versat. Proprie aũt telũ a lõgitudine di/
cit. Unde ⁊ mustela dicitur ꝙ lõgior sit ꝙ̃ mus.
Cuspis astile amentatũ a cespite dicta qd ẽ vir/
gultum. Uirgilius: Et pastorale prefixa cuspide
mirtyũ. Proprie aũt cuspis posterior pars astę ẽ.

De sagittis Cap. VIII.

S Agitta a sagaci iactu id ẽ veloci ictu vo
cata. Pennis eni fertur quasi auis ut ce/
leriter mors pcurrat ad hoiem. His pri/
mũ cretenses vsi sunt. Quib⁹ pennę ideo ut dixi/
mus agglutinanť ut leues sint ⁊ puolẽt scutaros.
Spicula sunt sagittę uel lanceę breues ab spicaꝝ
specie nũcuparę. Scorpio ẽ sagitta venenata ar/
cu uel tormentis excussa. Quę dum ad hominem
venerit virus quo figit infundit. vnde ⁊ scorpio
nomen accepit.

De pharetris Cap. IX.

P Haretra sagittarũ theca a ferendo iacu/
la dicta: sicut ⁊ pheretrũ vbi fun⁹ defer/
tur. quę ideo etymologiã cõmunẽ habẽt
q: pharetra mortem pheretrũ mortuum portat.
Coriti proprię sũt arcuũ thecę. sic sagittarũ pha/
retrę. Uagina appellať eo ꝙ in ea mucro uel gla/
dius baiuleť. Theca ab eo ꝙ aliquid receptũ te/
gat. c. littera p g. posita. Alij gręco noie thecam
vocari asserũt ꝙ ibi reponatur aliquid. Inde bi/
bliotheca librorꝫ repositio dicitur. Dolones sunt
vaginę lignę inter quas latet pugio sub baculi
specie. Dolones aũt a dolo dicti sũt ꝙ fallãt ⁊ de/
cipiant ferro cũ speciẽ pręferãt ligni. Hos vulgus
gręco noie oxos vocant id est acutos. Uñ ⁊ apud
medicos acutus morbus oxea vocať. Arcus vo/
cať eo ꝙ arceat aduersariũ. Inde ⁊ arces dicunť
a quibus arcenť hostes. Item arcus ob speciem
ꝙ sint curuati artius.

De fundis Cap. X.

F Unda dicta eo ꝙ ex ea fundanť lapides
id est emittanť. Hāꝝ vsus pmũ i insu/
lis quę baleares dicũť inuent⁹ ẽ. Uirgi/
lius: balearis verbera fundę. Balista gen⁹ tor/
mẽti ab emittendo iacula dicta. Bali enim gręce
mittere dicitur. Torqueť enim verbere neruoꝝ ⁊
magna vi iacit aut astas aut saxa. Inde ⁊ fundi/
balus quasi fundens ⁊ emittens. Cõtra balistam
testudo valet. Series eni fit armoꝝ vmbonibus
inter se colligatis.

De ariete Cap. XI.

A Rieti nomẽ species dedit eo ꝙ cum im/
petu impingit murũ in modũ arietũ pu/
gnãtiũ. Ualidę enim ac nodosę arboris
caput ferro vestitur eaqꝫ suspẽsa funib⁹ multoꝝ
manu ad murũ impellitur. deinde retrorsum du/
cta impetu maiore destinatur. sicqꝫ ictib⁹ crebris
concussum muri latus cedit cauatumqꝫ irrumpit
ac fenestram facit. Contra impulsũ arietis reme/
dium est saccus paleis plenus ⁊ in eum locum di/
missus quo aries pcutit. Laxo enim saccorum si/
nu ictus arietis illisus mollitur. Duriora eni mol/
lioribus facilius cedunt. Plutei sũt crates corio
crudo intextę quę in ope faciendo hosti obijciun/
tur. Musculus cuniculo similis fit quo mur⁹ per/
foditur ex quo ⁊ appellať quasi murusculus.

De clypeis Cap. XII.

C Lypeus est scutũ maius dictus ab eo ꝙ
clepet idest cęlet corpus periculisqꝫ sub/
ducat. ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Oppositus
cui sua defensione ab astis ⁊ iaculis corp⁹ munit.
Clypeus aũt peditũ est scutũ equitũ. Scutũ ap/
pellatum eo ꝙ a se excutiat teloꝝ ictũ. Ut eni te/
lis resistatur clype⁹ antefertur. Umbo scuti pars
media est quasi vmbilic⁹. Ancile vocatur scutum
breue ⁊ rotundũ. De quo Uirgili⁹: Lęuaqꝫ anci/
le gerebat. Et ancile dictũ ab ancisione ꝙ sit ab
oĩ parte veluti ancisũ ac rotundũ. Ouidi⁹: Idqꝫ
ancile vocant ꝙ ab oĩ parte recisũ. Quaqꝫ notes
oculis angulus omnis abest. Pelta scutũ breuis/
simũ i modũ lunę medię. Cuius meminit liber re/
gũ: Fecit rex salomõ ducẽta scuta de auro puro. ⁊
trecentas peltas ex auro pbato. Cetra scutũ lo/
reum sine ligno quo vtunť afri ⁊ mauri. De quo
poeta. Lęuã cetra tegit. Parma leuia arma quasi
paruus clypeus. Diciť aũt ⁊ testudo scutũ. Nam
i modũ testudinis fit clypeus. Est ⁊ testudo scu/
torũ cõnexio curuata i testudinis modũ. Nãqꝫ i
armorũ generib⁹ milites etiã ab animalib⁹ nomi/
na sumunt ut aries. Et Salustius: in modũ in/
quit heritij militaris.

De loricis Cap. XIII.

L Orica vocať eo ꝙ loris careat. solis eni
circulis ferreis cõtexta est. Squama est
lorica ferrea ex laminis ferreis aut ęreis
concatenata in modum squamę piscis. ⁊ ex ipso
splendore squamaꝝ ⁊ similitudine nũcupata est.
De cilitijs aũt ⁊ poliuntur ⁊ tegunť loricę.

De galeis Cap. XIIII.

C Assis de lamina est galea de corio. Nã
galeros corũ diciť. Cassidẽ autẽ a tuscis
nominatã dicũt. Illi eni galeam cassim
nominãt credo a capite. Apex ẽ qd in sũma ga/
lea eminet quo figitur crista quã gręci conũ vo/
cãt. Nã conus ẽ curuatura quę in galea pminet
⁊ supra quã cristę sunt.

De foro Cap. XV.

F Orus exercendarũ litiũ loc⁹ a fando di/
ctus. uel a phoroneo rege qui prim⁹ grę/
cis legẽ dedit. Qui locus ⁊ rostra vocať
ab eo ꝙ ex bello punico captis nauib⁹ carthagi/
nensiũ rostra ablata sunt: ⁊ in foro romano prę/
fixa ut eẽt hui⁹ insigne victorię. Cõstat aũt forus
causa lege. ⁊ iudice. Causa vocať a casu quo eue/
nit. Est eni materia ⁊ origo negocij necdum dis/
cussionis examine patefacta quę dũ pponiť causa
est dũ discutiť iudiciũ est dũ finiť iusticia vocatũ
aũt iudiciũ quasi iuris dictio. ⁊ iusticia quasi iuris
stat⁹. Iudiciũ aũt prius inqsitio vocabať. Unde
⁊ actores iudiciorum. ⁊ prępositos quęstores. uel

quęsitores vocamus. Negociū multa significat: modo actū rei alicuius·cui contrariū est ociū. mō actionem causę·qđ est iurgiū litis. Et dictū negociū·q̄si nec ociū·id est sine ocio. Negociū autem in causis·negociatio in cōmertijs dicit̄· vbi aliq̄d datur ut maiora lucrent̄. Jurgiū dictū·quasi iurisgariū·eo q̄ hi qui causam dicunt iure disceptēt. Lis a contentione limitis ꝑus nomen sumpsit. De qua Uirgilius: Limes erat positus litem ut discerneret agri. Causa aut argumento·aut ꝓbatione constat· Argumentū nunq̄ testib⁹·nūq̄ tabulis dat ꝓbationē· ſʒ sola inuestigatione inuenit veritatem. vnde ⁊ dictū argumentū·id est argutum inuentū. Probatio aūt testib⁹ ⁊ fide tabularū constat. Jn omni aūt iudicio sex ꝑsonę requiruntur: iudex·accusator·reus·⁊ tres testes. Judex dictus·quasi ius dicēs ꝑplo·siue q̄ iure disceptet. Jure aūt disceptare est iuste iudicare. Non est aūt iudex si non est i eo iusticia. Accusator vocatus· quasi adcausator·q: ad causam vocat eum quem appellat. Reus a re qua petitur nuncupat̄· q: q̄uis sceleris cōsci⁹ nō sit·reus tñ dicit̄·q̄diu in iudicio ꝓ re aliq̄ petit̄. Testes antiquit⁹ supstites dicebantur·eo q̄ sup statū causę ꝓferebant̄. Nūc parte ablata nois testes vocant̄. Testis aūt cōsideratur: conditione. natura. ⁊ vita. Conditione si liber·non seruus. Nam sępe seruus metu dominātis testimoniū supprimit veritatis. Natura·si vir non fęmina. Nam varium ⁊ mutabile semper fęmina. Uita·si innocens ⁊ integer actu. Nam si vita bona defuerit· fide carebit. Non enī pōt iusticia cum scelerato habere societatem. Duo sunt aūt genera testiū·aut dicendo id qđ viderūt·aut ꝓferendo id qđ audierūt. Duobus aūt modis testes delinquūt. cum aut falsa ꝓmūt·aut vera silentio obtegunt.

De spectaculis Cap. XVI.

Spectacula ut opinor·generaliter noiant̄ voluptates·quę nō p semetipsa iquinār· sed p ea quę illic geruntur. Dicta aūt spectacula eo q̄ hoib⁹ publica ibi prębeat̄ inspectio. Hec ⁊ ludicra nuncupata·q̄ in ludis gerant̄· aut in scęnis. Ludorū origo sic tradit̄. Lydij ex asia trāsēūtes in hetruria cōsederūt·duce tyrrheno·q̄ fratri suo successerat in regno. Contentione igit̄ in hetruria inter cęteros ritus supstitionū suarū spectacula q̄ religiōis noie instituerūt. Jnde romani arcessitos artifices mutuati sunt. ⁊ inde ludi a lydijs vocati sūt. Uarro aūt dicit ludos a lusu vocatos·q̄ iuuenes p dies festos solebant ludi exultatione delectare populū. Unde ⁊ eū lusū iuuenū ⁊ diebus festis ⁊ templis ⁊ religionib⁹ deputant. Nihil iam de causa vocabuli·dū rei causa idolatria sit. Unde ⁊ promiscue ludi liberalia vocabāt̄ ob honorē liberi patris. Ob hoc despiciēda ē originis macula·ne bonū ęstimes qđ initiū a malo accepit. Ludus aūt·aut gymnicus est aut circensis·aut gladiatorius·aut scęnicus.

De ludo gymnico Cap. XVII.

Gymnicus ludus est velocitatis ac viriū gloria. Cuius locus gymnasiū dicit̄·vbi exercent̄ athletę. ⁊ cursor̄ velocitas cōprobat̄. Hinc accidit ut omniū ꝑpe artiū exercitia gymnasia dicantur. Antea enī in locis certantes cincti erant ne nuderentur. post relaxato cingulo repente ꝓstratus ⁊ examinat⁹ est quidā cursor: quare ex consilij decreto tunc arcon ippomenes· ut nudi deinceps oēs exercitarent̄ pmisit. Ex illo gymnasium dictū est·q̄ iuuenes nudi exercent̄ in campo vbi sola tm̄ pudenda operiūtur.

De generibus gymnicor̄ Cap. XVIII.

Genera gymnicor̄ q̄nq̄·id est salt⁹·cursus·iactus·virt⁹·atq̄ luctatio. Unde ferunt quendā regē tot filios adolescentes habētē·totidē generib⁹ de regno iussisse cōtēdere.

De saltu Cap. XIX.

Saltus dictus quasi exilire in altum. Est enim saltus altius exilire uel longius.

De cursu Cap. XX.

Cursus a velocitate crurum vocatur. Est enim cursus celeritas pedum.

De iactu Cap. XXI.

Jactus dict⁹ a iaciēdo. vnde ⁊ piscatoriū rete iaculū dicit̄. Huic arti vsus ē arreptos lapides ꝓcul ferire· astas pondere librato iacere·sagittas arcu emittere.

De virtute Cap. XXII.

Virtus est immēsitas virium in labore ⁊ pondere corporis.

De luctatione Cap. XXIII.

Luctatio a laterū complexu vocata·qb⁹ cominus certantes innitent·q̄ gręca appellatione athletę vocant̄. Locus autem luctatiōis palestra dicitur.

De palestra Cap. XXIIII.

Palestram autem uel ἀπὸ τῆς πάλης. id ē a luctatione uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν id ē a motu ruinę fortis nominatam dicunt·scilicet q̄ in luctando cum medios arripiāt ferę quatiūt·idq̄ apud gręcos πάλλειν vocat̄. Quidā opinant̄ artē luctandi vrsor̄ cōtentione monstratā. Nāq̄ inter cęteras feras eos solos ⁊ erigi congressos ⁊ subsidere celeriter ac reuerti. ⁊ modo manib⁹ tentare inuicē. modo cōplexu abigere sese more luctantium dicūt.

De agone Cap. XXV.

Que latini certamina· gręci agones vocāt·a frequētia q̄ celebrabant̄. Siquidē ⁊ omnē cętū atq̄ conuentū agona dici. Alij q̄ in circulis ⁊ q̄si ἄνευ γωνίας·id est sine angulo locis ederent̄ nūcupatos agones putant.

De generibus agonū Cap. XXVI.

Agonū genera fuisse: imēsitas viriū·cursus celeritas·sagittādi peritia·stādi patientia·ad citharam q̄ uel tibias incedendi gestus·de morib⁹ q̄·de forma· de cantādi

modulatione terrestris q̄ belli. et navalis prelii. perpetiendorumq̄ suppliciorum certamina.

De ludis circensibus Cap. xxvii.

Ludi circenses sacrorum causa deorum ac gentilium celebrationibus instituti sunt. unde et qui eos spectant demonum cultibus inservire videntur. Nam res equestris antea simplex agebatur. et utrisq̄ communis usus huiusmodi reatus non erat. Sed cum ad ludos coactus est naturalis usus. ad demoniorum cultum translatus est. Itaq̄ castori et polluci deputantur he species. quibus equos a mercurio distributos historie docent. sed et neptunus equestris ludus est quem greci ippon vocant. sed et marti et iovi in ludis equi sunt consecrati. et ipsi quadrigis presunt. Circenses autem ludi ideo dicti vel a circumeundo. vel quod ubi nunc mete sunt. olim gladii ponebantur. quos quadrige circuibant. et inde dicti circenses ab ensibus circa quos currebant. Siquidem in littore circa ripas fluminum cursus agitantes gladios in ordine in ripe littore ponebant. et erat artis equum circa pericula torquere. Inde et circenses dicti putantur. quasi circum enses.

De circo Cap. xxviii.

Circus soli principaliter consecratur est a paganis. cuius edes medio spacio et effigies de fastigio edis emicat. quod non nulli putaverunt sub tecto consecrandum. quem in apto habent. Est autem circus omne illud spacium quod circuire equi solent. Hunc romani dictum putant a circuitu equorum. eo quod ibi circum metas equi currant. Greci vero a circe filia solis que patri suo hoc genus certaminis instituit asserunt nuncupatum. et ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga et venefica. et sacerdos demonum. In cuius habitu et ope magice artis. et cultus idolatrie recognoscitur.

De ornamentis Cap. xxix.

Ornamenta circi: ova. meta. obeliscus. carcer. Ova honori castoris et pollucis ascribunt. qui illos ovo editos credendo de cygno et iove non erubescunt. Fingunt autem circensia romani ad causas mundi referre. ut sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

De metis Cap. xxx.

Metarum quippe appellatione proprie terminum ac finem mundi designare voluerunt. ab eo quod aliquis emensus finis est. sive ad testimonium orientis occidentisq̄ solis.

De obelisco Cap. xxxi.

Obeliscum messeres rex egypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore nilus violenti inundatione egyptum nocuisset. indignatus rex tanq̄ penas a flumine exigeret sagittam in undas misit. Non multo post gravi valitudine correptus. lumen amisit. qui post cecitatem visu recepto duos obeliscos soli consecravit. Obeliscus enim sagitta dicitur. qui ideo in medio circo ponitur. quia per medium mundum sol currit. Medio autem spacio ab utraq̄ meta constituitur obeliscus. fastigium summitatemq̄ celi significat cum sol ab utroq̄ spacio medio horarum discrimine transcendit. Summo obelisco suppositum est quoddam auratum in modum flamme formatum. quoniam sol plurimum caloris atq̄ ignis habet.

De carceribus Cap. xxxii.

In circo unde emittuntur equi carceres dixerunt ab ea re qua et ille carcer qui est in civitate. quod ut ibi homines damnati atq̄ inclusi. ita hic equi coercentur ne exeant anteq̄ signum emittant.

De aurigis Cap. xxxiii.

Ars circi. auriga et currus. equites vel pedites. Auriga proprie dictus quod currum agat et regat. sive quod feriat iunctos equos. Nam aurit ferit dicimus. ut latus aurit apertum. Ipse est et agitator id est verberator ab agendo dictus. Aurige autem duobus coloribus sunt: quibus speciem idolatrie vestiunt. Nam prasinus terre. venetus celo et mari a paganis dedicatus est.

De quadrigis Cap. xxxiiii.

Erichthonius autem qui regnavit athenis primus quattuor equos iunxisse fertur. sicut Virgilius auctor est dicens: Primus erichthonius currus et quattuor ausus Jungere equos. rapidisq̄ rotis insistere victor. Fuit autem minerve et vulcani filius de caduca in terram libidine ut fabule ferunt procreatus. portentum demoniacum. immo diabolus qui primo iunoni currum dedicavit. Tali auctore quadrige producte sunt.

De curru Cap. xxxv.

Currus autem a cursu dictus. vel quia rotas habere videtur. unde et carrum quasi curuum. Quadrigarum vero currus duplici temone olim erant perpetuoq̄ et qui omnibus equis iniiceretur Jugo primus ciristenes sicyonius tantum medios iugavit eosq̄ singulos ex utraq̄ parte simplici vinculo applicuit. quos greci sirafhoros. latini funarios vocant. a genere vinculi quo prius alligabantur.

De equis quibus currunt Cap. xxxvi.

Quadrige et bige. trige et seiuge a numero equorum et iugo dicte. Ex quibus quadrigas soli. bigas lune. trigas inferis. seiugas iovi. desultores lucifero et hespero sacraverunt. Quadrigas ideo soli iungunt. quia per quattuor tempora annus vertitur: ver et estatem. autumnum et hyemem. Bigas lune. quoniam gemino cursu cum sole contendit. sive quia et nocte videtur et die. Jungunt enim unum equum nigrum. alterum candidum. Trigas diis inferis. quia hi per tres etates homines ad se rapiunt. id est per infantiam iuventutem atq̄ senectutem. Seiuga maximus currus iovi. propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt. Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt. sive quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit. sive propter solem quia volubili ambitu rotatur. sicut ait Ennius. Inde patefecit radiis rota candida celum.

De septem spacijs Cap. xxxvii.

SEptem spacia quadrigę currūt referētes hoc ad cursum septē stellaꝝ·quib⁹ mūdū regi dicūt·siue ad cursum septē dieꝝ pręsentiū·quibus pactis vitę termin⁹ consūmatꝰ·quorum finis est arctus id est iudicium.

De equitibus Cap. xxxviii.

POrro equites singulares ideo currere dicunt·q: singulariter vnusquisq; cursum vitę huius pagit·atq; transit·alius alio tempore sequēs aliū·p vnā tamen viā mortalitatis vsq; ad ꝓpriam metam mortis.

De desultoribus Cap. xxxix.

DEsultores noīati·ꝙ olim ꝓut quisq; ad finē cursus venerat·desiliebat τ currebat siue ꝙ de equo in equū iterū transiliebat.

De peditibus Cap. xl.

PEdites autē aiūt ꝓpterea pede currere·q: pedibus curritur mortalitati. Ob hoc a supiore pte currūt ad inferiora·id est ab oriēte ad occidentē·q: mortales oriuntꝰ τ occidūt. Nudi currūt·quia τ hoi in sęculo nullę reliquię sūt. Recto spacio currūt·q: intꝰ vitā τ mortē nihil distat. Sꝫ hęc igitꝰ ꝓpterea fingūt·ut vanitates suas τ sacrilegia excusare conentꝰ.

De coloribus equoꝝ Cap. xli.

CIrca causas ꝗ̄ elementoꝝ ijdem gētiles etiā colores equoꝝ iunxerūt. roseos enim soli id est igni·albos aeri·prasinos terrę·venetos mari assimilantes. Itē roseos ęstati currere voluerūt·ꝙ ignei coloris sint. τ cūcta tūc flauescant. Albos hyemi ꝙ sit glacialis τ frigorib⁹ vniuersa canescāt. Ueri prasinos viridi colore·q: tūc pampinus densatꝰ. Item roseos currere marti sacrauerūt·a quo romani exoriuntur. τ q: vexilla romanorū cocco decorantꝰ·siue ꝙ mars gaudeat sanguine. Albos zephyris τ serenis tēpestatib⁹ prasinos flori τ terrę·venetos aquis uel aeri·q: ceruleo sūt colore. luteos id ē croceos igni τ soli·purpureos iri sacrificauerūt·quē arcū dicimus ꝙ is plurimos colores habeat. Sicq; dū hac spectatione deorum cultib⁹ atq; elementis mūdialib⁹ ꝓphanantꝰ·eosdē deos atq; eadē elemēta ꝓculdubio colere noscuntur. Unde animaduertere debes xpiane ꝙ circū numina īmunda possideant. Qua ꝓpter alienus erit tibi locus·quē plurimi sathanę spūs occupauerūt. Totū enim illū diabolus τ angeli eius repleuerunt.

De theatro Cap. xlii.

THeatrū est·quo scęna includitꝰ: semicirculi figurā habēs·in quo stantes oēs inspiciūt. Cui⁹ forma primū rotunda erat·sicut τ amphiteatri. Postea ex medio amphiteatro theatrū factū est. Theatrum aūt a spectaculo noiatū ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι ꝙ i eo ꝓplus stās desup atq; spectans ludos contēplaretꝰ. Idē ṽo theatrū idē τ ꝓstibulū·eo ꝙ post ludos exactos meretrices ibi ꝓsternerentꝰ. Idē τ lupanar vocatū ab eisdem meretricib⁹ quę ꝓpter vulgati corporis leuitatē lupę nūcupabantꝰ. Nā lupę meretrices sūt vocatę a rapacitate·ꝙ ad se miseros rapiāt τ apprehendant. Lupanaria aūt a paganis constituta sūt·ut pudor infęliciū mulierū ibi publicaretꝰ. τ ludibrio haberentꝰ tam hi qui facerent ꝗ̄ quę paterentꝰ.

De scęna Cap. xliii.

SCęna aūt erat locus infra theatrū i modū dom⁹ instructa cū pulpito. Qui pulpitus orcistra vocabatꝰ·vbi cantabāt comici·tragici: atq; saltabant histriones τ mimi. Dicta aūt scęna gręca appellatione·eo ꝙ in speciē domus erat instructa·vnde τ apud hebręos tabernaculoꝝ dedicatio a similitudine domiciliorū scęnophegia appellabatꝰ.

De orcistra Cap. xliiii.

ORcistra aūt pulpit⁹ erat scęnę·vbi saltator agere posset·aut duo inter se disputare. Ibi enim poetę·comędi τ tragędi ad certamen cōscendebāt·hisq; canentib⁹ alij gestus edebāt. Officia scęnica·tragędi·comędi·themelici·histriones·mimi τ saltatores.

De tragędis Cap. xlv.

TRagędi sūt qui antiqua gesta atq; facinora sceleratoꝝ regum luctuoso carmine spectante populo concinebant.

De comędis Cap. xlvi.

COmędi sunt qui priuatoꝝ hominū acta dictis aut gestis canebāt·atq; stupra virginū τ amores meretricū in suis fabulis exprimebant.

De themelicis Cap. xlvii.

THemelici aūt erant musici scęnici qui in organis τ lyris τ citharis pręcinebant. Et dicti themelici ꝙ olim i orcistra stantes cantabāt sup pulpitū·qd̄ themele vocabatꝰ.

De histrionibus Cap. xlviii.

HIstriones sunt qui muliebri indumento gestus impudicaꝝ feminaꝝ exprimebāt. Hi aūt saltando etiā historias τ res gestas demonstrabāt. Dicti aūt histriones siue ꝙ ab istria id genus sit adductū·siue ꝙ pplexas historijs fabulas exprimerent·quasi historiones.

De mimis Cap. xlix.

MImi sunt dicti gręca appellatione ꝙ rerū humanaꝝ sint imitatores. Nā habebāt suū auctorē: qui anteꝗ̄ mimū agerēt fabulam ꝓnunciarēt. Nā fabulę ita componebantꝰ a poetis·ut aptissimę essent motui corporis.

De saltatoribus Cap. l.

SAltatores autē noīatos Uarro dicit ab arcade salio·quem ęneas in italiā secum adduxit: quiq; primo docuit romanos adolescentes nobiles saltare.

Quid ꝓ patrono agatꝰ Cap. li.

ESt plane i artib⁹ scęnicis·liberi τ veneris patrocinium·quę priuata τ ꝓpria sunt scęnę·de gestu τ fluxu corporis. Nā molli/

tiem libero et veneri imolauerūt. illi p sexum. illi p luxū dissoluti. Que vero ibi vocib' et modis et organis et lyris transigūtur. apollines et musas et mineruas et mercurios patronos habent. Quod spectaculū odire debes xpiane. quorum odisti auctores.

De amphitheatro Cap.lii.

a Amphitheatrū loc' ē spectaculi. vbi pugnāt gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus quia in eo iuuenes vsū armorū diuerso motu condiscāt. et modo int' se aut gladijs aut pugnis certantes. modo contra bestias incedentes. vbi nō odio sed premio illecti subeunt feralecertamē. Amphitheatrū dictū quia ex duob' theatris sit factū. Nā amphitheatrū rotundū ē. theatrū vero ex medio amphitheatro ē. semicirculi figuram habens.

De ludo equestri Cap.liii.

g Enera gladiatorum plura. Quorum primum ludus equestriū. Duo eni equites precedentib' prius signis militaribus vnus a porta oriētis alter ab occidētis procedebāt i equis albis. cū aureis galeis minorib' et habiliorib' armis. sicque atroci perseuerantia pro virtute sua inibāt pugnā dimicantes. quousque alter in alteri' morte prosiliret. ut habēt q cadere casū. gloriā q pimeret. Que armatura pugnabat marti duelli causa.

De retiarijs Cap.liiii.

r Etiarius ab armature genere in gladiatorio ludo cōtra alterū pugnantē occulte ferebat rete. qd iaculū appellatur ut aduersariū cuspide insequēte opiret. implicitūque virib' superaret. Que armatura pugnabat neptuno tridentis causa.

De secutoribus Cap.lv.

s Ecutor est ab insequēdo retiariū dictus. Gestabat eni cuspidē et massam plumbeā que aduersarij iaculū impediret. ut antequam ille feriret rete. iste superaret. Hec armatura sacrata erat vulcano. Ignis eni aquā semp insequitur ideoque cū retiario componebatur. quia ignis et aqua semp inter se inimica sunt.

De laqueatoribus Cap.lvi.

l Aqueatorū pugna erat. fugientes i ludo hoies iniecto laqueo impeditos cōsecutosque prostrare. amictos vmbone pelliceo.

De velitibus Cap.lvii.

v Elitum pugna erat. ut vltro citroque tela obiectarēt. Erat aūt eorum varia pugna et spectātib' gratior quam reliqua. Velites aūt vocati sūt siue a volitatione. siue a ciuitate hetruscorum que veletes vocabatur.

De ferali certamine Cap.lviii.

f Erarū pugna erat missas bestias iuuenes excipere et pugnare aduersus eas. vltronco funere. certare nō crimine sed furore.

De horum execratione ludorum Cap.lix.

h Ec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatū. nō solum hoiuz vitijs sed demonū iussis instituta sūt. Proinde nihil eē debet xpiano cū circensi insania. cum impudicitia theatri. cū āphitheatri crudelitate. cū atrocitate harene. cū luxuria ludi. Deū eni negat qui talia presumit. fidei xpiane preuaricator effect'. qui id denuo appetit qd in lauacro iā pridem renūciauit id est diabolo pompis et operibus eius.

De alea Cap.lx.

a Lea id est ludus tabule inuenta a grecis in ocio troiani belli a quodā milite noie alea. a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pirgo. calculis tesserisque.

De pirgis Cap.lxi.

p Irgus dictus. quia per eum tessere pergant siue quia turris speciem habeat. Nam greci turrim pirgum vocant.

De calculis Cap.lxii.

c Alculi vocati quia leues sint et rotūdi. vnde et calcul' dicitur lapis breuis qui sine molestia sui breuitate calcetur. Item calculi quia p vias ordinales eant quasi p calles.

De tesseris Cap.lxiii.

t Essere vocate. quia quadre sunt ex partibus omnib'. Has alij lepusculos vocāt. eo quia exiliendo discurrūt. Olim aūt tessere iacula appellabantur. a iaciendo.

De figuris alee Cap.lxiiii.

q Uidā aūt aleatores sibi videntur phisologice p allegoriā hanc artē exercere et sub quadā rerū similitudine fingere. Nam trib' tesseris ludere phibent. propter tria seculi tpa preterita. presentia et futura. quia nō stant sed decurrunt. Sed et ipsas vias senarijs locis distinctas propter etates hoiuz. ternarijs lineis propter tpa argumentantur. Inde et tabulā ternis descriptam dicunt lineis.

De vocabulis tesserarum Cap.lxv.

i Actus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur ut vnio. binio. trinio. quatrio. quinio. senio Postea appellatio singulorum mutata est. et vnionē canē. trionē suppū. quatrionē planum vocabant.

De iactibus tesserarum Cap.lxvi.

i Actus tesserarum ita a peritis alcatoribus componitur ut afferat qd voluerit. utputa senionē qui eis in iactu bonū affert. Vitant aūt canē quia damnosus est. vnū eni significat.

De calculorum motu Cap.lxvii.

c Alculi partim ordine mouentur. partim vage. ideo alios ordinarios alios vagos appellant. At vero qui moueri omnino nō possunt. incitos dicūt. Unde et egentes hoies inciti vocantur. quib' spes vltra pcedēdi nulla restat.

De interdictione alee Cap.lxviii.

a B hac arte fraus et mendaciū atque periuriū nūquam abest. postremo et odiū. et damna rerum. vnde et aliqn propter hec scelera interdicta legibus fuit.

De pila Cap. lxix.

Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Hec et sphera a ferendo uel feriendo dicta. De quarum genere et pondere Doxatius sic tradidit. Neu tu parce pilos viuaces condere ceruí. Uncia donec erit gemina supaddita libre. Inter species pilarum sunt: trigonaria et arenata. Trigonaria est qua inter tres luditur. Arenata qua in grege dum ex circulo astantium spectantiumque emissa ultra iustum spacium pilam excipere lusumque inire consueuerunt. Cubitale lusum appellant cum duo cominus ex proximo ac pene coniunctis cubitis pilam feriunt. Sura dicitur dare qui pilam crure proximo ferienda collusoribus prebet.

Incipit liber nonusdecimus

De nauibus Cap. I.

ARtium quarundam vocabula quibus aliquid fabricatur uel instrumenta artificum uel que ministerium exhibent atque aliquid huiuscemodi: deinceps ex parte notanda studui. Artifex generale nomen vocatur quod artem faciat sicut aurifex qui aurum. Faxo enim antiqui pro facio dicebant. Naucleros dominus nauis est appellatus ita quod nauis in sorte eius sit. Cleros enim grece sors dicitur. Ceteri autem in naui in contributione sunt. Gubernio qui et gubernator: quasi cohibernator quod cohibeat prudentia sua hiberna id est tempestates maris. Nauta a naue dictus per deriuationem. Nauita autem pro nauta poetice dicitur sicut mauors pro mars Nam rectum est nauta. Remex vocatus quod remum gerit sic autem remex quo tubex dicitur nominatiuo casu. Epipata greco sermone appellatur qui latine dicitur superueniens. Hic nihil habet negocii sed naulo dato in alias terras transire disponit. Nauem quidam prohibent dictam eo quod gnarum rectorem querat id est peritum sapientem strenuum: qui continere et gubernare nouit propter maritima picula et casus unde est illud salomonis. Intelligens gubernacula possidebit Lydii autem primum nauem fabricauerunt pelagique incerta petentes peruium mare usibus humanis fecerunt. Rates primum et antiquissimum genus nauigii est e rudibus tignis asseribusque consertum ad cuius similitudinem fabricate naues ratarie dicte. nunc iam rates abusiue naues. Nam proprie rates sunt conexe inuicem trabes. Trieris nauis magna quam greci durconem vocant. De qua in esaia dicitur: Non transibit per eam trieris magna. Carpasia nauis a carpado insula nominata sicut a rhodo rhodia sic ab alexandria alexandrina. Liburne naues dicte a libiis naues enim sunt negociatorum. De quibus Horatius: Ibis liburnis inter alta nauium. Rostrate naues dicte ab eo quod in fronte rostra erea habeant propter scopulos ne feriantur et collidantur. Longe naues sunt quas dromones vocamus dicte eo quod longiores sint ceteris. cuius contrarius musculus curtum nauigium. Dromo autem a decurrendo dicitur. Cursum enim greci dromum vocant. Classis dicta a greco vocabulo. ἀπὸ τῶν κάλων id est lignis unde et calones nauicule que ligna militibus portant. Anquiromagus dictus pro eo quod celeritate sui anchoris et instrumentis reliquis nauium vehendis sit aptus. Phaselus est nauigium quod nos corrupte baselum dicimus. de quo Uirgilius: Pictisque phaselis. Scapha que et catascopus nauigium quod latine speculatorium dicitur. Scopos enim latine intendere dicitur. Barca est que cuncta nauis comertia ad littus portat. Hanc nauis in pelago propter nimias vndas suo suscipit gremio. ubi autem appropinquauerit portui reddit vicem barca naui quam accepit in pelago. Paro nauigium piratarum aptum. et ex his ita vocatum. Cicero. Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Et alibi. Paruculis ad littus ludit celeribus. Myoparo quasi minimus paro idem et carabus. Est enim parua scapha ex vimine facta que contexta crudo corio genus nauigii prebet qualibus vtuntur germanorum pirate in oceani littoribus uel paludibus ob agilitatem. De qualibus historia gens inquit saxonum myoparonibus non viribus nituntur fuge potius quam bello parati. Celones quas greci celeras vocant id est veloces biremes uel triremes agiles et ad ministerium classis apte. Ennius. Labitur vncta carina per equora cana celonis. Biremes autem naues sunt habentes remorum ordinem geminum. Triremes et quatriremes trium et quattuor ordinum sic et pentiremes et hexeremes quinos uel senos ordines habentes. Actuarie naues sunt que velis simul et remis aguntur. Hippogamus in quo equos transuehere solitum est. Potonium nauigium fluminale tardum et graue quod non nisi remigio progredi potest. Hinc et traiectus id est extentus. Est enim funis latus vnde et transenna dicitur extentus funis. Lembus nauicula breuis que alia appellatione dicitur et cymba et caupillus sicut et lintris id est carabus qua in pado paludibusque vtuntur. Carabus parua scapha ex vimine facta que contexta crudo corio genus nauigii prebet. Porenna nauicula syriaci generis lata et sine carina a portando vocata. Utuntur his in pannonia. Trabarie amnice naues que ex singulis trabibus cauantur que alio nomine littorarie dicuntur. He et caudice ex vno ligno cauate facte. et inde caudice que a quattuor vsque ad decem homines capiunt.

De partibus nauium et armamentis Cap. II.

Puppis posterior pars nauis est quasi post. Prora anterior quasi priora. Cumba locus imus nauis quod aquis incubat. Carina a currendo dicta quasi currina. Fori nauium latera concaua a ferendo onera dicta siue tabulata nauium que sternuntur dicta ab eo quod incessus ferant uel foris emineant. De quibus Uirgilius: Laxantque foros. Columbaria in summis lateribus nauium loca concaua

p quę eminēt remi dicta credo φ sint similia lati/bulis colūbarꝝ i quibus nidificant. Agea vię sūt uel loca i naui p quę ad remiges hortator accedit De qua Ennius. Multa foro ponet & agea longa replet. Transtra sūt tabulę vbi sedent remiges dicta φ in transuerso sint. quę Virgili⁹ iuga appellat. Remi a remouēdis & decutiendis fluctib⁹ dicti. sicut tonsores a tondendis & decutiēdis capillis. Palmula est extrema latitudo remi a palma dicta qua mare impellit. Antemnę autē dictę φ ante amnē sint positę. Prętfluit eni eas amnis. Cornua extremę ptes antemnaꝝ sūt. dicta p tropum ab aiali ad inanimale. Malus est arbor nauis qua vela sustinent. Malus aūt dictus. q: habet instar mali in sūmitate. uel q: quasi quibusdā malleolis ligneis cingit ꝗꝝ volubilitate vela facil⁹ eleuant. Modi⁹ ē cui arbor nauis insistit ob similitudinē mensuralis vasis dicit⁹. Carceria sūt in cacumine arboris. Troclee. q̄si f trā. p quę funes trahūt. Cinna. Lucida cōfulgēt alti carceria mali. Troclee aūt vocatę φ rotulas habeāt. trocos eni grece rota dicit. Parastatę stipites sūt pares stantes. quibus arbor nauis sustinet. Cato. Malū deligatū parastatę iunctę. Clauus ē quo regit gubernaculū. De q̄ Ennius. ut clauū rectū teneā nauimqꝫ gubernē. Porticulus malle⁹ in manu portat⁹ q̄ modus signūqꝫ datur remigantib⁹. De quo Plaut⁹. Ad loquendū atqꝫ tacendū tute habes porticulū. a portādo igit porticul⁹. Cōfilla vncinus ferre⁹ uel ligneus ad quē i littore defixū funes nauiū illigant. De quo Ennius. Confillas rapiūt configunt littus ad vncas. Ancora dens ferre⁹ ex greca ethymologia nomen ducit. φ quasi hoīs man⁹ cōprehēdat uel scopulos uel harenas. Nam man⁹ grece cira dicitur. Apud grecos autē aspirationē non habet. Nā ancira dicit. vnde & apud maiores sine aspiratiōe pferebat. Paluini sūt machinę quib⁹ naues deducunt & subducunt in portum. Pons scala nauium.

De velis Cap. III.

V Ela greci armena dicunt. pinde φ aere mouent. Apud latinos aūt vela a volatu dicta. Unde est illud. Velorū pandimus alas. Genera veloꝝ acateon. epidromos. dalum. artemon. sipaꝝ. mendicū. Ex quib⁹ acateon velū maximū & in media naui cōstitutū. Epidromos velū secūde āplitudinis: ꝫ ad puppim. Dalū eni minimū velū. & ad prorā defixū. Artemō dirigędę potius nauis causa cōmendatū φ celeritatis. Siparū genus veli vnū pedē habens quo iuuari nauigia solent in nauigatione quotiēs vis venti languescit. De quo Lucan⁹. sūmaqꝫ tendens. siparra veloꝝ pituras colligit auras. qd̄ ex separatiōe existimāt noiatum. Pes. extremus angulus veli qm̄ sic nautę loquunt.

De funibus Cap. IIII.

F Unes dicti φ antea in vsū luminis fuerint circūdati cera. vnde & funalia. Restes siue φ rates contineāt. seu φ i his retia tendant. Rudētes sūt funes nauiū ex nimio stridore ita dicti. Spirę aūt funes sūt quib⁹ in tēpestatib⁹ vtunt. q̄s nautici suo more curcubas vocāt. Spirę aūt a sparto vocatę. Propes funis quo pes veli alligat. q̄si ppe pedes. De quo Turpili⁹: Quasi cū ventus fert nauem in mare secūdus. si qs ppedon misit si velū sinistrū. Tormentū funis in nauibus longus quo prora ad puppim extendit quo magis cōstringant. Tormēta aūt a tortura dicta. sunt restes funesqꝫ. Saphon funis i prora positus. De quo Cecilius: Venerio cursu veni. plato pede vsqꝫ ad saphonē. Opiffera funis q̄ cornibus antemnę dextra sinistraqꝫ tendunt retrouerso. Prosnesiū funis quo nauis in littore religat ad palū. Mitra funis qua nauis media vincit. Anquina funis nauis ē q̄ ad malū antemna cōstringit. De q̄ Cinna. Atqꝫ anquina regit stabilē fortissima cursū. Remulcum funis q̄ deligata nauis trahit vice remi. De quo Valgi⁹: Hic mea me longo succedēs prora remulco. Letantē gratis sistit in hospitijs. Struppi. vincula loro uel lino facta. quib⁹ remi ad scalmos alligant. De quib⁹ Liuius: Tūcqꝫ remos iussit religare struppis. Cataporates linea cū massa plumbea q̄ maris altitudo tentat. Lucilius. Hanc cataporatē puer codē deferet. vnctū plumbi paupillū rudis liniqꝫ mataxam.

De retibus Cap. V.

R Etia vocata siue a retinendis piscib⁹. siue a restib⁹ quibus tendunt. Minus aūt rete sanplagiū dicit. a plagis. Nā pprie plagas dici funes illos quib⁹ retia tendunt circa imā & sūmā partē. Funda genus est piscatorij retis. dicta ab eo φ in fundū mittat. Eadē etiam a iactando iaculū dicit. Plautus. Probus quidem antea iaculator eras. Tragum genus retis ab eo φ trahat nuncupatū. ipsū. ē & verriculū. Uerrere enim trahere est. Nassa ex viminibus tanꝗ rete contextum. Cassis genus venatorij retis φ capiat. Hinc est φ incassum dicimus. id est sine causa. quasi sine cassib⁹ sine quib⁹ venatio inanis est. Conopeū est rete i similitudinē tentorij contextū pter muscas & culices excludendos. q̄ magis alexandrini vtunt. q: ibi ex nilo culices copiosi nascūt. vn̄ & conopea dicit. Nā conopea egyptus ē.

De fabricis siue fornacibus Cap. VI.

F Aber a faciēdo ferrū impositū nomē habet. Hinc deriuatum est nomen ad alias artiū materias. fabros uel fabricas dicē ꝫ cū adiectione. ut faber lignari⁹. & reliqua pter opis scilicet firmitatē. In fabroꝝ aūt fornace gentiles vulcanū auctorē dicūt. figuralit p vulcanum ignē significantes. sine quo nullū metalli genus fundi extēdiqꝫ potest. Nihil est eni pene qd̄ igne nō efficiat. Alibi eni vitrū. alibi argentum. alibi plumbū. alibi miniū. alibi pigmenta. alibi medicamenta efficit. Igne lapides in era soluunt. igne

ferrũ gignit̃ ac domat̃·igne aurũ ꝑficit̃·igne cre/
mato lapide ceměta ⁊ parietes ligant̃. Lapides
nigros ignis coquědo candificat·ligna candida
urendo obfuscat·carbones ex pruna fulgida ni/
gros facit·de lignis duris fragiles·de putribili/
bus imputribiles reddit·stricta solnit·soluta re/
stringit·dura mollit·mollia dura reddit. Habet
⁊ medicaminis vsũ. Nã sepe vri ꝓdest. Pestilětię
q̃ȝ quę obscuratione solis cõtrahit̃ auxiliari cer/
tũ est. In ope q̃ȝ aliud gignit ꝑmis ignib᷒·aliud
secũdis·aliud tertijs. Habet q̃ȝ ⁊ aliã in se diuer/
sitatě ignis. Nã alius est qui vsui hũano·alius q̃
iudicio paret diuino·siue q̃ de celo fulmen astrin/
git·siue qui de terra ꝑ vertices montiũ eructuat.
Ignis aũt dict᷒ ꝙ nihil gigni potest ex eo. Est eni
inuiolabile clementũ assumens cuncta quę rapit.
Fabrica duabus rebus constat·ventis ⁊ flãmis.
Flãma ꝟo ꝓprie fornacis est·dicta ꝙ flatu follium
excitet̃. Fornax ꝟo ab igne vocata. Fos eni ignis
ě. Camin᷒ est fornax.⁊ est grecũ nomě deriuatũ a
caumate id ě a calore. Fauilla ě deserta igne scin/
tilla. Pruna est q̃diu ardet·cũ aũt extincta fuerit
carbo noiat̃. Pruna aũt a purendo dicta ě·carbo
ꝟo ꝙ flãma caret. Qui dũ interisse credit̃ maio/
ris fit virtutis. Nam iterũ incensus fortiore luce
calescit. Cuius tanta est etiã ⁊ sine igne firmitas
ut nullo humore corrũpat̃·nulla vetustate vincat̃.
extinct᷒ eni tantũ incorruptibilit̃ durat ut hi q̃ li/
mites figũt eos infossos terra substernãt:⁊ lapi/
des desup figant·ad cõuincendũ litigatorě·ut fixũ
lapidě p᷒ quãtalibet secula limitě esse agnoscant.

De instrumentis fabrorum Cap. VII.

Incus est in quo ferrũ tundit̃·a cędendo
dict᷒·eo ꝙ illic aliquid cudamus·id ě fe/
riendo ꝓducam᷒. Cudere eni cędere ⁊ fe/
rire est. Ueteres aũt nõ incudě vocabãt·ȝ intudě
eo ꝙ in ea metallum tundat̃·id est tendat̃. vnde ⁊
tudis malleus·a tundendo·id ě tendendo dictus.
Malleus vocat̃·q: dũ quid calet ⁊ molle est cędit
⁊ ꝓducit. Marcus malle᷒ maior.⁊ dict᷒ marcus
ꝙ maior sit ad cędendũ ⁊ fortior. Marcell᷒ me/
diocris. Marculus malle᷒ pusillus. Lucilius. Et
velut in fabricã ferueñ cũ marculus ferrũ·multorum
magnis ictibus tundit. Forcipes quasi ferricipes
eo ꝙ ferrũ candens capiant teneantq̧·siue ꝙ ab
his aliq̃d forũ capimus ⁊ tenemus·q̃si forcica/
pes. Nã forũ est calidũ·vnde ⁊ feruidũ·vnde ⁊
formosos dicim᷒ quibus calor sanguinis ex rubo/
re pulchritudině creat. Lima dicta eo ꝙ lene fa/
ciat. Nã limũ lene est. Celium est vnde opant̃ ar/
gentarij·a quo ⁊ cęlata vasa dicunt̃.

De fabricis parietũ Cap. VIII.

In fabricis parietũ atq̧ tectorum gręci in/
uentorě dędalum asserunt. Iste eni prim᷒
didicisse fabricã a minerua dicit̃. Fabros
aũt siue artifices gręci tectones vocant·id est in/
structores. Architecti aũt cementarij sũt·q̃ dispo
nunt in fundamětis. Unde ⁊ apl᷒s de semetipso
q̃si sapiěs inquit architectus fundamentũ posui.
Machiones dicti a machinis in quibus insistunt
ꝓpter altitudinem parietum.

De dispositione Cap. IX.

Edificiorum partes sũt tres: dispositio·cõ/
structio·venustas. Dispositio est areę uel
solij ⁊ fundamentorum descriptio.

De constructione Cap. X.

Constructio ě laterũ ⁊ altitudinis ędifi/
catio. Cõstructio ãt uel instructio voca/
ta eo ꝙ instringat ⁊ cohęrere faciat·ut la
pides luto.⁊ ligna ⁊ lapides inuicě sibi. Nam ⁊
intinctio ferri in aqua instructa ě. Nisi eni can/
dens tingat̃·stringi ⁊ cohęrere nõ potest ferrum.
Item constructio a multitudine lapidũ ⁊ ligno/
rum dicta. vnde ⁊ strues. Aliud est enim ędifica/
tio·aliud instauratio. Nã ędificatio noua con/
structio est. Instauratio ꝟo q̃d reparatur ad in/
star prioris. Nam instar veteres pro similitudi/
ne ponebant. Inde ⁊ instaurare dicebant. Con/
structio autem constat fundamento lapidib᷒ are/
na calce ⁊ lignis. Fundamentum dictum·ꝙ fun/
dus sit ędificij. Idem ⁊ cementum a cędendo di/
ctum ꝙ crasso lapide surgat. Lapides in structu/
ris apti: albus·tiburtinus·columbinus·fluuiati/
lis·fungia·rubrus ⁊ reliqui. Albus lapis·alius
durus·alius mollis. Mollis dentata serra secat̃·
tractabilis in opere est·ita ut in eo quasi in ligno
litterę scribantur. Tiburtinus a loco italię dict᷒·
qui dum sit ad fabricam fortis·vapore tamě dis/
silit. Tophus ędificijs inutilis est·fundamentis
apt᷒ mortalitate ⁊ mollitia. Ex ęstu eni ⁊ halitu
maris fricat̃ ⁊ verberatur imbribus. Arenatius
lapis concretus maris arenis·hic ⁊ bibul᷒ dicit̃.
Seruat eni humorě acceptũ. Idě ⁊ in berbyca
Saditanus ab insula occani vbi plurim᷒ excidit̃.
Piperinus subalbidus cũ punctis nigris durus
atq̧ fortissimus. Concleati᷒ concleis lapillisq̧ ⁊
arena concretus asperrim᷒ ⁊ interdũ fistulosus.
Colũbinus a colore auiũ nũcupatus·natura vi/
cinus gypso ⁊ mollitie simillimus. Molaris in
parietib᷒ vtilis·q: est quędã natura ei᷒ pinguior
duraq̧ ⁊ aspera·ex quo etiã ⁊ molę fiunt·vnde ⁊
nomen traxit. hui᷒ quattuor genera: albus·niger
ꝑmixtus ac fistulosus. Sfungia lapis creat̃ ex aq̃
leuis ac fistulosus ⁊ cameris aptus. Silex durus
lapis ex cuius genere nigri silices optimi quibus/
dam in locis ⁊ rubentes. Albi silices contra ve/
tustatem·incorrupti ꝑmaněť. Iidem ⁊ in monu/
mentis sculpti.⁊ incorrupti permanent·quib᷒ nec
ignis quidem nocet. Nam ex his etiã formę fiũt
in quibus ęra funduntur. Uiridis silex vehemen/
ter ⁊ ipse igni resistens·sed nusq̃ copiosus.⁊ vbi
inuenitur lapis non saxũ est. Pallidus in cemen/
to raro vtilis. Gilbus contra iniurias fortis ⁊
in structuris infidus·nisi fuerit multa suffrena/
tione deuinctus. Fluuiatilis silex semper veluti
madens est. Hic ęstate exhiberi oportet nec ante

biennium inserere i structuris domorum. Fictilium operum ad parietes & fundamenta coctis laterculis ad tecta imbriculis tegulisque aptant. Tegule vocate q tegat edes. & imbrices q accipiat imbres. Tegule aut prime positionis nome cui9 diminitiuu tigillu. Laterculi ho vocati q lati forment circuactis vndique quattuor tabulis. Lateres aut crudi sut qui & ipsi inde noiati q lati ligneis formis efficiunt; quoru crates dicunt i quibus lutu p iisdem laterib9 crudis portare solent. Sunt enim conexiones cannaru dicti ἀπό τοῦ κρατεῖν id est q se inuice teneant. Lutu aut vocatu quida p antiphrasin putant q no sit mundum. Na omne lotu mundu est. Calx viua dicta q2 du sit tactu frigida intus occultu cotinet igne vnde pfusa aqua statim lates ignis erupit. Natura ei9 miru aliqd facit. Postq eni arserit aquis incendit quib9 solet ignis extingui oleo extinguit quo solet ignis accendi. Usus ei9 i structuris fabrice necessarius. Na lapis lapidi no potest adherere forti9 nisi calce coiunctus. Gypsu cognatu calci est. & e grecu nomen. Plura ei9 genera. Quoru aute optimu lapis est specularis. Est eni insignis edificioru & coronis gratissimus. Arena ab ariditate dicta no ab adherendo i fabricis ut quida volunt. Hui9 pbatio si manu impressa strider aut si in veste candida sparsa nihil sordis relinquat. Columne p longitudine & rotunditate vocate in quib9 totius fabrice pondus erigit. Antiqua ratio erat colunaru altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotundaru quattuor: dorice ionice tuscanice corinthee mesura grossitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintu genus est earu que vocant attice quaternis angulis aut ampli9 parib9 lateru interuallis. Bases fulture sut colunaru que a fundameto consurgut & supposite fabrice sustinent pondus. Bases aute nomen petre est fortissime syro sermoe. Capitella dicta q sint colunaru capita qsi sup collu caput. Epistylia sunt que sup capitella colunaru ponunt. & est grecu. ide supmissa. Pauimeta origine opis a grecis habet. Uocata aut pauimeta eo q pauiant id e cedant vn & pauor q2 cedit cor. Ostrac9 e pauimetu testaceu eo q fractis testis calce admixto feriat. Testa eni greci ostra dicut. Rudos artifices appellat lapides contusos & calce admixtos quos i pauimentis faciedis supfundut vnde & rudera dicut. Canalis ab eo q caua sit in modu canne. Sane canale melius genere feminino q masculino pferimus. Fistule aquaru sunt dicte q aquas fundat & mittat. Na grece stola mittere est. Forme earu p magnitudine aque & capacitate fiut p qs aque p modulos certos diuidunt. E quibus est vncia & quinaria digit9 quadratus digit9 rotundus. & ceteri modi cuique cause.

De venustate Cap. XI.

Hucusque ptes pstructiois sequit de venustate edificioru. Uenustas est quicquid ornamenti & decoris causa edificiis additur ut tectoru auro distincta laquearia & preciosi marmoris cruste & coloru pictura.

De laquearijs Cap. XII.

Laquearia sut que cameram subtegunt & ornant que lacunaria dicuntur q lacus quosda quadratos uel rotudos ligno uel gypso uel coloribus habeat pictos cu signis intermicantibus. Principalit aut lacus dicit ut lucilius. Resultant edesque lacusque. Cui9 diminutio lacunar facit ut Horati9. Neque aureu mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunariu. & p antistichon laquearium facit.

De crustis Cap. XIII.

Cruste aute sut tabule marmoris. Unde & marmorati parietes & crustati dicunt. Qui aut marmora secadi in crustas excogitauerut no constat. Fiunt aute arena & ferro serraque in pretenui linea premente arenas tractuque ipso secante sed crassior arena plus erodit marmoris. Na tenuis fabricis & polituris accomodata est.

De lithostratis Cap. XIIII.

Lithostrata sunt elaborata arte picture paruulis crustis ac tessellis tinctis i varios colores. Tesselli aute a tesseris nominati id est quadratis lapillis p diminutione.

De plastis Cap. XV.

Plasticen est parietu ex gypso effigies signaque exprimere pingique coloribus. Plasticen aut dictu grece qd latine e fingere terra uel gypso similitudines. Nam impressa argilla forma aliqua facere plastis e. Unde & protoplastus e dict9 homo q ex limo prim9 e codit9.

De pictura Cap. XVI.

Pictura aut est imago exprimes speciem alicui9 rei. Que dum visa fuerit ad recordatione mente reducit. Pictura aut dicta qsi fictura. Est enim imago ficta no veritas. Hinc & fucata id est ficto quoda colore illita nihil fidei & veritatis habentia. Unde & sut queda picture que corpa veritatis studio coloris excedut & fide dum augere contendut ad mendaciu prouehunt sicut qui chimeram tricipite pingut uel scyllam homine sursu caninis aut capitib9 cincta deorsum. Picturam aut egyptii excogitauerunt primum vmbra hominis lineis circuducta. Itaque initio talis secunda singulis coloribus postea diuersis sicque paulatim sese ars ipsa distinxit & inuenit lumen atque vmbras differetiasque coloru. Unde & nunc pictores prius vmbras quasda & lineas future imaginis ducut deinde colorib9 complent tenentes ordinem inuente artis.

De coloribus Cap. XVII.

Colores at dicti sut q calore ignis ul sole pficiut siue q i initio colabat ut summe subtilitatis existerent. Colores aute aut nascunt aut fiunt. Nascuut ut sinopis rubrica

paritoniū· melinū·freria·auripigmentū. Ceteri
fingunt aut arte aut pmixtione. Sinopis primū
inuenta in ponto est. Inde nomen a sinope vrbe
accepit. Species eius tres; rubra. ⁊ minus rubēs
⁊ inter has media. Rubrica vocata ꝙ sit rubra ⁊
sanguineo pxima. Hęc plurimis locis gignit·sed
optima ponto·vnde ⁊ pontica dicit. Syricū ru/
bri coloris pigmentū·ex quo ⁊ librorū capita scri/
bunt. Ipsum est ⁊ pheniceū·appellatū ita eo ꝙ in
syria colligat. in littoribus rubri maris vbi phe/
nices inhabitant. Aliud est sericū·aliud syricum.
Nā sericū p e·lana ē quā seres mittūt. syricū vo
p y·pigmētū qđ syri phenices i rubri maris litto
ribus colligunt. Est aūt et int facricios. Nā sepe
fit aut sinopide aut sandyce mixtus. Miniū pmi
greci in ephesiorū solo inuenisse tradunt. Cuius
pigmenti hispania ceteris regionib⁹ plus abun/
dat·vnde etiā nomen pprio flumini dedit. Huius
distillatio argentū liquidū gignit. Miniū autē
hoc quidā dicunt esse cinnabarin. Cinnabarin a
dracone ⁊ barro id est elephanto cognominatū.
aiūt eni draconū esse sanguinē dū implicant ele/
phantes. Ruūt enim beluę ⁊ dracones obruunt·
quorū fusus cruor terram inficit·fitqꝫ pigmentum
quicqd solo tinxerit. Est aūt puluis coloris rubri.
Prasin id est creta viridis. ⁊ si in aliquibus terris
pmiscue generet·optima tamē i libya cyrenensi.
Chrysocolla colore prasina est dicta ꝙ vena eius
habere aurum tradit. Hęc ⁊ in armenia nascitur
ꝫ ex macedonia pbabilis venit. Fodit eni ex me/
tallis ęris. Cui⁹ inuentio argentū atqꝫ indicū pro/
dit. Nā venę eius cū his habēt naturę societatē.
Cypria ab insula cypro·vbi plurima repit. San/
daraca i insula rubri maris topaçon nascit colore
cinnabari·odore sulphureo. Inuenit āt i aureis ⁊
argentarijs metallis·melior q̄ magis rufa·quoqꝫ
magis virus redolet·ꝓꝓ ⁊ cerusa si torreatur in
fornace sandaracū facit·vnde ⁊ colore ē flāmeus.
Que si torreatur·equa pte rubrica admixta sandy/
cem reddit. Arsenicū qđ latini ob colorē auri·au/
ripigmentū vocant·colligit in ponto ex auraria
materia·vbi etiam sandaraca. Optimū est quod
i aureū colorē transit purū ⁊ fissile; gracili vena/
rum discursu. Qđ vo pallidius aut sandarace si/
mile est·deterius iudicat. Est ⁊ tertiū genus squa
mosum·quo miscet aure⁹ color. Vis eorū ut san/
daracę ꝫ acrior. Ocra ⁊ ipsa in insula maris ru/
bri topaçon gignit·vbi ⁊ sandaraca. Fit qꝫ ⁊ ocra
exusta rubrica in ollis nouis luto circūlitis·quę
quāto magis in camino arserit·tanto melior fit.
Venetū·cęruleū temperare primū alexandria rep/
perit. In italia ex arenę puluere ⁊ nitri flore idē
faciunt. Sꝫ si cypriū in fornace adustū huic pmi/
xtioni addes·vestoriani similitudo erit. Purpu/
rissum ex creta argentaria cū purpuris parit tin/
git. hiberqꝫ cū colorē celerius. Lanis pręcipuū ē·
tū aliud qđ adhuc vase rudib⁹ medicamentis in/
ebriatū pximum est·egesto eo addita creta in vas
idē. ⁊ quotiēs id factū est·eleuat bonitas precio/
sissimę purpurę causa est qđ iscino maxime inficit
rubeaqꝫ. Indicū in indicis inuenit calamis spu/
ma adherente limo. Est aūt coloris cianei mixtu/
ram purpurę cęruleiqꝫ mirabilē reddens. Est al/
terū genus in purpurarijs officinis spumę·i ęreis
cortinis innatans·quam infectores detrahentes
siccant. Atramentū dictū ꝙ sit atrū·cui⁹ species ⁊
picturę. ⁊ quotidiano vsui necessaria ē. istud inter
facticios ē. Fit eni ex fuligine plurib⁹ modis. sup/
ardentes tedas resina adiecta lacusculo ędificata
ꝙ fumū retineat. Huic pictores cū aq̄ admiscēt
gluten·ut illustri⁹ resplendeat. Ad festinationem
aūt opis etiā sarmentorū veterū carbones cū glu/
tino triti inducendis parietib⁹ atramenti speciē
reddūt. Sūt ⁊ qui vini fecē siccatam excoquant·
affirmentqꝫ; si ex bono vino fex fuerit·indici spe/
ciem atramentū id prębere. Sꝫ ⁊ sarmentum vuę
nigrę vino optimo tinctū postea ꝙ siccitate arue
rit si exuras ⁊ conteras· adiecto glute nitorem
indici reddet vstaqꝫ plurimū necessaria est·nullo
negocio pueniit. Nā ⁊ si glebam silicis bonę igne
excoquas. ⁊ aceto acerrimo supfusam extinguas
madefacta ffungia colorē purpureū reddit. Eam
vbi contriueris vsta erit. Pē aūt atramentū sole
pficit. Omnes colores calcis admixtiōe corrūpūt
Melinū dictū ꝙ eius metalli ferax sit vna ex cy/
cladibus insula·melos noie. Est eni candidū·nec
vtunt eo pictores pter nimiā pinguedinē. Anu/
lare qđ vocant candidū·est quo muliebres pictu/
rę luminant. Fit ⁊ ipsū ex creta admixtis vitreis
gēmis. Cerusa fit hoc modo. In vase eni aceto
acerrimo impleto sarmenta aminea in eodē va/
sculo ei⁹ collocabis ac sup sarmenta tabulas plum
bi tenuissimas pones·deinde vas diligentissime
claudis illinisqꝫ ne aliqd spiraminis exeat. Post
dies aūt. xxx. vas aperit. ⁊ ex distillatiōe tabula/
rū innata cerusa inuenit. Qđ ablatū ⁊ arefactū
terit·atqꝫ iterū aceto admixtū in pastillis diuidit
⁊ in sole siccat. Hac obseruantia si laminas ęreas
sarmentis supponas· eruginē creant. Calcantū
dictū q: calcis est thymū·id ēst flos. vnde ⁊ apud
latinos ęris flos appellatur.

De instrumentis ędificiorū Cap. XVIII.

Instructura autē parietum ad normam
fieri ⁊ ad ppendiculū respondere opor/
tet. Norma dicta gręco vocabulo·extra
quā nihil rectū fieri potest. Componit aūt ex tri/
bus regulis ita·ut due sint binū pedū·tertia ha/
beat pedes duos·vncias. x. quas ęquali crassitu/
dine politas extremis acuminib⁹ sibi iūgit ut sce/
mam trigoni faciāt·id erit norma. Regula dicta
ꝙ sit recta·q̄si rectula ⁊ impedimentū nō habeat.
Perpendiculū est qđ semp appendit. Deniqꝫ in fa/
brica nisi oia ad ppendiculū ⁊ regulā certā fiant·
necesse est ut cuncta mendosa instruant·ut aliqua
praua sint·aliqua cubantia·pna nōnulla·alia su/
pina. ⁊ pter hoc vniuersa sūt cōstructa. Linea a

genere suo appellata·q: ex lino fit. Trulle nomen factū·eo ꝙ trudit τ detrudit·id ē includit calce ul' luto lapides. Marcell⁹·mediocris malle⁹ dict⁹ ꝑ diminutionē. Machines dicti a machinis i qb⁹ insistūt ꝓpt altitudinē parietū. Scale a scādēdo id ē ascēdēdo vocate·herent eni parietib⁹. Scale āt dicūt·que aut vne sūt aut plures·q: numeri tm̄ pluralis ē nomē·ut littere que epistolā significāt·

De lignarijs Cap. xix.

Lignari⁹ generalit' ligni opifex appellat'. Carpentari⁹ speciale nomē est. Carpentū eni solū facit·sicut nauiculari⁹·q: tm̄ nauiū est fabricator τ artifer. Sarcitector dictus ꝙ ex multis hincinde cōiunctis tabulis vnū tecti sarciat corp⁹. Idē τ tignari⁹ q: tectoria lignis inducit. Lignū vocat' greca etymologia·q: incensū in lumen conuertit' τ in flāmā. Unde τ lychiniū dicit' ꝙ lumē det. Materia inde dicit' oē lignum ꝙ ex ea aliqd efficiat'·uel si ad ianuam referas uel ad statuā·materia erit. Ad aliqd eni semp materia accipiēda ē·sicut elemēta materiā rerū esse dicimus·q: inde ea que sūt facta videm⁹. τ materia q̄si mater dicta. Trabes vocate ꝙ in transuerso posite vtrosq; parietes contineāt. Aliud aūt sūt tigna·aliud trabes. Tigna eni iūcta trabē faciūt Trabes āt sūt·cū sūt dolate. Tolus ꝓprie ē veluti scutū breue·qd i medio tecto ē·in q̄ trabes coeūt. Cuple vocate·ꝙ copulēt in se luctātes. Luctātes dicunt' ꝙ erecti inuicē se teneant more luctantiū. Agrantes. R. Asseres ab asse dicti·quia soli ponunt' neq; cōiuncti. Scandule eo ꝙ scindant'·id ē diuidāt'. Epigri τ claui sūt quib⁹ lignū ligno adheret. Claui āt dicti quasi chalybi·q: ex chalybe fiūt id ē ferro. Chalybs eni ferrū ē. Tabule a veteribus tagule vocabant'·a tegēdo scilicz·vnde τ tegule. Cōmissura dicit' tabularū cōiunctio. Sectio aūt dicta a sequēdo ea que ceperit. Nā secare sectari τ sequi est. Serre aūt nomen de sono factū est·id est a stridore. Serre circiniq; vsū perdices quidā adolescēs inuenit·quē puerū dedalus frater matris sue·studijs ꝓdocendū acceperat. Cui⁹ pueri tantū ingeniū fert'·ut dū materie diuidende compendiū quereret·spinā piscis imitat⁹ de ferro laminā exasperans dentiū mordacitate armauit·quā serrā artifices nūcupāt. Pro cui⁹ artis inuentione dedalus magister ei⁹ inuidie liuore ꝓmotus precipitē puerū ex arce deiecit. Dehinc exulat⁹ cretam abijt ibiq; aliquādiu fuit ut fabule ferunt·ex creta pennis volauit τ in ciliciā venit. Circinus dictus ꝙ vergēdo efficiat circulū. Huius modus duplicata linea fit·que simplex ꝑ latitudinē extensa fuerat. Punctus aūt in medio circini centrū a grecis dicit'·in cui⁹ medio cuncta conuergūt. Securis vocat'·eo ꝙ ea arbores succidant'·q̄si sucuris. Itē securis quasi semicuris. Ex vna eni parte acuta est·ex altera fossoria. Hec apud veteres penna vocabat'·vtraq; aūt habens aciē bipēnis. Nā bipennis dicit'·ꝙ ex vtraq; ꝑte habeat acutā aciē quasi duas pennas. Pennū aūt antiqui acutū dicebant. vnde τ auiū penne q: acute. Et ecce nomē qd reseruauit antiquitatē·q: veteres dicebāt pennas·nō pinnas. Hec τ dolabra·ꝙ habeat duo labra·nā securis simplex est. Dextralis·dextere habilis. Ascia ab astulis dicta·quas a ligno eximit cuius diminutiuum est asciola. Est autem manubrio breui ex aduersa parte referens uel simplicē malleum aut cauatū uel bicorne rastrum. Scalprus dict⁹ ꝙ scalpturis τ foraminib⁹ sit aptus q̄si scalphorus·cui⁹ diminutiuū scalpellus. Terebra vocata a verme ligni qui vocat' terebra·quē greci teredonā vocant. Hinc terebra dicta ꝙ ut vermis terendo forat·quasi terepbora·uel quasi trāsforans. Taratrū q̄si teratrū. Scophina dicta ꝙ herēdo scophē faciat. Canteriū·Gallia. Guuia.

De inuentione lanificij Cap. xx.

Mineruā quandam gentiles multis ingenijs predicant. Hanc eni primā lanificij vsum monstrasse. hanc etiā telā ordisse. τ colorasse lanas phibent. Oliue quoq; hanc dicūt inuentricē. τ fabrice·multarūq; artiū repertricē. Ideoq; illi vulgo opifices supplicant. Sed hoc poetice fingit'. Nō eni minerua istarū artiū princeps est·ꝗ q: sapientia in capite esse dicit' hoīs τ minerua de capite iouis nata fingit'·hoc ē ingeniū·ideoq; sensus sapientis qui inuenit hec oīa·i capite est. Ideo τ dea artiū minerua dicitur· q: nihil excellenti⁹ est ingenio quo regunt' vniuersa.

De veste sacerdotali Cap. xxi.

Octo sunt in lege genera sacerdotaliū vestimētorū. Poderis ē tunica sacerdotalis linea·corpi astricta. τ vsq; ad pedes descendēs·vnde τ nūcupat'. Podas eni greci pedes dicūt. Hec vulgo camisia vocat'. Abaneth cingulum sacerdotale rotundū polymita arte ex cocco purpura hiacyntho q; contextū·ita ut flores atq; gēme in eo videant' esse distincte. Pilleū ē ex bysso rotūdū q̄si sphera media·caput tegēs sacerdotale τ in occipitio vitta constrictū. Hoc greci τ nostri tiarā uel galeā vocant. Machil qd ē tunica talaris tota hiacynthina habēs ad pedes. lxxij. tintinabula·totidēq; intermixta ac dependentia punica mala. Ephot qd latine interpretat' superindumētū. Erat eni palliū suphumerale ex quattuor coloribus τ auro contextū habens in vtroq; humero lapides duos smaragdinos auro cōclusos in quib⁹ sculpta erant noīa patriarcharū. Logium qd latine dicit' rationale·pann⁹ duplex·auro τ quattuor textus coloribus habēs magnitudinem palmi ꝑ quadrū·cui intexti erant. xij. preciosissimi lapides. Hic pann⁹ suphumerali cōtra pectus pōtificis annectebat'. Petalū·aurea lamina i fronte pōtificis·que nomē dei illud ieffabile tetragrāmaton hebraicis lris habebat scriptū. Batin·siue feminalia id est brache linee vsq; ad genua pertingētes·quibus verecunda sacerdotis velabāt'. Bat enim hebraice linum dicitur.

De noibus vestium ceterarū Cap.xxii.

Diuersitas vestimentorum tegmen·tegumen·indumentū·vestimentum ⁊ reliqua Tegmen dictū eo q tegat mēbra·sic tegumē·tecta que tegūt corpa. Indumētū q intus ad corpus induit·qsi intumentū. Amict⁹. Vestimētū vo ē qd vsq ad vestigiū ptendit·qsi vestigimentū·ut ē tunica talaris. Sz ⁊ hec cōsuetudo sermones auctor pfundit. Discernit aūt vestit⁹ a cultu·qm lauti⁹ intelligit cult⁹. Itē cult⁹ ab habitu. nā habit⁹ ad naturā ptinet·cultus ad hoies. Plereq aūt vestiū aut a tpe que maxime vsu sūt appellāt·aut a locis vbi uel primū cōfecte uel maxime vendicāt·aut a genere coloris·aut a noie repertor. Vestis antiqssima hoiuz fuit pizomatū· id ē succinctoriū·q tm genitalia contegunt. Hoc primū pmi mortales e folijs arbor sibi fecerunt· qn p⁹ preuaricationē erubescētes pudēda velabāt. Cui⁹ vsū quedā barbare gētes dū sint nude vsq hodie tenēt. Hec ⁊ campestria nūcupant·p eo q eisdē iuuenes q nudi exercent in campo pudenda opiunt. Tunica vestis antiqssima appellata q in motu incedētis sonū facit. Tonus eni son⁹ ē. Primū aūt fuere pellicee tunice·quib⁹ post offensam ⁊ deiectionē de paradiso adam ⁊ eua iduti sūt. Talaris tunica dicta eo q ad talos vsq descendat ⁊ ad pedes defluat·sic pectoralis que apud antiqs breuis erat ut tm pect⁹ opiret·licz nūc pfusior sit. Manicleata tunica·id ē manicata·eo q habeat manicas·quā chirodytā greci vocāt. Dalmatica vestis primū in dalmatia puintia grecie texta est Tunica sacerdotalis cādida cū clauis ex purpura Russata quā greci phenicea vocāt·nos coccineā repta est a lacedemonijs ad celandū coloris similitudinē·sanguinē quotiēs qs in acie vulneraret ne contēplanti aduersario anim⁹ augesceret. Hac sub cōsulib⁹ romani vsi sūt milites·vnde etiā russati vocabant. Solebāt eni pridie q dimicandū esset añ pncipia proponi·qsi admonitio ⁊ indiciū future pugne. Laculata vestis ē·que lac⁹ qdratos quosdā cū pictura habet itextos·aut additos acu Hiacynthina vestis est aereo colore resplendēs. Molocinia que maluar stamine cōficit·quā alij melocinā·alij maluellā vocāt. Bombycina ē que a bombyce vermiculo·q longissima ex se fila generat·quor textura bombyciñ dicit·pficitq in insula coo. Apocalama. Serica a serico dicta·uel q eam seres pmi miserunt. Holoserica tota serica. Holo eni totū. Tramoserica stamine lineo·trama ex serico. Holoporphyra tota ex purpura. Byssina candida cōfecta ex qdā genere lini grossioris. Sūt ⁊ qui gen⁹ quoddā lini byssū esse existimēt. Fabrina tramam a fibri lana habens. Caprina. Mena q sit colore nigro. Greci enim melan nigrum vocant. Masticina q colorem masticis habeat. Linea que ex solo lino fit. Linostema vestis ē ex lana linoq contexta. Et dicta linostema q i stamine linū·in trama lanā habet. Recta dicit vestis·quā sursū versū stātesq texūt. Segmētata·conis quibusdā ⁊ qsi precisamentis ornata. Nā ⁊ particulas cuiuscūq materie abscisas psegmina vocāt. Leuidensis q raro filo sit leuiterq densata. Pauitensis·contraria leuidensi·dicta q grauit pressa atq calcata sit. Citrosa qsi cōcrispa ad similitudinē citri. Neui⁹. Pulchraq ex auro vesteq citrosam. Velenēsis tunica ē que affert ex isulis. Exotica vestis ē pegrina de foris veniēs. ut in hispania a grecis. Polymita multi coloris polyimit⁹ eni text⁹ multor color ē. Acupicta vest acu textilis ul acu ornata. Eadē ⁊ phrygia. Hui⁹ eni artis piti phrygiones dicūt·siue q i phrygia inuēta ē. Vñ ⁊ artifices q id faciūt phrygiones dicunt. Virgilius: Phrygiāq chlamydē. Trilicis a trib⁹ licijs·q ē simplex ⁊ biplex. Ralla que vulgo rasilis dicit. Interpola vestis illa vocatur· que dū sit vetus ad nouā speciē recurrat. Panucia nūcupata q sit diuersis pannis obsita. Colobiū dictū q longū est ⁊ sine manicis. Antiq eni magis hoc vtebant. Libitonariū ē colobiū sine manicis·quale monachi egyptij vtūt. Lumbare vocat q lumbis religet·uel q lumbis hereat. Hoc i egypto ⁊ in syria nō tm femine z viri vtunt. Vñ ⁊ hieremias trans euphraten tulit lumbare suū·ibiq illud in foramine petre abscondit. ⁊ postea scissum repperit. Hoc a quibusdā ⁊ renale dicit·q renib⁹ alligat. Limus est vestis·que ab vmbilico vsq ad pedes pducit. Hec aūt vestis habet in extremo sui purpurā limā·id est flexuosam·inde ⁊ nomen accepit. Nā limū obliquū dicimus. Licinū vocatū·q textura ei⁹ ligata sit in totū·qsi diceret liginū c p g littera cōmutata. Armelausa vulgo vocata q ante ⁊ retro diuisa atq apta est· in armos tm clausa·qsi armiclausa c lrā ablata. Camisias vocam⁹·q in his dormimus in camis id est i stratis nostris. Femoralia appellata·eo q femora tegant. Ipsa ⁊ brache q sint breues. ⁊ verecūda corpis his velent. Tubrucos vocatos dicūt·q tibias brachasq tegant. Tubraci q a brachis ad tibias vsq pueniant.

De vestibus quarūdam gentiū Cap.xxiii.

Quibusdā āt nationib⁹ sua cuiq ppria vestis ē·ut parthis sarabare·gallis linne· germanis rhenones·hispanis stringes· sardis mastruce. Sarabare sunt fluxa ac sinuosa vestimēta. De quib⁹ legit in daniele: Et sarabare eor nō sūt imutate. Et Publi⁹: Ut qd g in ventre tuo parthi sarabara suspēderūt. Apud quosdam aūt sarabara quedā capitū tegmina nūcupant·qualia videm⁹ in capite magor picta. Linne saga quadra ⁊ mollia sūt. De qb⁹ plaut⁹. Linna coopta ē textrina gallia. Rhenones sūt velamina humerorū ⁊ pectoris. vsq vmbilicū·atq intortis villis adeo hispida·ut imbres respuant·qs vulgo reptos vocāt·eo q longitudo villor quasi reptat. De quib⁹ Salustius: Germani intectum rhenonib⁹ corp⁹ tegūt. Dicti āt rhenones a rheno germanie flumine·vbi his frequent vtunt. Mastruca vestis germanica ex pelliculis ferar. De q

Cicero p scauro. Que purpura regalis nō cōmo/
uit cū sardoꝝ mastruca mutauit. Mastruca aūt
dicta q̄si monstruosa·eo ꝙ qui ea induunť quasi
in ferarū habitū transformanť. Dinoscunť ⁊ gen
tes ita habitu·sicͭ ⁊ lingua discordes. Persę bra/
chia ⁊ crura liniamētis·caput tiara tegunt·emi/
nēt apicib⁹ fastigiatis alani·horrēt ⁊ malis tecti
cū latrantib⁹ linguis scoti·sagati sunt alamani.
linteati indi·gēmati psę·sericati seres·pharetra/
ti armeni. Nonullę etiā gētes nō solū in vestib⁹
ꝫ ⁊ i corpe aliq̄ sibi ꝓpria q̄si insignia vendicāt·ut
videm⁹ cirros germanorum·granos ⁊ cinnabar
gotthoꝝ·stigmata britonū. Circūcidūt ꝙ̄ iudei
pręputia·ptundūt arabes aures·flauēt capitibus
intectis getę·nitēt albani albētib⁹ crinib⁹. mau/
ros habet tetra nox corpoꝝ·gallos cādida cutis.
sine equis inertes extant alani. nec abest gens pi
ctoꝝ·nomē a corpore·qd̄ minutꝫ opifex acus pun/
ctis ⁊ expssos natiui graminis sucos includit·ut
has ad sui specimen cicatrices ferat·pictis artu/
bus maculosa nobilitas. Habet ⁊ sexus institutā
specie habit⁹·ut in viris tonsi capilli· i mulierib⁹
redūdātia criniū·qd̄ maxime virginib⁹ insigne ē·
quarū ⁊ ornat⁹ ipse ꝓprie sic ē·ut cōcumulat⁹ i ver/
ticē ipsam capitis sui arcē ambitu criniū cōtegat

De pallijs viroꝝ XXIIII.

PAlliū ē in q̄ ministrantiū scapulę conte/
gunť·ut dū ministrant expediti discur/
rāt. Plaut⁹: Si qd̄ factur⁹ es appende in
humeris palliū. ⁊ pergat quātū valet tuoꝝ pedū
pnicitas. Dictū aūt palliū a pellib⁹·q: pus supin/
dumēta pellicea veteres induebāť·q̄si pellea·siue
a palla p deriuationē. Chlamys ē quę ex vna pte
induiť neq3 cōsuiť·ꝫ fibula infrenať. Hinc ⁊ gręe/
ce nomē accepit. Toga dicta ꝙ velamēto sui cor/
pus tegat atq3 operiat. Est aūt palliū purū for/
ma rotūda ⁊ fusiore ⁊ q̄si iundāte sinu. ⁊ sub de/
xtro veniēs·supra humeꝝ sinistrū poniť· cui⁹ si/
militudinē in opertmentis simulacroꝝ uel pictu/
rarū aspicim⁹·easq3 statuas togatas vocam⁹. To
ga aūt romani in pace vtebāť·belli aūt tpe palu/
damētis. Mensura togę iustę·si sex vlnas habe/
at. Toga aūt palmata dicebať·quā merebanť hi
qui reportabāt de hostib⁹ palmas. Ipsa vocabať
⁊ toga picta·eo ꝙ victorias cum palmis intextas
haberet. Toga cādida eadēq3 cretata· in q̄ cādi/
dati·id ē magistratuū potētes ambiebāt·addita
creta quo candidior insigniorq3 eēt. Cicero i ora/
tione quā habuit cōtra cōpetitores. i toga cādida
scripsit. Cinct⁹ gabin⁹ ē·cū ita imponiť toga·ut
togę lacinia·quę post sec⁹ rejiciť·attrahiť ad pect⁹
ita ut ex vtroq3 latere ex humeris picturę pēdeāt
ut sacerdotes gentiliū faciebāt·aut cingebāť pr/
tores. Trabea erat togę species ex purpura ⁊ coc/
co q̄ opti romanoꝝ reges initio ꝓcedebāt. Hanc
primū romul⁹ adinuenisse phibeť ad discretionē
regū habitus. Trabea aūt dicta ꝙ i maiori glia
hoīem trāsueheret·h ē vltra. ⁊ i posteꝝ amplio/
ori dignitate honoris beatū faceret. Paludamē/
tū erat insigne palliū impatoꝝ cocco purpuraq3
⁊ auro distinctū. De q̄ Salustius: Togā inquit
paludamento mutauit. Erat enī palliū bellicū.
dictū ut q̄busdā videť ꝙ eo indutus palā faceret
impator bellū futurū. Circūtextū ē qd̄ grece cy/
clas diciť. De q̄ Virgili⁹: Et circūtextū croceo ve/
lamen achanto. Circūtextum aūt dictū·q: ē ro/
tundū palliū. Diplois grecū nomē·ab eo ꝙ sit du
plex amict⁹. Horati⁹: Contra quē duplici panno
patiētia velat. Est aūt vestis militaris· cui⁹ vsus
gallicis primū expeditionib⁹ cepit e prędа hostili.
De q̄ ē vox illa senatui. Togis depositis quirites
ad saga cōuersi fuerūt. Sagū aūt gallicū nomen
est. Dictū aūt sagū quadrū eo ꝙ apud eos primū
q̄drat⁹ uel q̄druplex esset. Penula est palliū cum
fimbrijs lōgis. Lacerna palliū fimbriatū q̄ olim
soli milites vtebanť. vnde ⁊ in distinguenda ca/
strensi vrbanaq3 turba hos togatos·illos lacer/
natos vocabant. Inde aūt lacernę·q̄si amputatꝫ
capitib⁹ fimbriarū·neq3 ita laxis ut sūt penularū
Mantum hispani vocāt ꝙ man⁹ tergat tm̄. Est
enī breue amictū. Pretexta puerile palliū ē. q̄ vsq3
ad. xvj. annos pueri nobiles sub disciplinę cultu
vtebanť. vñ ⁊ pretextati pueri appellati sūt. Dicta
aūt pretexta·q: pretexebať ei latior purpura. Ca/
sula ē vestis cucullata·dicta p diminutionē a casa
ꝙ totū hoīem tegat·q̄si minor casa. Unde ⁊ cu/
culla q̄si minor cella. sic ⁊ greci. Planetas dictas
volūt·q: oris errantib⁹ euaganť. Uñ ⁊ stellę pla/
netę·id ē vagę·eo ꝙ vagę suo errore motuq3 dis/
currunt. Birr⁹ a greco vocabulū trahit. illi enim
birrū bibrū dicūt. Melotes quę etiā pera vocať
pellis est caprina·a collo pendens precincta vsq3
ad lūbos. Est enī habit⁹ ꝓprie necessari⁹ ad opis
exercitiū. Fiebat aūt prius ut quidā estimant·de
pelliculis melonum. vnde ⁊ melotes vocatę sunt.
Fimbrię vocatę ora vestimētoꝝ. h ē fines·ex grę/
co vocabulū trahūt. Greci enī t'minū ὅρον vocāt

De pallijs feminaꝝ Cap. XXV.

REgillū ē preclaurū reginaꝝ amiculū·vn/
de ⁊ appellatū. Peplū matronale palliū·
ex purpura signatum ·cui⁹ fimbrię aureis
staminis sūmitate resplendent. Palla ē quadrum
pallium muliebris vestis deductum vsq3 ad ve/
stigia·affixis in ordinē gemmis. Et palla dicta
ἀπὸ τοῦ πάλλειν. id est a mobilitate quę est
circa finē huiusmodi indumenti·siue ꝙ rugis vi/
brātib⁹ sinuata crispeť. Stola matronale operi/
mentū·ꝙ coopto capite ⁊ scapula a dextro latere
in leuū humeꝝ mittiť. Stola aūt grece vocata ꝙ
supmittať. Eadē ⁊ ricinīū latino noīe appellatū.
eo ꝙ dimidia ei⁹ pars retro ejicitur·qd̄ vulgo ma
uorte dicūt. Uocatam autē dicūt mauortē quasi
martē. Signū enim maritalis dignitatis ⁊ pote/
statis in eo ē. Caput enī mulieris vir ē·inde ⁊ su/
per caput mulieris est. Amiculum est meretricū
pallium lineū. Hoc apud veteres matronę i ad/
ulterio deprehensę induebantur·ut in tali ami/
culo poti⁹ ꝙ in stola polluerēt pudicitiā. Erat enī

hoc apud veteres signū meretricię vestis·nunc in hispania honestatis. Theristrū pallium muliebre dictū·q in theri·id ē in ęstu τ caumate corpa mulierū ptegat·quo vsq hodie arabię τ mesopotamię mulieres velant·quib' in ęstu tutissimo tegūt vmbraculo. de quo in Ysaia legit: Anaboladiū amictoriū lineū feminarū quo humeri operiunt. qd̄ greci τ latini syndonē vocant.

De stratu τ reliquis vestibus quę in vsu habent Cap.xxvi.

Stragulū vestis ē discolor·qd̄ manu artificis diuersa varietate distinguitur. Dictū aūt q in stratu τ in amictu aptū sit. De quo Salomon: Stragulatā vestē fecit sibi. Ludices a ludis·id est theatris vocatas quidam ęxistimāt. Cū eni egrediebant de ludi prostibulo iuuenes horū velamento tegebant caput τ faciē· quia solebant erubescere qui lupanar introissent. Fulcra sunt ornamenta lectorum dicta q in his fulcimur·id est sustinemur·uel q thoros fulciāt· siue caput. quę reclinatoria vulgus appellat. Ceruicalia autem eo q ponant sub ceruice uel cubito. Puluillus dictus a puluinari qui ē diuitū lectus. Culcitrę vocatę q calcent·id ē farciant pluma siue tomento quo molliores calidioresq sint. Tapeta dicta q pedib' primū sternerent·q̄si tapedia. Tapeta aūt aut simpla sūt·aut āphitapa Simpla tapeta ex vna parte villosa·quasi simpla. Amphitapa·ex vtraq parte villosa tapeta. Lucilius. Atq amphitapa villis ingentibus molles. Mantelia nunc pro operiendis mensis sūt·quę ut nomē ipsū indicat olim tergendis manibus pręhebantur· siue mandelia a mandendo. Mappę cōuiuij τ epularū appositarum sūt quasi manupę· atq ob id nominatę·cuius diminutiuū mappella ē. Toralia·longę ppetuęq mappę a toro dictę. Sabanū grecū nomē est. Facitergium τ manutergiū a tergendo faciē uel manus vocata. Uela dicta·q obiectu suo interiora domorū velent. Aulea·vela picta τ grandia·quę ideo aulea dicta sūt·q primū i aula attali regis asię·cui successit populus roman' inuēta sūt. Cortinę sūt aulea·id est vela de pellib'·qualia in exodo legunt·a quib' tabernaculū extrinsecus tegebat. Dictę aūt cortinę a corijs·eo q pus ex pellib' fuissent factę. Unde τ i eodē tabernaculo legis iubet cortinas fieri ex pellib' arietū rubris. τ ex pellib' hiacynthinis. Cilicia arabes nuncupant velamenta pilis caprarū contexta·ex quib' sibi tentoria faciūt.

De lanis Cap.xxvii.

Lana a laniendo·id est a vellendo dicta. Hinc τ vell' dictū q prius lanę vellerēt·nō tonderent. Linū ex terra specie niteri oritur deflexūq nomē ei' ex greco. Nā linū greci linarin dicunt·siue q sit molle τ lene. Stuppa uo canabi ē siue lini. Hęc ƀm antiquā orthographiā stuppa dicit·q ex ea rimę nauiū stipentur. Unde τ stipatores dicunt qui in vallib' eam componunt Tomētū appellatū·q aut in filo aut i telis tumeat·nec subtilitatē habeat. Canabum a similitudine cannę vocatū·siue a greca etymologia. Nam illi canabū canabin vocāt. Bissū gen' ē quoddā lini nimiū candidi τ mollissimi· qd̄ greci papatē vocāt. Fibrinū lana ē aīaliū q̄s fibros vocāt· ipsos τ castores existimant·quos dū venatores sequūt· ipsi sibi testiculos adimunt. Aranea vocata eo q aeris infusione in frondib' nutriat. Sericū dictū q: id seres primi miserūt. Uermiculi eni ibi nasci phibent·a quib' hęc circū arbores fila ducuntur. Uermes autē ipsi grece bōbices noiant. Placiū est stuppa τ q̄si crassedo serici. τ ē grecū nomen.

De coloribus vestiū Cap.xxviii.

Tinctura vocata·q: tingitur τ in aliā fucatā speciē nitoris gratia colorat. Coccū greci·nos rubrū uel vermiculū dicimus. Est eni vermiculus ex siluestrib' frondib'. Conchyliū dictū·eo q ex conculis marinis color eius colligitur. Idē τ ostrū vocat. Ostrū qd̄ p colore purpurę tēperat·plurimis q̄dē in locis·ƀ optimū in insula cypro gignit·siue i his quas ppie solis cursus illuminat. Cōchylia āt sūt maris·quę circūcisa ferro lachrymas purpurei coloris emittūt. His collectis color purpure' temperat. Et ostrū exinde appellatū dicūt·q ex teste humore elicitur. Purpura apud latinos a puritate lucis vocatur. Apud grecos aūt purphyra dicit cū aspiratiōe. apud nos purpura sine aspiratione. Ferrugo est color purpurę subnigrę quę fit i hispania·ut ferrugine claro hibera. Dicta āt ferrugo q ois purpura pma tinctura eiusmodi coloris existat. Glaucus color ē ferrugine' subniger. Elbidū ab elbo colore vocatū. Elbū est eni medi' color inter nigp τ album·ab albo deriuatum. Luteus color rubicūdus qd̄ ē croceus. Nā croc' lutei coloris est. ut croceo mutata vellera luto. Menum q fit colore nigro. Greci eni melan nigrū dicunt. Masticinū q colorē masticis habeat. Blatteū Blauū. Mestitiū. Ostitiū·q: ex vsto ē. Fit enim ex depēdēti fuligine tectop egesta assiduis ignibus. Unde τ color eiusdem tincturę flammeus est.

De instrumentis vestiū Cap.xxix.

Tela p longitudine staminū dicta·cuius deriuatiuū est telaria. Insubuli dicti·q: infra τ supra sūt·ul q: insubulāt. Radij dicti·q: radendo fiūt. Pectines q pexa fila reddāt τ imprimāt. Colū q sit i lōgitudine τ rotunditate quasi colūna. Fusum q p eū fundat qd̄ netum est. Alibrum q in eo librantur fila·id est soluantur. Calathū·leue gestamen ex ligno uel canna aut ex iunco factum·in qua uel pensa ponutur uel legūt flores. Cala eni grece lignū ē·a q̄ deriuatū ē calathū. Nā latine quassillū dicit. Cicero in philippicis. Aut uo inter quassilla pendat aurū. Pensum mulierū a pendendo dictum. Uñ pensa τ impensa. Netum fila dicta·uel q: ex pilis animaliū sūt·uel q: lanificiū filis tenuib' constat·in

modū piloꝝ·id ē q̄ſi filoꝝ. Mataxa q̄ſi metaxa a circuitu ſcilicꝫ filoꝝ. Nam meta circuit⁹ dicit·uel ꝙ traſſerat. Gubellū·corrupte a globo dictū per diminutionē·quaſi globellū. Panuliç uel panucle ꝙ ex eis panni texant. Ipſç eni diſcurrūt ꝑ telam. Stamen dictū q: rectū ſtat. Trama ꝙ via recta tranſmittat ꝑ telam. Eſt eni filū inter ſtamen currens. Licia ſunt quib⁹ ſtamina ligant·q̄ſi ligia. Ordire eſt texere.

De ornamentis Cap. xxx.

Hactenꝰ de veſte·dehinc ad ceterū cultum veniamus. Ornamēta dicta eo ꝙ eorum cultu ora vultuſqꝫ decorēt. Primū ornamentū corona inſigne victoriç·ſiue regij honoris ſignum. Que ideo in capite regū ponit·ad ſignificandos circūfuſos in orbe ꝑpꝉos·quib⁹ accinct⁹ quaſi caput ſuū coronat. Hec a lucilio corolla·ab homero ſtephane dicta ē. Huius ꝑncipiū a libero quodā gentiles exiſtimāt·ꝙ is in potādo mota vino capita vincire faſciolis inſtituerit·idcirco olim linei ac lanei generis coronas fuiſſe·ſic erat i ſacerdotib⁹ gētiliū. Nomē coronç hac ex cauſa vocatū eo ꝙ i initio circū aras curreret·atqꝫ ad imaginē circuit⁹ uel chori·ꝛ formatā ꝛ noīatā coronam. Imꝑatores romani ꝛ reges quidā gētiū aureis coronis vtunt. Perſç tiaras gerūt·ſꝫ reges rectas·ſatrapç incuruas. Reperta autem tiara a ſemiramide aſſyrioꝝ regina. Qđ gen⁹ ornamēti exinde vſqꝫ hodie gens ipſa retinet. Athenienſes enim cycladas aureas gerebāt·partim in vertice·nonnulli in fronte. Non eni eadem ſūt inſignia oīuꝫ regnoꝝ. Gentiliū vates infula apice pilleo ſiue gallerio vtebant. Infula ē faſciola ſacerdotalis capitis alba in modū diadematis a qua vittç ab vtraqꝫ parte dependent·quç infulam vinciūt·vnde ꝛ vittç dictç ſūt ꝙ vinciant. Infula autem plerūqꝫ lata erat·plerūqꝫ tortilis ex albo ꝛ cocco. Apex ē pilleū ſubtile·quo ſacerdotes gētiles vtebantur·appellat⁹ ab apiendo·id ē alligando. Nā virgula quç i pilleo erat cōnectebat filo·qđ fiebat ex lana hoſtiç. Galeriū pilleū ex pelle cçſç hoſtiç factū. Pilleū aūt dictū a pelle hoſtiç vnde fiebat. Cydarim ꝛ ipſum ſacerdotum erat·qđ a pleriſqꝫ mitra vocatur. Ornamēta capitis feminaꝝ·diadema·nimbū·capitulū·ꝛ mitra. Diadema ē ornamentū capitis matronaꝝ ex auro ꝛ gemmis contextū·qđ i ſe circūactis extremitatib⁹ retro aſtringitur·ꝛ exinde dictū grçce ꝙ ꝑꝛligeť. Nimbus eſt faſciola trāſuerſa ex auro aſſuta in linteo qđ ē in fronte feminaꝝ. Plaut⁹: Quo magis eā aſpitio·tam magis nimbata ē. Nā ꝛ lumen qđ circa angeloꝝ capita pingit nimb⁹ vocatur·licꝫ ꝛ nimbus ſit denſitas nubis. Capitulū ē qđ vulgo capitulare dicunt. Idem ꝛ cappa·uel ꝙ duos apices ut cappa littera habeat·uel q: capitis ornamentū ē. Mitra ē pilleū phrygiū caput ꝑtegens·quale ē ornamentū capitis deuotarū. Sed pilleū viroꝝ eſt·mitrç aūt feminarū. Redimicula aūt ſūt quibus mitrç alligant. Pilleū āt ut ꝑdixim⁹ a pelle erat. Nā mitra ex lana ē. Rigula ē mitra virginalis capitis. Vittç āt ſūt quç crinib⁹ innectūtur quib⁹ fluentes religāt capilli. ꝛ vittç dictç ꝙ vinciāt. Tenia aūt ē vittarū extremitas dependens diuerſoꝝ coloꝝ. Itē vitta eſt qua corona vincit·tenia ꝟo extrema pars vittç qua depēdēt coronç. Reticulū ē qđ colligit comas·dictū ab eo ꝙ retinet crines ne effundāť. Diſcriminalia capitis mulierum ſūt·vocata ex eo ꝙ caput auro diſcernant. Nā diſcriminare diuidere dicit. Anciç ſūt cincinni dependentes ꝑpe auriculas·grçco vocabulo ab auribus dictç. Acus ſūt quibus in feminis ornandoꝝ crinium compago retineť·ne laxius fluant ꝛ ſparſi diſſipent capilli. Inaures ab aurium foraminib⁹ nuncupatç·quibus ꝑcioſa grana lapidū dependent. Harū vſus i grçcia puellç vtraqꝫ aure·pueri tm̄ dextra gerebant. Torques ſūt circuli aurei a collo ad pectus vſqꝫ depēdētes. Torques aūt ꝛ bullç a viris gerunt·a feminis ꝟo monilia ꝛ catella. Dictç autem torques ꝙ ſint tortç. ꝛ bullç ꝙ ſint ſimiles rotunditate bullis·quç in aq̄ vento inflantur. Monile·ornamentū ex gēmis ē qđ ſolet ex feminaꝝ pendere collo·dictū a munere. Hoc etiā ꝛ ſerpētū dicit·qđ cōſtat ex amphorolis quibuſdā aureis gēmiſqꝫ varijs in modum facturç ſerpētis. Nonnulli hoc ꝛ ſegmēta. ꝛ longos habitus·licꝫ ꝛ ſegmentatas veſtes dicamus·ut·ipſa ſegmētatis dormiſſet paruula cunis. Plerūqꝫ autē ꝛ ꝑ monile oīa ornamenta matronarū ſignificant quicq̄d illis munere datur. Murena vulgo vocatur·qđ ſcilicꝫ auri metallo in virgulis lenteſcēte·quędā ordinis flexuoſi cathena cōtexit·i ſilitudinē murenç ſerpētis·quç ad collū ornandum aptat. Hęc interdū auri atqꝫ argenti texitur virgulis. Unde ꝛ in cāticis dicit cāticoꝝ. Murenulas aureas faciem⁹ tibi vermiculatas argento. Catellç ſūt catenulç colli inuicē ſe cōꝑhēdentes in modū catenç·vnde ꝛ appellatç. Dextras cōmunes ſunt viroꝝ ac feminarū·q: vtriuſqꝫ ſexus dextrç ſunt·ampla ꝛ ante manicam portāť. ꝛ pn̄t ibi iungi clauo vno. Armillç aūt ꝑpriç viroꝝ ſūt·collatç victoriç cauſa militib⁹ ob armoꝝ virtutē. Unde ꝛ quondā vulgo viriliç dicebant. Ab intellectu aūt circuli armillç nomē diſcrepat·q: ipſa q̄ vbi ponitur ambiendo couſtringit·ſꝫ armilla latius extēdit·circulus rotūd⁹ fit. Fibulç ſūt qb⁹ pect⁹ feminaꝝ ornat·uel palliū teneť a viris i humeris·ſeu cingulū i lūbis. Lunulç ſunt ornamēta mulierū in lunç ſilitudinē bullulç aureç depēdentes. Specula dicuntur in qb⁹ feminç vultus ſuos intuent. Dictū aūt ſpeculum·uel ꝙ ex ſplendore reddať·uel ꝙ ibi feminç intuētes conſiderēt ſpeciē ſui vultus. ꝛ quicq̄d ornamēti deeſſe viderint adijciāt. Periſcelides ſūt ornamēta crurū mulieꝝ ſiue armillç pedū: quibus greſſus earū ornantur. Olfactoriola vaſcula ſūt muliebria in quib⁹ odoramenta geſtantur.

De anulis Cap.xxxi.

PRimus prometheus fertur circulū ferreū incluso lapide digito circū dedisse. Qua cōsuetudine hoīes vsi anulos habere cęperūt. Anuli aūt p diminutionē dicti a circulis ⁊ anis qui sūt circū brachia ⁊ circū crura. Vñ ⁊ signa eoꝝ p diminutionē sigilla. Nam signa maiora sūt, sigilla vo q̄si minora signa. Anulos homines primū gestare cęperūt quarto a pollice digito, ꝙ eo vena quędam ad cor vsq3 ptingat, quā notandā ornandāq3 aliquo insigni veteres putauerūt. Apud romanos anuli de publico dabant̄, ⁊ non sine discrimine. Nam dignitate pręcipuis viris gēmati dabant̄, ceteris solidi. Anulum aureū neq3 seruus neq3 libertinus gestabat i publico, ꝫ anulo aureo liberi vtebant̄, libertini argenteo, serui ferreo. Apud veteres vltra vnum anulū vti infame habitum viro. Graccus in meuium. Considerate quirites sinistrā ei⁹, en cuius auctoritatē sequimini qui ꝓpter mulieꝝ cupiditatem ut mulier est ornatus. Crassus q̄ apud parthos perijt in senectute duos habuit anulos, causam preferēs quo pecunia ei īmensa creuisset. Multi etiā romanoꝝ p grauitate anulū gestare in digito abstinuerūt. Feminę nō vsę sūt anulis, nisi q̄s virgini spōsus miserat, neq3 ampli⁹ ꝙ binos anulos aureos in digitis habere solebāt. At nūc pręe auro nullū feminis leue ē atq3 imune mēbrū. Inter genera anuloꝝ sunt, vngulus, samotraci⁹, tyni⁹. Vngul⁹ ē gemmat⁹, vocatusq3 hoc noīe, q3 sicut vngula carni, ita gēma anuli auro accingit̄. Samotracius aure⁹ ē quidē, ꝫ capitulo ferreo, a loco ita vocat⁹. Tynius pur⁹ ē primū in bithynia fabricatus, quā olim tynā vocabāt. Flacc⁹. Lugente mea vita nec smaragdus berillusq3 mihi flaccę nec nitentes per cādidā margaritā quero, nec q̄s tynica lima poliuit anellos nec iaspios lapillos.

De cingulis Cap.xxxii.

CInctus ē lata zona, ⁊ min⁹ lata semicinctiū, ⁊ vtrisq3 minima cingulū. Nam a cincto p diminutionē cingulū nominat̄. Cincto aūt iuuenes in exercitatione cāpestri verecūda velabant, vnde ⁊ cāpestris dicebat̄. Balteus cingulū militare ē dict⁹, ꝓpter ꝙ ex eo signa dependent, ad demonstrandā legionis militaris sūmā, id est sex milium sexcentoꝝ, ex quo numero ⁊ ipsi cōsistūt. Vnde ⁊ balteus dicit̄ non tm̄ quo cingit̄, ꝫ etiā a quo arma dependent. Zona grecū ē, quā illi zonariū, nos cingulū nūcupam⁹. Strophiū est cingulū aureū cum gemmis. De quo ait cinna. Strophio lactantes cincta papillas. Et prudentius. Nomē hoc gemmę strophio illigata ē. Limus ē cinct⁹ quē publice habēt serui. Et dictus limus, q3 transuersas habet purpuras, id est limas. Caltulū cinguli genus a coacto loro dictū. Fibula grecū est, quā illi fiblin dicunt ꝙ ligat. Subfibulū subligaculum. Redimiculū ē qd̄ succinctoriū siue bracile nūcupamus, qd̄ descēdēs p ceruicē ⁊ a laterib⁹ colli diuisū, vtrarūq3 alarum sinū ambit atq3 hincinde succingit ut cōstringēs latitudinē vestiat corp⁹, atq3 coniūgēdo cōponat. Hoc vulgo bracile q̄si brachiale vocāt, q̄uis nūc non brachioꝝ ꝫ renū sit cingulū. Succinctorium aūt vocatū ꝙ ut dictū ē sub brachijs ductū, alarū sinū ambit, atq3 hincinde succingit. Fascia ē qua tegit̄ pectus, ⁊ papillę cōprimunt̄, atq3 crispante cingulo angusti⁹ pectus artat̄. Et dicta fascia ꝙ i modū fasciculi corp⁹ alliget. Hinc ⁊ fascię q̄b⁹ vulnera colligāt̄. Vitta dicta ꝙ ea pectus vincit̄ instar vitis ligantis. Limbus quē nos ornaturā dicim⁹, fasciola est quę ambit extremitatē vestiū aut ex filis aut ex auro cōtexta, assutaq3 extrinsecus ī extrema parte vestimēti ul' chlamydis. De q̄ Virgili⁹ dicit: Sidonia picto chlamyde circūdata limbo.

De calciamentis Cap.xxxiii.

SUtores nūcupati sūt, ꝙ insertis filo porcoꝝ setis suāt, id est cōsuāt, quasi setores. Caligari⁹ vo non a callo pedū, ꝫ a calo id ē ligno vocat⁹, sine q̄ cōsui calciamēta non pñt, qd̄ greci calopodion dicunt. Fiebāt autē prius ex ex salice tm̄. Hinc ⁊ calciamēta dicta qd̄ i calo, id est in ligno fiāt, uel ꝙ calcent̄. Crepitas greci añ reptas vsi sūt. Est aūt gen⁹ singulari forma, ⁊ idē vtriq3 aptū pedi, uel dextro ul' sinistro. Crepitas āt dictas ꝙ cū sono stringāt̄, siue a pedū crepitu in ambulādo. Calceis reges vtebantur, ⁊ cęsares forma eoꝝ. Patricios calceos romul⁹ reppit quatuor corrigiarum, assutaq3 luna. His soli patricij vtebant̄. Luna aūt i eis nō sideris formā, ꝫ notā cētenarij numeri significabat, ꝙ initio patricij senatores centū fuerint. Ocreę tibialia calciamēta sūt dicta ꝙ crura tegāt. Coturni sūt q̄b⁹ calciabāt̄ tragędi, q̄ i theatro dicturi erāt ⁊ alta intonātiq3 voce carmina cantaturi. Est eni calciamētū i modum crepidaꝝ q̄ heroes vtebant̄, ꝫ tale ē ut ī dextro ⁊ leuo coueniat pede. Baxea calciamentum comędoꝝ erat, sic tragędoꝝ coturni. Quos q̄dā etiā calones appellāt, eo ꝙ ex salice fierent. Nam greci ut diximꝰ lignū calo vocabāt. Talares calcei socci sūt, q̄ inde noiati videt̄, ꝙ ea figura sint ut cōtingāt talū, sicut subtalares ꝙ sub talo sunt, q̄si subcalares. Obstrigilli sūt q̄ p plātas consuti sūt, ⁊ ex supiore pte corrigia trahit̄ ut cōstringāt̄, vñ ⁊ noiant̄. Osas puto ab oso primum factas, ⁊ q̄uis nūc ex alio genere, tm̄ nomē pristinū retinēt. Mullei similes sūt coturnoꝝ solo alto, superiore aūt parte cū osseis uel ęneis malleolis, ad q̄s lora deligabāt̄. Dicti autē sūt a colore rubro, qualis ē mulli piscis. Soleę sūt quib⁹ tm̄ pedū plante tegunt̄, dictę a solo pedū. Item soleę materiales, ex materia corio interta. Socci, cuius diminutiuū soccelli appellati inde ꝙ soccū habeant, in q̄ pars plantę inijciat̄. Caligulę, caligę uel a callo pedū dictę, uel q3 ligēt̄. Nā socci nō ligāt̄, ꝫ tm̄ intromittūt̄. Cernui socci sūt sine solo lingulati: quos nos foliatos vocam⁹. Clauati, q̄si callinati eo ꝙ

minus claui s·id ē acutis sola calcis vinciat. Peroness 7 culponię·rustica calciamēta sunt. Bareę calciamēta mulierū sūt. Corrigię a corijs vocant vel a colligatione·quasi colligię.

Incipit liber vicesimus.
De mensis Cap. I.

PRimus dedalus mēsas 7 sellas fecit. Coquinę apparatū apitius qdā primꝰ composuit· qui in eo absūptis bonis morte voluntaria perijt 7 merito·qa is qui gulę atq3 edacitati seruit.7 aiam 7 corpus interficit. Ab esu 7 comesu mēsę factū dicit vocabulū. Nullū eni aliū habet vsum. Thorꝰ dicit a toris herbis quę accūbētiū humeris supponūt. Stiphadiū a stipitibꝰ dictū·qsi stipiadiū.sic eni prius ceptū ē. Accubitū a cibo vocatū·qsi accibitū epularū. Cōuiuiū apud grecos a cōporatiōe συμπόσιον.apud nos vero a conuictu rectius appellatur·uel quia vitę collocutionē habet. Itē conuiuiū dicit a multitudine cōuescētiū. Nā priuata mēsa victus ē·cōuiuiū nō ē. Cōuiuij triplex est modꝰ·discūbendi edēdi 7 bibendi. Discūbendi ut·thoris iussi discūbere pictis. Edendi 7 bibēdi ut·postq̄ pma quies epulis mēsęq3 remotę. Crateras magnos statuūt 7 vina coronant.

De escis Cap. II.

Malum a diabolo non est creatum sed inventum. et ideo nihil est malum. quia sine deo factum est nihil. Deus autem malum non fecit. non quia alicubi aut aliquando erat malum unde fieret diabolus sed quia vitium est. dum esset angelus bonus. superbiendo factus est malus. et ideo recte dicitur ab eo inventum malum. Nullam esse creaturam mali constat. quia natura omnis aut incommutabilis est ut deus. aut commutabilis est ut creatura. Malum vero ideo natura nulla est. quia accedendo in bonam naturam efficit eam vitiosam. Quod dum discedit. natura manet. et malum quod inerat nusquam est. Ex eo quod vitium nocet nature agnoscitur vitium naturam non esse. quia nihil quod naturale est nocet. Dum natura bona damnatur propter voluntatem malam. ipsa voluntas mala testis est nature bone. que intantum testatur eam esse bonam. ut illam deus pro malo non relinquat inultam. Creditur ab hereticis mentem a deo. vitia a diabolo fuisse creata. unde et ab ipsis due nature bona et mala putantur. Sed vitia natura non sunt. et dum vere a diabolo sint. non tamen creata sunt. Qua ob causam permiserit deus mala oboriri statim nisi ut ex contrariis malis bone nature decor emineret. Modus iste etiam in verbis esse comperitur. Quimodus antitetha grece dicitur. quod latine oppositum vel contrapositum nominatur. Et fit pulchra locutio quando mox contraria prosperis proferuntur. Ita et in rebus permixtum est malum. ut nature bonum ad comparationem excelleret mali. Fecit deus omnia valde bona. nihil ergo natura malum. quando et ipsa que in creaturis videntur esse penalia si bene utantur et bona et prospera sunt. si male utantur nocent. Ita ergo pensanda est creatura ex nostro usu non bona. nam ex sua natura valde bona. Si radas supercilium hominis parvam rem demis. sed totius corporis ingeris feditatem. Ita et in universitate creature est. si extremum vermiculum natura malum dixeris. universe creature iniuriam facis. Cuncta mala per peccatum primi hominis pro pena sunt translata in universum genus humanum. Proinde quecumque videntur mala partim nobis seviunt origine partim culpa. Mala dicunt multa in creaturis perversi. ut ignem quia urit. ut ferrum quia occidit. ut feram quia mordet. sed commoda ipsorum non intendens homo accusat in illis quod sibi debet potius imputare: cuique pro peccato ista effecta sunt noxia que illi omni ex parte fuerunt ante peccatum subiecta. Nostro vitio non sua natura nobis mala sunt ea que nobis nocent. Nam lux cum sit bona. infirmis oculis noxia est. et tunc oculorum vitium non lucis est. sic et cetera. Cum creaturarum stimulis et elementorum adversitatibus homo verberatur peccati hoc exigente pena ut deo superbiens homo ea que infra ipsum sunt patiatur adversa. Unde et in sapientia legitur pro deo. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. Merito ergo peccatorum hoc actum est ut naturaliter prospera mutentur homini in adversa. Unde et salomon dicit: Creatura exardescit in tormentum adversus iniustos. et lenior est ad benefaciendum his qui in deo confidunt. Non erit caro subiecta anime nec vitia rationi. si animus non est subditus conditori. Tunc autem recte subiiciuntur nobis omnia que sub nobis sunt. si nos subiicimur ei a quo nobis illa subiecta sunt. Nam et que videtur subiecta esse ei qui deo subiectus non est. ille potius subiicitur eis qui suam voluntate subiugat amori eorum que sibi esse subiecta existimat.

De angelis Cap. xii

Angelorum nomen. officii est non nature. Nam secundum naturam spiritus nuncupantur. Quando enim de celis ad annunciandum hominibus mittuntur. ex ipsa annunciatione angeli nominantur. Natura enim spiritus sunt. Tunc autem angeli vocantur. quando mittuntur. Natura angelorum mutabilis est. quia inest illis mutabilitas in natura. sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Gratia dicimus non natura esse incommutabiles angelos. Nam si natura incommutabiles essent diabolus non utique cecidisset. Mutabilitati itaque nature suffragatur in illis contemplatio creatoris. inde et privatus est apostata angelus dum fortitudinem suam non a deo. sed a se voluit custodiri. Ante omnem creaturam angeli facti sunt dum dictum est fiat lux. De ipsis enim dicit scriptura: Prior omnium creata est sapientia. Lux enim dicuntur participando luci eterne. Sapientia vero dicuntur. ingenite inherendo sapientie. Et dum sint mutabiles natura. non tamen sinit eos contemplatio mutari divina. Ante omnem creaturam mundi creati sunt angeli. Et ante omnem creationem angelorum diabolus

conditus est· sicut scriptū est. Ipse est principium viarū dei. Unde ⁊ ad comparationē angelorum archangelus appellatus est. Prius enim creatus extitit ordinis prelatione nō temporis quātitate. Primatū habuisse inter angelos diabolum excellentia prelationis· ex qua fiducia cecidit· ita ut sine reparatione laberet. Cuius prelationis excellentiam ꝓpheta his verbis annūciat: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Abietes nō adequauerūt sūmitatē illius. Omne lignū paradisi nō ē assimilatū illi: quoniā speciosiorem fecit eū deus. Distat conditio angeli a conditione hominis. homo enī ad dei similitudinem conditus est· archangelus vero qui lapsus est· signaculū dei similitudinis appellat⁹ est· testante dño per Ezechielē: Tu signaculum similitudinis plenus sapiētia pfectus decore ī delitijs paradisi dei fuisti. Quanto enim subtilior ē eius natura· tanto plenius extitit ad similitudinē diuinę virtutis expressa. Prius de celo cecidisse diabolum ꝙ homo conderet. Nam mox ut factus est in supbiam erupit. ⁊ precipitatus de celo est. Nam iuxta veritatis testimoniū· ab initio mendax fuit ⁊ in veritate non stetit· quia statim ut factus est cecidit. Fuit quidē in veritate conditus· ꝫ nō stando confestim a veritate est lapsus. Uno supbię lapsu dum deo per tumorē se conferūt. ⁊ homo cecidit ⁊ diabol⁹. Sꝫ homo reuersus ad penitentiā deo se inferiorē esse cognouit. Diabolus vero nō solum in hoc contentus ꝙ se deo equalem existimans cecidit· insuper etiā supiorem deo se dicit· ſm apl'i dictum: qui ait de antichristo. Qui aduersat ⁊ extollit supra oē quod dicit deus aut quod colitur. Diabolus ideo nō petit veniam· quia nō compungit ad penitentiam. Membra vero eius sepe per hypocrisim deprecant· qđ tamen ꝓ mala conscientia adipisci nō merent. Discat humana miseria ꝙ ea causa citius ꝓuocet deus prestare veniam dum infirmo compatit homini· q: ipse homo traxit ex parte inferiore infirmitatem peccandi· hoc ē ex carne· qua inclusa anima detinet. Apostatę vero angeli ideo veniam nō habent· q: carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati sunt ut peccarent. Hoies aūt post peccatū idcirco reuertunt ad veniam· ꝓpter ꝙ ex lutea materia pondus traxerūt infirmitat. Ideoqꝫ ꝑ infirma carnis conditione reditus patet homini ad salutem· sicut ⁊ psalmus dicit: Ipse scit figmentū nostrum. Memēto domine ꝙ terra sumus. Et iterum: memorare inquit quę mea substantia. Postꝙ apostatę angeli ceciderunt· ceteri perseuerantia eternę beatitudinis solidati sūt. Unde ⁊ post celi creationem in principio repetit· fiat firmamentum: Et vocatum est firmamentum celum. nimirū ostendēs ꝙ post angelorum ruinam hi qui ꝑmanserūt firmitatē meruerunt eternę pseuerantię ⁊ beatitudinis quā antea minus acceperant. Unde oportet agnosci ꝙ malorum iniquitas sanctorū seruiat vtilitati. Quia vnde mali corruūt· inde boni pficiunt. Bonorum angelorum numerus· qui post ruinam angelorum malorū est diminutus· ex numero electorū hominum supplebit· qui numerus soli deo est cognitus. Inter angelos distātia potestatū est. ⁊ ꝑ graduū dignitate ministeria eisdem sunt distributa· alijqꝫ alijs preferunt· tam culmine potestatis ꝙ scientia virtutis. Subministrant igit alij alioꝝ preceptis atqꝫ obediunt iussis. Unde ⁊ ad ꝓphetam Zachariam angelus angelum mittit. ⁊ queqꝫ annunciare debeat precipit. Nouē esse distinctiones uel ordines angelorum sacrę scripturę testātur· id est angeli· archangeli· throni· dominationes· virtutes· principatus· potestates· cherubin ⁊ seraphin. Horū ordinum numerū etiam Ezechiel propheta describit sub totidem nominib⁹ lapidum cum de primatu apostatę angeli loqueret: Omnis inquit lapis preciosus operimentū tuum. Sardius ⁊ topazius ⁊ iaspis chrysolith⁹. ⁊ onyx ⁊ berillus· saphirus· carbunculus ⁊ smaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt angelorū· quos apostata angelus ante lapsū quasi in vestimento ornamenti sui affixos habuit· ad quorum comparationem dum se clariorem cunctis aspexit confestim intumuit ⁊ cor suum ad supbiam eleuauit. Angeli semp in deo gaudēt nō in se. Malus vero ideo est diabolus· quia nō quę dei· sed quę sua sunt requisiuit. Nulla autem maior iniquitas ꝙ non in deo ꝫ in se velle quēpiam gloriari. Angeli in verbo dei cognoscunt omnia anteꝙ in re fiant ⁊ quę apud homines adhuc futura sunt· angeli iā reuelante deo nouerūt. Preuaricatores angeli etiam sanctitate amissa· nō tamen amiserūt viuacem naturę angelicę sensum. Triplici enī modo scientię acumine vigent· id est subtilitate naturę· experientia temporum· reuelatione superiorum potestatū. Quotiens deus quocūqꝫ flagello huic mūdo irascitur· ad ministeriū vindicte apostatę angeli mittunt: qui tamen diuina potestate coercentur ne tantū noceant quantum cupiunt. Boni autem angeli ad ministerium salutis humanę deputati sunt· ut curas administrent mūdi ⁊ regant omnia iussu dei· testāte apostolo: Nōne omnes inquit sunt administratorij spiritus ī ministerium missi· propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Angeli corpora ī quibus hominibus apparent de superno aere sumunt: solidamqꝫ speciem ex celesti elemento induūt ꝑ quam humanis obtutibus manifesti⁹ demonstrent. Singulę gentes prepositos angelos habere credunt· quod ostenditur testimonio angeli danieli loquentis: Ego inquit veni ut nunciarem tibi ꝫ princeps regni persarū restitit mihi. ⁊ post alia. Nō ē q̄ me adiuuet nisi michael princeps noster. Itē omnes homines angelos habere probant· loquente dño in euangelio. Amen dico vobis· quia angeli eoꝝ semp vident faciē patris mei qui est in celis. Unde ⁊ petrus in actibus apostolorum cum pulsaret

ianuam· dixerũt intus apostoli: Nõ est petrus sꝫ angelus eius est. Si deũ angeli contuent̃ ⁊ vidẽt cur petrus aplũs dicit: in quem desiderãt angeli dei cõspicere? Itẽ si eũ nõ contuent̃ nec vident: quõ iuxta sententiã dñi·angeli coꝝ semp̱ vidẽt faciem patris qui est in celis? Sꝫ bene vtrũq; est. Nam veraciter credimus ꝙ deũ angeli ⁊ vident ⁊ videre desiderant. ⁊ habẽt ⁊ habere festinant. ⁊ amant ⁊ amare nitũt̃. Si enĩ sic videre desiderãt ut effectu desiderij nõ ꝑfruant̃·desideriũ h̃ necessitatẽ habet. necessitas ista penalis est. sꝫ beatis angelis omnis pena longe est·q: nunꝙ simul pena ⁊ beatitudo cõueniũt. Rursum si eos dicimus dei visione satiari·satietas fastidiũ habere solet. ⁊ scimus illos dei visionẽ quã ⁊ desiderant fastidire nõ posse; quid ergo est nisi ut miro modo simul vtrũq; credamus·q: ⁊ desiderant ⁊ satiant̃? Sꝫ desiderãt sine labore. ⁊ satiant̃ sine fastidio. Ne enim sit ĩ desiderio necessitas·desiderantes satiant̃. Et iterũ ne sit in satietate fastidiũ satiati desiderãt. Vident ergo angeli faciẽ patris p̱ satietatem·sed quia satietas ista fastidiũ nescit·angeli desiderant in eo prospicere semp̱. Vbicũq; in scripturis sanctis ꝓ deo angelus ponit̃·nõ pater·nõ spũs sanctus·sꝫ ꝓ incarnationis dispensatiõe solus filius intelligit̃. Ante dominice incarnationis aduentũ discordia inter angelos ⁊ homines fuit. Veniẽs aũt xp̃s pacem in se ⁊ angelis ⁊ hominib᷒ fecit. Eo quippe nato clamauerũt angeli. In terra pax hominib᷒ bone volũtatis. Per incarnationẽ igit̃ christi nõ solũ deo reconciliatus est homo·veꝝ etiã pax inter homines ⁊ angelos reformata est. Discordia igit̃ ante aduentũ xp̃i hominũ ⁊ angeloꝝ fuisse p̱ id maxime agnoscit̃. ꝙ salutati in veteri testamento ab hominib᷒ angeli·despiciũt se salutari ab eis. qđ in nouo testamento a iohanne factum nõ solum reuerenter angelus suscipit·veꝝ etiam ne faciat interdicit. Ob hoc homo in veteri testamento despicit̃. nec resalutatur ab angelo·eo ꝙ homo adhuc nõdum transisset in deum. Suscipitur autẽ homo a deo ⁊ reuerenter salutatur ab angelo. Nam ⁊ mariã angelus gabriel legitur salutasse. ⁊ iohanni angelum salutanti ab eodem angelo dicit̃. Vide ne feceris·conseruus enim tuus sum ⁊ fratrũ tuorum. Per quod agnoscit̃ p̱ incarnationem dominicam pacem hominibus fuisse ⁊ angelis redditam.

De homine Cap. xiii.

Omnia sub celo ꝓpter hominẽ facta sunt homo aũt ꝓpter seipsum. Inde ⁊ omnia p̱ figuram ad eius similitudinẽ referunt̃. Cõmunia homini omnia naturalia esse cũ omnibus rebus que constant. ⁊ ĩ hoĩe oĩa cõtineri·atq; in eo omniũ rerũ naturã consistere. Vniuersitatis creature homo magna quedã portio est·tantoq; gradu est ceteris excellẽtior quanto imagini diuine vicinior. Quãtũ ceteris creaturis prestet homo dignitate virtutis·ex ipsa reuerentia discit̃ creationis·dum p̱ omnia dixit deus: fiat. ⁊ facta sunt. Creare ṽo hominem quadam eterni consilij deliberatione voluit·dicens: Faciamus hominem ad imagnem ⁊ similitudinem nostrã. Quia enim boni sumus naturaliter conditi·culpe quodãmodo merito cõtra naturã mali sumus effecti. Sicut presciuit de᷒ hominẽ peccaturũ·ita ⁊ presciuit qualiter illum p̱ suam gratiã repararet·qui suo arbitrio deperire potuisset. Originalit̃ adam ⁊ eua simul creati sunt·specialiter ṽo postea mulier de latere viri formata est. Pariter ergo conditi sunt vtriq; rationis ordine·nõ pariter temporis vnitate. Vir ad imaginem dei fact᷒ ẽ·mulier ad imaginem viri formata est. vnde ⁊ illi lege nature subiecta est. Item vir ꝓpter semetipsum factus est·mulier ad adiutorium viri creata est. Homo propter peccatum tunc traditus ẽ diabolo·quando audiuit: terra es ⁊ ĩ terram ibis. Tũc enim dictũ est diabolo: terrã manducabis. Vnde ⁊ propheta ait serpenti: puluis panis eius. Serpens enim diabolus est·puluis impij. ⁊ ipsi sunt cibus diaboli. Quia praua volũtate ad ima collabimur· recte ad bene agendum cum labore consurgimus. qđ nõ ita esset si delectatio flagitiũ primorum hominũ nõ persuasisset·quibus ad bene viuendum tantũ velle sufficeret ⁊ sine difficultate statim actio obtemperaret. Diuisio ⁊ pugna ut sit in hoĩs animo pena pcti ẽ ex primo homine in omnes eius filios propagata·ut qui voluit cum deo esse vnitus·esset in seipso diuisus. ⁊ q̇ imperãti domino noluit esse subiect᷒·fieret sibimetipsi rebellis atq; contrarius. Vnde nec sibi poterit subiugari si prius deo non fuerit subiugatus. sibiq; seruiet nolens q̇ deo noluit volens. Quã varie p̱ diuersa humanũ defluxit genus·dum se ab vna stabili sempq; manente diuinitatis soliditate subtraxit. Nã dũ opus qđ libet appetit·quasi ibi iam requiem mentis infigit. Sꝫ dum ei non sufficit·mutata ĩtentiõe ad alias atq; alias actiones transit·dumq; p̱ diuersa requiẽ solidã querit nec inuenit·in labore miser ⁊ varietate viuit ⁊ vacu᷒ a requie manet. Quis eadẽ mutabilitas nõ sit homini concreata·sꝫ ꝓ merito prime preuaricationis illi accesserit·iam tamen naturalis facta est·q: originaliter a primo homine sicut ⁊ mors in omnes homines transijt.

De anima ceterisq; sensibus Cap. xiiii.

Vita corporis aĩa·vita anime deus ẽ. Et sicut corpus mortuum est sine anima·ita anima mortua est sine deo. Anima hominis nõ est homo·sꝫ corpus qđ ex humo factum est·id tm̃ homo est. Inhabitando autem in corpore anima·ex ipsa participatione carnis hominis nomẽ accepit·sicut apostolus interiorem hominem dicit animam·non carnem conditam esse ad dei imaginem. Male ergo a quibusdã creditur animã hoĩs esse corporeã·que p̱ id ad dei imaginẽ facta est ut si nõ incõmutabilis ut de᷒ esset·tñ

incorporea ut de' existeret. Sicut angeli ita et anime. Habent enim initium, finem vero nullum. Nam quedam in rebus temporalia sunt, quedam perpetua quedam vero sempiterna. Temporalia sunt quib' inest ortus et obitus. Perpetua quibus ortus, non terminus. Sempiterna quib' nec ortus nec terminus. Animam non esse partem diuine substantie uel nature, nec esse eam prius quam corpori misceatur sed tunc eam creari quando et corpus creatur cui admisci videtur. Philosophorum sententie dicunt esse animam prius quam nascatur in corpore. Quod verum esse nullis approbatur indiciis. Nam vtrum antea fuissemus, nec ipsi nouim', nec quis hominum dicat habemus. Non est ergo querendum quod querendo magis est irridendum. Gentiles et heretici de anima disputare conantur, sed quomodo de illa aliquid recte sentire possunt: qui auctorem ad cuius imaginem facta est non nouerunt? Et ideo multa errore digna dixerunt. Mutabilis est anima non localiter, sed temporaliter suis affectionib'. Corpus autem et loco et tempore mutabile, quia et tempore mutatur et loco variatur. Quod est ad corpus mutatio locorum, hoc est ad animam mutabilitas cogitationum. Que varietas male motionis tunc menti inhesit, quando ab eternorum contemplatione primus homo recedens in illo stare noluit a quo male recessit. Et iusta damnatione inconstans per rerum raptus varietatem defluxit. Multum ex sua natura splendorem possidet anima, sed fuscatur commixtione carnis qua retinetur inclusa. Ex eius enim parte vertitur ad peccandi infirmitatem, salomone dicente: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.

De sensibus carnis Cap. xv.

Non virtute, non sensu corporis, sed ratione mentis excellim' animalib' ceteris. Pro rebus corporeis videndis sufficit sensus carnis, non pro spiritalibus capiendis. Illecti autem homines vsu corporearum rerum nihil putant aliud esse preter quod carnis sensu concipiunt. Sicut precellunt sibi corporei sensus diuersitate locorum, ita sibimet et virtute sentiendi precellunt. Nam prestantior est odoratus sapore et positione loci et sentiendi longinquitate, sic auris odoratu. longius enim audimus quam odoramus. et sic oculi auribus, longius enim videmus quam audimus. Animus autem et loco et merito his vniuersis sensib' superfertur. In arce enim capitis constitutus quod illi corporaliter non attingunt, iste intellectualiter contuetur. Amplius excellit oculorum sensus ceteris sensibus, quando quidem que ad alios pertinent sensus inde dicant', veluti cum dicimus: vide quomodo sonat, vide quomodo sapit, sic et cetera. Quemadmodum oculus ita et animus cetera videt sese non intuetur. Aliarum enim rerum origines, species et magnitudines perspicit. de se autem tanta veri ignorantia inficitur, ut in his omnib' nihil certius contempletur. Homo qui miraris siderum altitudinem et maris profunditatem, animi tui abyssum intra et mirare si potes. Multa cogitantes sine sensu carnis et sine imaginibus viuis animo tamen cernentes intuemur memoriaque mentis ibi eas fingente tenemus. Multa quoque intelligimus sensu, que lingua explere non possum'. Innoxios esse infantes opere, non esse innoxios cogitatione, quia motum quem gerunt mente, nondum possunt explere opere, ac per hoc in illis etas est imbecillis, non animus. Ad nutum enim voluntatis nondum obtemperat illis fragilitas corporis, nec adeo opere nocere possunt, sicut cogitatione mouentur. Ex causa vocabulum sortita est cogitatio. Cogendo enim animum reminisci quod memorie commendatum est, dicitur cogitatio. Rerum omnium thesaurus memoria est. Ipsa est enim custos rebus inuentis, ipsa cogitatis, de qua ad liquidum difficile est aliquem disputare, quia grandis eius perplexitas est et animus ipse est. Imago a sensibus corporis remota sue speciei similitudinem relinquit in memoria, similitudinem autem non per imagines sicut cetera, sed sicut gaudium sine imagine reminiscimur. Dum obliuionem memoramus non per seipsam adest. Quod si per seipsam adesset vtique non obliuisceremur. Communem hominis animaliumque esse memoriam nullum autem animalib' irrationabilibus intellectum inesse nisi homini tamen predito ratione. Ceteris enim in ipsa qualitate considerationis sue, sensus carnis non intelligentia mentis est.

De christo filio dei Cap. xvi.

Filii dei perfecta natiuitas nec cepit esse nec desiit, ne preterita sit si desiit et ne imperfecta sit si adhuc sit, sed sic eterna sit et perfecta quatenus in ea natiuitate eternitatis et perfectio habeatur. Ex vtero virginis minor dicitur patre christus, videlicet iuxta humanam assumptionem, non iuxta diuinitatem. Christus et in forma serui seruus. et in forma serui non seruus. In forma quippe serui domini seruus. et in forma serui hominum dominus. Christus in forma serui propter conceptionis excellentiam dominus est hominum. quia et si suscepit carnem non tamen ex carnis libidinosa contagione. Mediator dei atque hominum homo christus ihesus nequaquam alter in humanitate alter in deitate est, sed in vtraque natura idem vnus est. Nec purus homo conceptus est, nec purus homo editus est. nec postea meritum ut deus esset accepit, sed deus verbum manente incommutabili essentia que illi cum patre et spiritu sancto est coeterna, assumpsit carnem pro salute humana in qua et impassibilis pati et immortalis mori et etern' ante secula temporalis posset ostendi. Mediator dei et hominum homo christus ihesus quamuis aliud sit ex patre aliud ex virgine, non tamen alius ex patre ali' ex virgine, sed ipse eternus ex patre, ipse temporalis ex matre, ipse qui fecit, ipse qui factus est, ipse de patre sine matre, ipse de matre sine patre, ipse conditoris templum, ipse conditor templi, ipse auctor operis, ipse op' auctoris

manēs vnus de vtroqꝫ ⁊ i vtraqꝫ natura·nec naturaꝝ copulatione confusus·nec naturaꝝ distinctione geminat᷑. Ideo deus i hoīe venit·q꞉ p se ipsū ab hominibus cognosci nō potuit. Sꝫ vnde nobis cōsuluit·inde despectionē tulit·q꞉ infirmitatē quā ꝓ nobis suscepit·homo supb⁹ despexit. Ob hoc infirma ⁊ stulta mūdi elegit ut fortiora ⁊ sapientiora p quę nō cognoscebat᷑ confunderet. Sicut cibū forte inualidus infans capere nō potest·nisi a matre prius editus i lactis sucū vertatur.ut quod in cibo nō potuit vti·suggēdo potet᷑ in lacte p carnē·ita ⁊ nos dū essemus infirmi ad ꝯspiciendā verbi ęternitatē·factū ē ipsū v̄bū caro ut enutriri p carnē fortioresqꝫ effecti·cibū solidū id est verbū dn̄i cū patre sempiternū cōtemplando ut angeli satiemur. Prima dei dona esse quib⁹ nos nobis reos esse ostēdit q̄ dū iacerem⁹ sub reatu culpę iustos nos esse credebam⁹. Uenit medic⁹·patefecit vuln⁹·cōposuit semetipsū.⁊ de sua morte nobis medicinā aptauit·ut non esset ostensor tm̄ vulnerꝫ ꝫ ⁊ sanator. Primū ad isrl᷑ venit xp̄s sic⁊ ipse ait: nō sum missus nisi ad oues quę perierūt domus isrl᷑. Ad populū isrl᷑ prius venit·ꝫ ꝙ non essent credituri ꝓpheta nō tacuit·dicēs; Prim⁹ ad syon dicet assum. ⁊ irl'm euāgelistā dabo.⁊ vidi ⁊ nō erat.neqꝫ extitit quisꝙ̄ q̄ iniret consiliū ⁊ interrogatus responderet verbū. Sꝫ q꞉ ad gentes trāsiuit·sequit᷑. Ecce seru⁹ meus·suscipiā eū·elect⁹ meus·complacuit sibi i illo aīa mea·dedi spiritū meū sup eū·iudiciū gentib⁹ ꝓferet. Quis ordinē nostrę liberationis nescierit diabolus·sciuit tn̄ ꝙ ꝓ saluatione hoīuꝫ xp̄s aduenit·ꝫ ꝙ sua idē nos morte redimeret ignorauit·vn̄ eū occidit. Nā si ille xp̄m p mortē redimere hūanū gen⁹ sciuisset nō eū vtiqꝫ pemisset. Qꝫ nouerit diabol⁹ ꝓ salute hūani generis xp̄m venisse·euangelij testimonio docet᷑. quē ut vidit cognoscēdo primuit dicens: q̄d nobis ⁊ tibi fili dei? Uenisti ante temp⁹ pdere nos. Xp̄s sicut peccatū qd̄ pena dignū est nō admisit·ita penā peccati nostri suscepit·ut p indebitā penā suā·debitā ablueret culpā nostrā·ut p h̄ amitteret diabolus q̄s reos tenebat·dū vnū interfecit q̄ nihil peccati admiserat. Ideoqꝫ quos quasi iuste tenuit amisit·q꞉ iniuste redemptorē nostrum occidit. Illusus est diabolus morte dn̄i q̄si auis. Nā ostensa xp̄s suę carnis mortalitate quā interimendā ille appetebat·abscondit diuinitatē·ut laqueū quo eū velut auē improuidā pręderet irretiret decipula. Nā si innoxi⁹ xp̄s nō occideret᷑·homo diabolo addict⁹ p preuaricationē nō absolueret᷑. Diabolus dū i xp̄o carnē humanitatis impetit quę patebat·quasi hamo diuinitatis ei⁹ captus est q̄ latebat. Est enī in xp̄o ham⁹ diuinitas·ęsca āt caro·linea genealogia·quę ex euāgelio recitat᷑. Tenēs v̄o hanc lineam·deus pater ē·de quo dicit apl's: Caput xp̄i deus. Et lucas lineā generationis xp̄i ab imis ad sūma contexēs incohoat a ioseph ⁊ consūmat in deū·dū dicit q̄ fuit heli.⁊ ꝓficiens lineā generis·dicit: q̄ fuit dei. Idcirco dn̄s i infernū descēdit·ut his qui ab eo nō penalit᷑ detinebant᷑ viā aperiret reuertendi ad celos·s̄m testimoniū Esaię ꝓphetę dicētis: Posuisti ꝓfundū maris viā·ut transirēt liberati. Uiam quippe xp̄s in ꝓfundū maris posuit·qn̄ in infernū descendēs sanctis iter ad celos reuertēdi monstrauit. Sancti ex tempore resurrectionis xp̄i statim ut de corpore exeūt·mox ad celestē habitationē ascēdunt. qd̄ antiqs patrib⁹ nō dabat᷑. Nā an̄ ꝯduentū saluatoris·qꝙ̄ sine pena supplicij·tn̄ non in celo ꝫ i inferno sanctoꝝ animę tenebant᷑.pro quibus absoluendis·dn̄s in infernū descendit. Christus in celū ascendens discessit quidē carne·ꝫ presens est maiestate·s̄m illud qd̄ ipse ait: Ecce ego vobiscū sū vsqꝫ ad cōsūmationē seculi. Sedet xp̄s ad dexterā patris·non ut dexterā corporeā habeat pater·ꝫ dextera patris beatitudo ē·sicut sinistra miseria.

De spiritu sancto Cap. XVII.

Spiritus sanctus creator est·sicut pater ⁊ verbum·testante ꝓpheta: Spūs dn̄i fecit me.⁊ spiraculū omnipotētis viuificauit me. Spūs sanct⁹ patris ⁊ filij est.⁊ inde vnū sunt pater ⁊ fili⁹·q꞉ nihil habet pater qd̄ nō habet filius. Nō enī res vna ⁊ duoꝝ consubstantialis poterit simul ab eis ꝓcedere.⁊ simul inesse·nisi vnū fuerit a quib⁹ ꝓcedit. Spūs sancti pignus accepit ecclesia·ut p eū in vno corpe vnū fierent credētes: per quē pater ⁊ fili⁹ vnū essentialit᷑ sint·ipso saluatore ad patrē dicente: Ut sint vnū·sicut ⁊ nos vnū sumus. Xp̄s nō tm̄ a patre ꝫ etiā a spū sancto se missū testat᷑·dicēte ꝓpheta: Accedite ad me ⁊ audite: Nō a principio in abscondito locutus sum vobis·ex tpe anteꝙ̄ fieret᷑ ibi eram.⁊ nūc dominus misit me ⁊ spūs eius. Spūs sanct⁹ ꝓ eo ꝙ cōsolator sit·paraclitus nūcupat᷑. Nā latine paraclisis cōsolatio dicit᷑. Et reuera dū dona sacramentoꝝ distribuit.consolationem animę prebet. Credo equidē ꝙ magnā leticiam sentit qui aliq̄d reuelante spū dicit. Donū sancti spūs in membris ecclesię sigillatim diuidit᷑.⁊ in singulis singula dona tribuunt᷑. Xp̄s aūt omnē plenitudinē gratiaꝝ habuit·de quo ita legit᷑: Plen⁹ grā ⁊ veritate. In xp̄o ergo oīs plenitudo gratiaꝝ est·nā singulis electis singula dona tribuunt᷑. In spū sancto oīs gratia donoꝝ cōsistit. Ipse enī ꝓut vult gratiarū dona largit᷑·alijs dans sermonē sapientię·alijs scientię·alijs fidem·atqꝫ ita vnicuiqꝫ virtute spūs scī diuisio gratiaꝝ tribuit᷑.⁊ i oibus idē vn⁹ habet᷑. Ipse enim etiā ineffabilia docet quę ꝓferre humanus sermo nō potest. Ante aduentū dn̄i tm̄ ꝓphetę ⁊ pauci ex omni ꝓplo iusti donū sancti spūs merebant᷑. post aduentū aūt dn̄i spūs sanct⁹ cunctis ē credentib⁹ distribut⁹·iuxta qd̄ p ꝓphetā dn̄s loquit᷑ dicens: Et erit in nouissimis diebus effundā de spū meo sup omnē carnē: ⁊ ꝓphetabūt filij vestri ⁊ filię vestrę. Cūctis enī nūc gentibus

gratia sancti spūs tradita ē. necꝫ in paucis aut ī ꝑplo isrl' ꝫ ī omni credētiū multitudine spūs sancti grā manet. Aliqñ nō dignis ⁊ reprobis dona sancti spūs conferunt. sicut saulo data ē ꝓphetia ⁊ balaā. Uñ ⁊ multi in fine dicturi sūt: dñe virtutes ī tuo noīe fecim⁹. quibus dicturus ē domin⁹: Nescio vos vnde estis. Xpi aduentū nō tm̄ plebis iudeç sancti ꝓphetantes expectauerūt. ꝫ fuisse etiā in nationib⁹ plerosqꝫ sanctos viros ꝓpheticę donū habētes quib⁹ ꝑ spm̄ sanctū xp̄s reuelabat̄ ⁊ a quib⁹ ei⁹ expectabat̄ aduen⁹. sicut iob. sic balaā q̄ xp̄i vtiqꝫ p̄dicauerūt aduētū. Cōuersio gentiū veteri ꝑplo latebat. ꝫ tñ in consilio dei erat ut fieret. ⁊ iā tūc a sanctis ꝓphetis occulte ꝑ spm̄ sanctū p̄dicabat̄ aduentus xp̄i. sicut dicit ꝓpheta: Cū appropinquauerint anni cognosceris. dū aduenerit temp⁹ ostenderis. Nūc ꝟo reuelatū patet qđ tūc carnalibus latebat. spiritualib⁹ ꝟo notum erat. nondum tñ manifeste dicebat̄. eo ꝙ tempus ostensionis nō esset.

De lege Cap. XVIII.

Via ꝑ quā itur ad xp̄m lex est ꝑ quam vadunt iusti ad deū. ⁊ ut est intelligūt eam. Sanctaꝝ scripturaꝝ altitudo q̄si montes pascuę sūt. ad quos dū quisqꝫ iustorū conscendit. se pascuę indeficientis refectionē inuenisse cōgaudet. In scripturis sanctis q̄si ī montib⁹ excelsis. ⁊ viri ꝑfecti habēt sublimia intelligētię. quibus gressus contemplationis q̄si cerui erigant. ⁊ simplices q̄si ꝑua aīalia īueniūt modicos intellectus. ad quos humiles ipsi refugiant. Scriptura sacra infirmis ⁊ sensu paruulis. ꝫm historiā humilis videt̄ in verbis. cū excellentiorib⁹ aūt viris altius incedit. dū eis sua mysteria pādit. ac ꝑ hoc vtrisqꝫ manet cōmunis ⁊ ꝑuulis ⁊ ꝑfectis. Scriptura sacra ꝓ vniuscuiusqꝫ lectoris intelligentia variatur. sicut manna quę ꝑplo veteri ꝓ singuloꝝ delectatiōe variū dabat saporē. Iuxta sensuū capacitatē singulis ꝫmo dominic⁹ cōgruit. Et singulis dū fit ꝓ vniuscuiusqꝫ intellectu diuersus. in se tñ ꝑmanet vn⁹. Ideo ī libris scīs quędā obscura. quędā apta repiunt̄. ut intellect⁹ lectoris ⁊ studiū augeat̄. Nam si cūcta paterēt. statim intellecta vilescerēt. Rursus si cūcta clausa existerēt. cōfestim diffidentiā gignerēt. Ne ergo de obscuris desperatio fiat. ea quę manifesta sunt sciant. ⁊ ne de intellectis fastidiū existat. ea quę clausa sūt desideriū excitant. Nā pleraqꝫ quanto magis latēt tanto magis desideriū p̄bēt. In scripturis sanctis sępe ea quę futura sūt quasi facta narrantur. sicut est illud: Dederūt in escam meā fel. ⁊ potauerūt me aceto. Sꝫ cur futura quasi p̄terita scribunt̄. nisi q: quę adhuc faciēda sūt in opere. iā facta sūt in diuina p̄destinatiōe. Nobis igit̄ temporaliter accidūt. quę a conditore omniū sinetem pore ꝓuident̄. Propterea ꝓpheta rerū futuraꝝ gesta p̄terita p̄sentib⁹ miscet rebus. ut ita credantur illa futura. quēadmodū ista cernunt̄ esse completa. Mox eñi suo ꝑ p̄sentia de futuris loquit̄ sicut in ꝑsona irl̄m de ecclesia. ⁊ sicut in ꝑsona effraim de hereticis. Pro factis diuinis plerūqꝫ ⁊ dicta ponunt̄. idcirco q: nō opatione manuū dꝫ dicendi imperio opat̄. sicut scriptū ē: Dixit ⁊ facta sūt. mandauit ⁊ creata sunt. Qꝫ in scripturis sacris vna bis repetit̄ sententia. aut cōfirmationis causa est. aut mysterij. sicut lex ⁊ gratia. sicut initiū ⁊ ꝑfectio. sicut bonū ⁊ melius. Lex diuina in tribus distinguit̄ partib⁹. id est in historia. in p̄ceptis. ⁊ ī ꝓphetis. Historia ē in his quę gesta sūt. p̄cepta ī his quę iussa sūt. ꝓphetia ī his quę futura ꝓnūciata sūt. Lex diuina triplici sentiēda est modo. Primo ut historice. secūdo ut tropologice. tertio ut mystice intelligat̄. Historice nanqꝫ iuxta litterā. tropologice iuxta moralem sententiam. mystice iuxta spiritalē intelligentiā. Ergo sic historice oportet fidē tenere. ut eam ⁊ moralit̄ debeamus interp̄tari ⁊ spiritaliter intelligere. Tria ⁊ septem. decē p̄cepta sūt. ꝫ tria ad amorem dei ꝑtinent. septē ad hoīes. Illa tria quę ad amorē dei ꝑtinent. in vna tabula scripta fuerunt. reliq̄ septē ī secūda. In ꝑma tabula triū mādatoꝝ hoc primū ē: Diliges dñm deum tuū. In secūda: Honora patrē tuū ⁊ matrē. Hinc ē qđ ⁊ saluator scribe interroganti qđ p̄ceptū est primū in lege ait: Audi isrl'. dominus deus tuus deus vnus est hoc primū est. Secundū ꝟo simile est huic: Diliges ꝓximū tuū sic teipsū. Unū nāqꝫ p̄ceptū de ꝑma tabula dixit qđ ad dei ꝑtinet amorē. alterū ꝟo de alia tabula. qđ ad hoīs ꝑtinet dilectionē.

De ecclesia ⁊ heresibus Cap. XIX.

Gemina est ecclesię pulchritudo. vna quā hic bene viuendo consequitur. altera per quā illic ex retributiōe glorificabit̄. Ecclesię ꝓpter xp̄m geminę tribulationes existūt. id est siue quas a paganis ꝑtulit ī martyribus. siue quas ab hereticis ꝑfert in diuersis cōcertationibus. Utrasqꝫ aūt ꝑ gratiā dei exupat. partim ferendo. partim resistendo. Sancta ecclesia catholica sicut male viuentes in se patienter tolerat. ita male credentes a se repellit. Sancta ecclesia contra gentiliū atqꝫ hereticoꝝ pertinaciā summope sapientiā ⁊ patientiā opponere studet. ꝫ exercet̄ eius sapiētia cū tentat̄ verbis. exercet̄ patiētia cū tentat̄ gladijs. Nūc eñi ꝑsecutionib⁹ appetit̄. nūc falsis assertionib⁹ lacessit̄. Causa prauitatis hereticę doctrinis ē ꝓpagata ecclesia. nā antea simplici tm̄ fide vigebat. Hereticoꝝ igit̄ occasiōe ꝓpagati sūt doctores ī fide. ⁊ ꝑ acumina heresū ecclesię magistri creuerūt. Nā tūc clari⁹ manifestat̄ veritatis assertio qñ patuerit quęlibet dissensio. Sācta ecclesia ideo dicit̄ catholica. ꝓ eo ꝙ vniuersaliter ꝑ omnē sit mundū diffusa. Nam hereticoꝝ ecclesię in partib⁹ mūdi coartant̄. hęc ꝟo ī toto orbe diffusa expandit̄. paulo attestāte apl'o: Gratias inquit ago deo meo ꝓ omnib⁹ vobis q: fides vestra annūciat̄ in vniuerso mūdo. Hereses aūt in aliq̄

angulo mũdi· aut in vna ꝓuintia inueniunẗ ver/
sari. Ecclesia ꝟo catholica· sicut p totum mundũ
extendiẗ· ita ⁊ omniũ gentiliũ societate construiẗ.
Qui sunt heretici nisi qui relicta dei ecclesia pri/
uatas elegerunt societates? De quibus dominus
dicit: Duo mala fecit populus meus· me dereli/
querunt fontem aquę viuę. ⁊ foderũt sibi cister/
nas dissipatas quę continere non valent aquas.
Causa heresis ob quã rem fit? Ad exercitationẽ
fidei. Uis ꝟo p quam fit· obscuritas est diuinaꝝ
scripturarũ in qua caligantes heretici aliud ꝙ se
res habeat intelligũt· nec esse possunt· q: idipsum
qđ existunt hereses iã nõ sunt. Male eni sentien/
do esse iã desierũt· ad nihilũ enĩ tendũt. Heretici
ingenti studio mendacia sua discũt. ⁊ labore ve/
hementi ne in vnitatẽ ecclesię veniant decertant·
de quib⁹ ꝓphetam congrue dicit: Docuerũt lin/
guã suã loqui mendaciũ. ⁊ ut inique agerẽt labo/
rauerũt. Dum vicissim heretici mutuo se lacerant
qñ alterutrũ sei ꝓprias sectas inducũt· sic tñ in in/
uicẽ sese colligũt ut cõtra ecclesiã pari erroris spi/
ritu decertẽt. Et qui ab inuicẽ sũt diuisi· i aduer/
sitate ecclesię simul existunt vniti: eisq; q̃ ꝓ eo ꝙ
tm̃ valeant hereses videnẗ habere veritatẽ: hoc
respondendũ est. Nõ ideo saluti ꝑponendi sũt
morbi· quia plerũq; ita generaliẗ mundũ occupãt
ut paruũ saluti locum relinquant.

De hereticis Cap. XX.

Non posse hereticos habere veniã· nisi p
ecclesiã catholicã· sicut ⁊ amici iob non p
se placare deũ potuerũt· nisi ꝓ eis iob sa/
crificiũ obtulisset. Opera bona quę heretici fa/
ciũt ⁊ iusticia coꝝ· nihil eis ꝓdest· testante dño p
hieremiã: Quia mei oblit⁹ es· ecce ego annũcia/
bo iusticiã tuã. ⁊ opa tua nõ ꝓderũt tibi. Hereti/
ci ꝙuis legẽ ⁊ ꝓphetas adimpleant· ex eo tñ ꝙ ca/
tholici nõ sunt· non est deus in coꝝ cõuentibus·
ipso domino testante: Si steterint moyses ⁊ sa/
muel corã me· non est anima mea ad populũ istũ.
Eijce eos a facie mea ⁊ egrediantur. Per moysen
quippe ⁊ samuel legẽ accipe ⁊ ꝓphetas· quos ꝙuis
heretici ope implere contendant· propter erroris
tamen impietatẽ a vultu dei ꝓijciunẗ. ⁊ a iustorũ
conuentib⁹ sepanẗ paganus ⁊ hereticus· ille quia
nũꝙ fuit cũ dei populo· iste q: recessit a dei popu/
lo· vterq; recedẽtes a xp̃o ad diaboli ptinent cor/
pus. Qui ab idolatria ad iudaismũ uel heresim
transeũt· iuxta prophetã· de malo ad malũ egres/
si sũt. ⁊ dñm nõ cognouerũt· q: de ifidelitatis er/
rore i errorẽ aliũ transierũt. Cui⁹ doctrinã quisq;
sequiẗ· huius ⁊ filius nuncupaẗ. sicut ⁊ ꝑ ꝓphetã
amorreũ patrẽ ⁊ cetheã matrẽ esse isrl'. domin⁹ di/
cit. nõ vtiq; nascẽdo ꝫ imitãdo. Sic ⁊ in melio/
rẽ partẽ filij dei nuncupanẗ q̃ precepta dei custo/
diunt. Unde ⁊ nos nõ natura· ꝫ optione clama/
mus deo dicẽtes: Pater noster qui es i celis. Nõ
solũ tm̃ natiuitate ꝫ etiam imitatione filios posse
alicui⁹ vocari. Nam iudei ꝫm carnẽ filij abrahę·
ꝫm ꝟo cõuersationẽ filij diaboli nuncupanẗ· ac ꝑ
hoc illi sũt semen abrahę qui eius imitanẗ fidem·
nõ qui ex eius generati sunt carne. De errore au/
ctoris trahitur a quibusdam ⁊ nomen ⁊ culpa· ut
ipsius vocabulo censeaẗ cuius errorẽ ⁊ sequitur.
sicut ecclesię pergami in apocalypsi dicitur: Ha/
bes tenentes doctrinã balaam ⁊ iezabel. Doctri/
nam igitur balaam dicitur habere· propter imi/
tationem non propter presentiam corporalem.

De gentilibus philosophis Cap. XXI.

Philosophi gentiũ nõ sicut oportet deum
querentes in angelos inciderũt preuari/
catores: factusq; est illis mediator dia/
bolus ad mortem· sicut nobis xp̃s ad vitã. Mul/
tum mũdi philosophi predicanẗ i dimẽsione tem/
porum· cursusq; siderũ ac discussione elementoꝝ. ⁊
tamen hoc nõ nisi a deo habuerũt. Uolando enĩ
superbe ut aues aerẽ. ⁊ emergentes in ꝓfundũ ut
pisces mare. ⁊ ut pecora gradientes terrã descri/
pserunt· verũtamen tota mente auctorem coꝝ in/
telligere noluerũt. Quare nõ possũt aialia bruta
interrogare? Quia nesciunt ratiocinari. Ideo
nõ dissimiles gẽtiles hoĩes animalibus extiterũt
q̃ talia nõ considerantes ⁊ ipsa ampli⁹ diligentes
vsq; ad eorum cultum euanuerũt. Uia christus ẽ.
Si qs i ea nõ gradiẗ· nõ est quomodo veniat ad
deum. Philosophi autem mundi vtiq; deum co/
gnouerũt· sed quia displicuit illis humilitas xp̃i
in inuio transierunt ⁊ nõ in via. Ideoq; euane/
scentes gloriam dei in mendaciũ mutauerũt. ⁊ re/
ctitudinem vię relinquẽtes i anfractus inciderũt
errorũ. Primum vnicuiq; est scire quid appetat·
secundum ꝟo est ut id quod appetit apprehendat.
Impfecta quippe sapientia est quo tendas scire. ⁊
nescire iter p quod expediat ire. Quid enĩ ꝓdest
si quis famis tempore vbertatis regionẽ videat·
⁊ viam p quã ad illam pergat ignorat? Ecce pa/
triã quisq; querit· ꝫ viam perdidit· errando gra/
ditur· nõ ꝓficiendo: quantoq; plus ambulat tan/
to magis ab eo quod querit elongaẗ. Qui viam
regiam· hoc est christum deserit. ⁊ si videat veri/
tatem a longe videt· quia nisi p viam nõ est quo/
modo ad eam ꝓpinquet. Et si gradiens p desertũ
leonem incurrerit· semetipsum redarguat dum in
diaboli faucibus heserit.

De differentia testamentoꝝ Cap. XXII.

Quidam ideo non recipiunt vetus testa/
mentum ꝓ eo ꝙ aliud in tempore prisco
aliud agatur in nouo: Nõ intelligentes
ꝙ deus quid cuiq; congruerit tempori incogni/
ta quadam distributione concesserit· sicut in lege
imperat nuptias· in euangelio virginitatem cõ/
mendat. in lege oculũ pro oculo auferre· in euan/
gelio alteram prebere percutienti maxillam. Sz
illa pro tẽpore fragili populo· ista vero perfecto·
vtraq; tamen pro tempore sua quęq; conuenien/
tia comodans. Et tamen pro ista mutatione non

est credendus deus mutabilis. sed potius inde admirabilis predicandus est. quia manens incommutabilis quid cuique ut diximus tempori commodum fuit. magna cum distributione concessit. Sub veteri testamento minoris culpe erant peccata. quia in eo non ipsa veritas. sed umbra veritatis aderat. Nam in testamento novo preceptis altioribus veritate manifesta facta quedam que in illo populo umbre veritatis deservierant. deserenda nobis precipiunt. Illic enim fornicatio et retributio iniurie permissa sunt. nec nocebant. In testamento autem novo gravi animadversione damnantur si admittantur.

De symbolo et oratione Cap. XXIII.

Addei symbolum et dominica oratio pro tota lege parvulis ecclesie ad celorum regna sufficit capessenda. Omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione dominica et symboli brevitate concluditur. Unde et propheta Esaias dicit: Abbreviationem audivi a domino deo exercituum super universam terram. Attendite et audite eloquium meum Sed hec abbreviatio. aut illud intelligitur quod dominus dicit omnem legem et prophetas in duobus preceptis dilectionis dei et proximi pendere. aut propter ipsam orationem dominicam vel symboli brevitatem in quibus ut predictum est omnem scripturarum coartari cernimus latitudinem.

De baptismo et communione Cap. XXIIII.

Solam ecclesiam catholicam habere baptismum ad salutem Zacharias propheta testatur. In die inquit illa erit fons patens domus david et habitantibus in hierusalem in ablutionem peccatoris et menstruate. Domus quippe david et hierusalem christi ecclesia est. in qua manat fons in ablutionem peccatorum. Heretici autem id solum imaginaria ostentatione faciunt. ideoque illis baptismus non ad remissionem peccatorum. sed ad supplicii testimonium datur. Pro solo reatu originali luunt in inferno nuper nati infantuli penas si renovati per lavacrum non fuerint. Proinde qua causa nuper natus damnatur infans si non regeneratur? quia originis noxietate perimitur. Cur parvuli peccato originali carentes per baptismum et nec dum proprium habentes delictum a bestiis penisque ceteris laniantur? Hec igitur causa est. Baptismum enim a pena eterna non a presentis vite supplicio liberat. Nam si a pena presenti homines liberarentur per baptismum ipsum putaret baptismi premium. non illud eternum. Ergo soluto reatu peccati manet tamen quedam temporalis pena. ut illa vita ferventius requiratur que erit a penis omnibus aliena. Nullus negat fidelium etiam post baptismum quo peccata delentur. quotidie quamdiu in isto seculo sumus ad deum nos debere converti. Quod quamvis sine intermissione sit quotidie agendum. nonnunquam tamen fecisse sufficiet. Qui in maternis uteris sunt. ideo cum matre baptizari non possunt. quia qui natus adhuc secundum adam non est. renasci secundum christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit. quem generatio non precessit. Qui intra ecclesiam non ex dignitate ecclesie vivunt. sed fidem quam verbo tenent operibus destruunt. de ipsis legitur: Multiplicati sunt super numerum. ut subaudias in regno predestinatorum. Qui scelerate vivunt in ecclesia et communicate non desinunt. putantes se tali communione mundari. discant nihil ad emundationem sibi proficere. dicente propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sancte auferent a te malicias tuas? Et apostolus: Probet inquit seipsum homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat.

De septem regulis Cap. XXV

Septem esse inter cetera regulas locutionum sanctarum scripturarum quidam sapientes dixerunt. Prima regula est de domino et eius corpore que de uno aut ad unum loquitur atque in una persona. modo caput. modo corpus ostendit. sicut Esaias ait: Induit me vestimento salutari quasi sponsum decoratum corona. et quasi sponsam ornatam monilibus suis. In una enim persona duplici vocabulo nominata. et caput. id est sponsum et ecclesiam id est sponsam manifestavit. Proinde notandum in scripturis. quando specialiter caput describitur et quando et caput et corpus. aut quando ex utroque transeat ad utrumque. aut ab altero ad alterum. sicque quid capiti. quid corpori conveniat prudens lector intelligat. Secunda regula est de domini corpore vero et permixto. Nam videntur quedam uni convenire persone. quod tamen non est unius. ut est illud: Puer meus es tu israel. ecce delevi ut nubem iniquitates tuas. et sicut nebulam peccata tua. convertere ad me et redimam te. Hoc ad unum non congruit. Nam altera pars est cui peccata delevit. cui dicit: puer meus es tu. et altera cui dicit: Convertere ad me et redimam te. Qui si convertantur eorum peccata delentur. Per hanc enim regulam sic ad omnes loquitur scriptura. ut boni redarguantur cum malis. et mali laudentur cum bonis. Sed quid ad quem pertineat. qui prudenter legerit discet. Tertia regula est de littera et spiritu. id est de lege et gratia. lege per quam precepta facienda admonemur. gratia per quam ut operemur iuvamur. vel quod lex non tantum historice. sed etiam spiritaliter sentienda sit. Namque et historice oportet fidem tenere et spiritaliter legem intelligere. Quarta regula est de specie et genere. per quam pars pro toto. et totum pro parte accipitur. veluti si uni populo vel civitati loquatur deus. et tamen intelligatur omnem contingere mundum. Nam licet adversus unam civitatem babyloniam per Esaiam prophetam dominus comminetur. tamen dum contra ecclesiam loquitur. transit ad genus de specie. et convertit contra totum mundum sermonem. Certe si non diceret adversus universum orbem. non adderet infra generaliter: et disperdam omnem terram. et visitabo super orbis mala. et cetera que sequuntur ad internitionem mundi pertinentia. Unde et addicit: Hoc est consilium quod cogitavi super omnem terram. et hec est manus eius extensa super omnes gentes. Item postquam sub persona babylonie arguit universum mundum. rursus ad eandem quasi de genere

ad specie reuertit· dicens que eide ciuitati specia/ lit contigerut: Ecce ego suscitabo sup eos medos Nam regnante balthasar· a medis e obtenta ba/ bylonia. Sic et in onus egypti ex psona eiusdem totu vult intelligere mudum· dicendo: Et con/ currere facia egyptios aduersus egyptios· regnu aduersus regnu· cum egyptus non multa regna· sed vnu habuisse describitur regnu. Quinta re/ gula e de temporibus· per quam aut pars maior tepo(r)is p parte minore· aut pars minor tepo(r)is p partem maiorem inducitur· sicut e de triduo do/ minice sepulture· dum nec trib9 plenis diebus ac noctibus iacuerit in sepulchro· sed tn a parte to/ tum triduu accipit. Vel sicut illud· q quadrin/ gentis annis predixerat deus filios isrl i egypto seruituros. et sic inde egressuros· q tn dominante ioseph egypto dominati sut. nec statim post qua/ dringentos anos egressi sut ut fuerat re pmissu ß. quadringentis triginta pactis ab egypto reces/ serunt. Est et illa de temporib9 figura· p qua que/ dam que futura sut quasi iam gesta narrant· ut e illud: Foderut manus meas et pedes meos· dinu/ merauerut oia ossa mea. et diuiserut sibi vestimen ta mea. et his similia· in quib9 futura tanq si iam facta sint ita dicutur. Sed cur que adhuc facien/ da erat ia facta narrant? Quia que nobis adhuc futura sunt· apud dei eternitatem iam facta sunt. Qua pter quado aliqd faciendu esse pnunciat· sm nos dicit. quado ho que futura sut· iam facta dicuntur· sm dei eternitate accipienda sut· apud que iam omnia facta sunt que futura sut. Sexta regula est de recapitulatione. Recapulatio enim est dum scriptura redit ad illud cui9 narratio iam transierat· sicut cu filios filio(r)u noe scriptura co/ memorasset· dixit illos fuisse in linguis et getibus suis. et tn postea quasi hoc etia in hoc ordine tem/ po(r)u requiritur: Et erat inquit ois terra labium vnum· et vox vna oibus erat. Quo ergo sm suas getes et sm suas linguas erat· si vna lingua erat oibus· nisi q ad illud qd iam trasierat recapitu/ lando est reuersa narratio. Septima regula e de diabolo et ei9 corpore· q sepe dicut ipsius capitis· que suo magis couenuit corpori. sepe ho eius vi/ dentur dicta membro(r)u et no nisi capiti cogruut. Ex nomine quippe corporis intelligitur caput. ut est illud in euangelio de zizaniis tritico admi/ xtis· dicente dno: Inimicus homo hoc fecit· ho/ minem ipsu diabolu vocans. et ex nomine corpo/ ris caput designas. Ite ex nomine capitis signi/ ficatur corpus· sicut i euangelio dicitur: Duode/ cim vos elegi· sed vn9 ex vobis diabol9 e. iudam vtiq indicas· quia diaboli corpus fuit. Aposta/ ta quippe angelus omniu caput e iniquo(r)u. et hu/ ius capitis corpus sunt oes iniqui· sicq cu mem/ bris suis vnitus est· ut sepe qd corpori eius dicitur ad eu potius referatur· rursum qd illi· ad mebra iterum ipsius deriuetur.

De martyrio Cap. XXVI.

D Ei seruus aduersitate vlla non frangit· sed pro veritatis defensione vltro se cer/ tamini offert· nec vnq p veritate diffi/ dit. Sepe ex discipulis ad martyriu eligunt· qui suos doctores ad corona precedut. et qui sut ordi/ ne postremi· fiunt nonnuq in certamine primi. Vir sanct9 vltro se in agone pro certamine debet offerre iusticie· ß tn si agonis fructu videt vber/ rimu. no debet declinare laboris periculum. Qr si maior est labor q animaru lucrum· declinadus est labor: quem minimu comitatur augmentum. Vtruq eni fecit apostol9 qui et periculis se vltro dedit vbi maximu animaru lucru vidit. et sapient se periculo abstulit in quo potiore labore q lucru esse prospexit. Vltro se paulus apud ephesu peri/ culis obtulit· quia potius periculo lucrum vidit. Damasci aut ideo a periculo subtraxit semetipsu quia nullu periculi ipsius arbitratus est fructum. Disce quo se ad martyriu offerat quisq vltro· uel quomodo iuxta sententiam dei cingatur ab alte/ ro. et quo no vult ipse ducat· nisi q et pter glo/ riam futuram de certamine iustus gaudet. et pt passionis violentia refugit subire qd dolet. Ac/ cipe exemplu adeundi sub trepidatione martyrij· de vsu bellandi in q exercitat9 quisq in prelio et p audacia certame aggredit. et p timore cuctatione mouetur. Item accipe exemplu martyrij de repa/ ratione humani corporis ad salute· dum quisq et de spe reparationis gaudet. et de incisionibus seu amarissimis poculis meret.

De sanctorum miraculis Cap. XXVII.

E T si apostolis virtus data est signorum propter fidem gentiu nutriendam· eccle/ sie tame data est virtus operu pter ean/ dem fidem ornanda. Et tame in ipsis apostolis plus erat mirabilis virtus ope(r)u q virtus signo/ rum. Ita et nunc in ecclesia plus est bene viuere q signa facere. Qr nunc ecclesia non ea miracula faciat que sub apostolis faciebat· ea causa e· quia tuc oportebat mundu miraculis credere· nuc ho iam credentem oportet bonis operibus corusca/ re. Nam ideo tunc signa fiebant exterius· ut in/ terius fides roboraret. Iam i fide miracula qui/ cunq requirit· vanam gloriam ut laudetur querit Scriptu est eni: Lingue in signu sunt non fide/ libus sed infidelibus. Ecce signum non est fide/ libus necessarium qui iam crediderunt· sed infi/ delibus ut conuertantur. Nam paulus pro non credentiu infidelitate patrem publij de infirmi/ tate febrium virtutibus curat. Infirmantem ho timotheum fidelem· non oratione· sed medicina/ liter temperat· ut noueris miracula pro incredu/ lis non pro fidelibus fieri. Anteq antixpus ap/ pareat· virtutes ab ecclesia et signa cessabut· qua/ tenus ea quasi abiectiorem persequat audacius. Ob hanc vtilitate cessabut sub antixpo ab eccle/ sia miracula et vtutes· ut p h sco(r)u clareat patien/ tia. et repro(b)o(r)u q scandalizabut leuitas ostedat

⁊ ꝑsequentiū audacia fortior efficiatur.

De antixpo ⁊ eius signis Cap. XXVIII.

cibo℞ ꝗ eorum cupiditatē cauendā. Nā sepe ac/curatius preparata sine gulę concupiscentia de/gustantur. ⁊ sepe abiecta ⁊ vilia edendi cupidita/te sumuntur. Sicq; fit ut non sit in culpa ciboꝝ qualitas. sed illud reputetur in vitiū ꝙ cū deside/rio degustatur. Quattuor sūt genera distinctio/nū in gulę appetitu. id ē qd. quādo. quātū. ⁊ quō appetatur. Quid ad rem ipsam ptinet quę appeti/tur. Quādo. si ante legitimū temp⁹ qd appetatur. Quātū ꝟo ad imoderationem refertur. Quō ad impatiētiā festinatiōis ascribit. Nullus homini tam importun⁹ exactor ē ꝙ venter: q̄ quotidianā refectionē quotidiana famis exactiōe adimplet. Cū ceteris eni vitijs. ⁊ si interdū nascimur. inter/dum tamē cū eis nō morimur. Cū isto aūt ⁊ nas/scimur. cū isto ⁊ morimur. Plerūq; voluptas ve/scendi ita sub obtentu necessitatis subrepit. ut dū putat̄ seruire necessitati. voluptatis desiderio ser/uiatur. nec facile discernit̄ vtrum qd accipiatur gulę an indigentię deputetur.

De ebrietate Cap. xliii.

Seca crapulā. potus ebrietatem generat. Ebrietas aūt pturbationē gignit mētis furorē cordis. flāmā libidinis. Ebrietas ita mentē alienat. ut vbi sit nesciat. Unde etiā ⁊ malum non sentitur qd p ebrietatem cōmittitur. Uerum est ꝙ iuxta ꝓphetā fornicatio ⁊ ebrietas aufert cor. Fornicatio enim sicut ait salomon in/fatuat sapientem. Ebrietas sicut in loth sensus ⁊ rationē captiuat. Unde ⁊ in prouerbijs: Poten/tes inquit qui iracundi sunt vinū non bibant. ne cū biberint obliuiscantur sapientiā. Plerisq; laus est multum bibere ⁊ nō inebriari. Audiāt hi ad/uersum se dicentē ꝓphetam: Ue qui potētes estis ad bibendū vinū. ⁊ viri fortes ad miscendā ebrie/tatem. Uino multo deditos ⁊ luxuriose viuentes esaias sic arguit dicens: Ue qui consurgitis ma/ne ad ebrietatē sectandā ⁊ potādū vsq; ad vespe/rū ut vino ęstuetis. De talibus ⁊ alio loco dicit̄: Ue tibi ciuitas cuius rex iuuenis est. ⁊ cuius ꝓn/cipes mane comedūt. Multi eni a mane vsq; ad solis occubitū ebrietati ⁊ gulę voluptatib⁹ deser/uiunt nec intelligūt cur nati sūt. sed consuetudine beluina detenti luxurię tm̄ tota die epulisq; inser/uiūt. Clamat iohel ꝓpheta his qui ebrietati de/seruiūt dicēs: Expergiscimini ebrij ⁊ flete. ⁊ vlu/late omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio nō ait tm̄: flete omnes qui bibitis vi/num. ut bibere oīo non liceat. sed adiecit in dul/cedine. qd ad voluptuosam pertinet ⁊ prodigam effusionē. Nam quantū satis ē necessitati edocet timotheum bibere apostolus dicens: Uino mo/dico vtere. Non solū ex vino inebriantur homi/nes. sed etiam ex ceteris potandi generib⁹ quę va/rio modo cōficiunt̄. Unde ⁊ nazareis qui se san/ctificabant domino. preceptū est vinum ⁊ siceram non bibere. Utraq; enim statum mentis euertūt ⁊ ebrios faciūt. luxuriā q̄q; carnis vtraq; equa/liter gignunt. Quidam continētes sicut panē cū pondere edunt. ita ⁊ aquam cum mēsura sumunt asserētes ad castimoniam carnis etiam aquę ab/stinentiam conuenire.

De abstinentia Cap. xliiii.

Hec est pfectum ⁊ rationabile ieiuniū. qn̄ noster homo exterior ieiunat ⁊ interior orat. Facilius p ieiuniū oratio penetrat celum. Tunc eni homo spiritalis effectus ange/lis cōiungitur. deoq; liberius copulatur. Per ie/iuniū etiam occulta mysterioꝝ celestiū reuelant̄. diuiniq; sacramenti archana pandunt̄. Sic nāq; daniel angelo reuelante mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Hęc eni virtus ⁊ angelorum manifestatiōes ⁊ coꝝ annūciationes ostēdit. Ie/iunia fortia tela sunt aduersus temptamēta demo/nioꝝ. Cito eni p abstinētiā deuincuntur. Unde etiā domin⁹ ⁊ saluator noster coꝝ incursus ieiu/nijs ⁊ orationibus premonet superare dicēs: Hoc gen⁹ nō eijcitur nisi per orationē ⁊ ieiuniū. Im/mundi eni spūs ibi sese magis inijciunt vbi plus viderint escam ⁊ potū. Sancti ꝙdiu in huius se/culi vita habitant. desiderio superni rorīs corpus suū aridū portant. Unde ⁊ psalmus: Sitiuit in/quit in te anima mea ꝙ multipliciter ⁊ caro mea. Caro enim tunc deum sitit. qn̄ per ieiunium ab/stinet ⁊ arescit. Abstinentia ⁊ viuificat ⁊ occi/dit. viuificat animam. corpus necat. Sepe absti/nentia simulate agitur: ieiuniaq; per hypocri/sim exercentur. Quidam eni mira inedia corpus suum laniant exterminantes. sicut ait euangeliū facies suas. ut appareāt hominibus ieiunantes. Ore nāq; pallescūt. corpore atterunt̄. cordis alta suspiria ducūt. Ante mortem quoq; mortiferis se supplicijs tradunt. tantūq; miseri laboris exerci/tiū non pro dei amore. sed p sola humanę laudis ammiratiōe sectant̄. Quidā incredibilit̄ absti/nēt ut hoīb⁹ curiosis sancti appareāt. sed hoc bo/nū abstinētię talibus non ē virtus reputanda ꝗ vitiū. q: bono male vtūt̄. Ieiuniū ⁊ elemosyna i abscondito esse amant. ut solus deus qui inspicit omnia. meritū operū bonoꝝ repēdat. Nam qui ea sub populari manifestatione faciunt. nequaꝗ a deo iustificantur. quia iuxta sermonē euangeli/cum. mercedem suam ab hominibus recipiunt. Ieiunia cū bonis operibus deo acceptabilia sūt. Qui aūt a cibis abstinent ⁊ praue agunt. demo/nes imitant̄: quib⁹ esca nō ē. ⁊ nequitia semp est. Ille eni bene abstinet a cibis qui ⁊ a malitię acti/bus ⁊ a mundi ieiunat ambitionibus. Qui exe/crationis studio nō abstinētię voto ab escis car/nium se suspendunt. hi potius execrandi sunt. q: dei creaturam vsibus humanis concessam reiici/unt. Nihil enim fidelibus inquinatum. nihilq; esse iudicat̄ immundū. paulo attestante apostolo: Oīa mūda mūdis. coinquinatis aūt ⁊ infidelib⁹ nihil ē mundū. sed polluta sunt eorum ⁊ mens ⁊

conscientia. Spernitur ieiuniũ qđ in vesperũ delitiosa repletione ciboꝝ reficit. Neqꝫ enim reputanda est abstinẽtia· vbi fuerit ventris saturitas subsecuta. Spernitur ieiuniũ qđ in vesperũ delicijs compensat· dicente esaia ꝓpheta: Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluptas vestra. Uoluptas enĩ delitię intelligũt. Sicut enĩ repetitio debiti ꝛ lites ꝛ cõtẽtio. ꝛ ꝑcussio· ita ꝛ delitię improbant a ꝓpheta in ieiunio. Tota enĩ die epulas in cogitatiõe ruminat· qui ad explendã gulã vespere sibi delicias pręparat. Non ẽ corpori adhibẽda imoderata abstinẽtia· ne dũ ampli⁹ grauat caro pondere inedię· malũ agat postea· nec bene facere incipiat. ꝛ quę addicit· ut vsu mali careat· simul ꝛ boni officiũ· dum plus premit perdat. Sollicita igitur discretiõe carnis ẽ moderanda materies· scilicꝫ ne aut integre extinguat· aut imoderate laxetur. Infirmitate carnis nimia pręualẽte ad ꝑfectionẽ ꝑtingere nemo potest. Nam q̃uis sanctitatis amorem quisqꝫ habeat· exequi tamen nõ valet operis meritũ cui intentione cordis deseruire conat. Corporis debilitas nimia etiã vires animę frangit· mentis quoqꝫ ingeniũ facit marcescere· nec valet quicq̃ boni per imbecillitatẽ ꝑficere ne dum quid nimis. Nam quicquid cũ modo ꝛ temperamento fit· salutare ẽ· quicquid aũt nimis ꝛ vltra modum est· ꝑnitiosum fit· studiũqꝫ suũ in contrariũ vertit. In omni ergo ope modũ ꝛ temperamentũ oportet habere. Nam omne qđ excedit periculosũ est. Sicut aqua quę si nimios imbres prębeat· non solum nullũ vsum adhibet· sed etiam periculum exhibet.

Finit liber secundus de sũmo bono sancti Isidori hispalensis episcopi.
Incipit liber eiusdem tertius
De flagellis dei Cap. I.

Diuine sapientie subtilitas sicut interi⁹ ut testis scrutatur cõscientias· ita exterius ut iudex irrogat penas: ut verum sit testimoniũ ꝓphetę: quia ipse ẽ testis ꝛ iudex. Miserere dñe misero Isidoro indigna agenti ꝛ digna patienti· assidue peccanti ꝛ tua flagella quotidie sustinenti. Ordinata est miseratio dei quę prius hic hoĩem ꝑ flagella a pctis emendat. ꝛ postea ab ęterno supplicio liberat. Elect⁹ enĩ dei doloribus vitę hui⁹ atterit ut ꝑfectior vitę futurę lucretur. Nequaq̃ deus delinquenti parcit· qm̃ pctõrẽ aut flagello tẽporali ad purgationẽ ferit· aut iudicio ęterno puniendũ relinq̃t. aut ipse i se homo pęnitendo punit qđ male admisit. Ac proinde ẽ q̃ de⁹ delinquẽti nõ parcit. Iuste tpalia flagella ad ęterna ꝑficiũt gaudia· ideoqꝫ ꝛ iust⁹ ĩ penis gaudere debet. ꝛ impius in ꝓsperitatibus timere. Neqꝫ iusto neqꝫ reprobo de⁹ misericordiã ꝛ iusticiã subtrahit. Nã ꝛ bonos hic ꝑ afflictionem iudicat. ꝛ illic remunerat ꝑ miserationem. ꝛ malos hic remunerat ꝑ temporalem clementiam· ꝛ illic punit ꝑ ęternã iusticiã. In hac enĩ vita de⁹ parcit impijs. ꝛ tamen non parcit electis. in illa vita parcit electis· nõ tamẽ parcit impijs. Periculosa est securitas ĩ hac vita maloꝝ. ꝛ bonorum dolor tranquillus. Nam iniquus post mortẽ ducitur cruciandus. iustus ṽo dormit post laborem securus. Non tm̃ de corporalibus passionibus· sed etiã de spiritalib⁹ oportet intelligi· ut quanto quisqꝫ aut in corpore aut in mente flagella sustinet· tãto se ĩ fine remunerari speret. Sępe occulto dei iudicio extra flagelli correptionem sũt reprobi in hoc mũdo· dũqꝫ multa dãnabilia cõmisisse videant. despecti tamẽ a deo nullo emendationis verbere feriũtur. Plus corripitur flagello q̃ a deo diligit si peccauerit· dicẽte ꝓpheta: Tantũmodo vos cognoui ex omnib⁹ nationib⁹ terrę. idcirco visitabo sup vos oẽs iniquitates vestras. Quẽ enĩ diligit dñs corripit· flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit. Ualde necessariũ est iustũ in hac vita ꝛ vitijs tentari ꝛ verberari flagello· ut dum vitijs pulsat· de virtutib⁹ non supbiat. Dũ ṽo aut animi aut carnis dolore atterit· a mũdi amore retrahat. Tentari aũt oportet iustũ· sed tentatione plagę· non tentatione luxurię. Durius circa suos electos in hac vita deus agit· ut dum fortioribus flagelli stimulis feriũtur· nulla oblectamẽta presentis vitę delectẽt· sed cęlestẽ patriã vbi certa requies expectat indesinẽter desiderẽt. Electos vitę vltius aduersitate ꝓbari· ut ẽm petrũ iudicium a domo dei incipiat· dum in hac vita electos suos deus iudicij flagello castigat.

De gemina percussione dei Cap. II.

Gemina ꝑcussio est diuina. Una in bonã partẽ qua ꝑcutimur in carne ut emendemur. Altera qua vulneramur in cõscientia ex charitate ut deũ ardentius diligamus. Gemino more deus respicit uel ad veniã· uel ad vindictam. Ad veniã sicut petrũ. ad vindictam sicut dũ facta sodomorũ se descensurũ ꝛ visurũ testat. Trimoda ratiõe deus quos voluerit percutit. id est ad dãnationẽ reprobos· ad purgationẽ quos errare videt electos· ad ꝓpagandam meritoꝝ gloriam iustos. Primo nãqꝫ modo ęgyptus cęsa est ad damnationẽ. Secũdo modo pauper laçar⁹ ad purgationẽ. Tertio modo ꝑcussus est Iob ad ꝓbationẽ. Flagellat homo plerũqꝫ a deo ante peccatũ ne malus sit· ut paulus q̃ sathanę angelo instigãte carnis tolerabat stimulos. Flagellat etiã ꝛ post pctm̃ ut corrigat. sicut ille ĩ aplo q̃ tradit⁹ ẽ sathanę ĩ interitũ carnis ut spũs salu⁹ esset. Non tñ iuste murmurat etiam qui nescit cur vapulat· Nam de⁹ ideo plerũqꝫ iustũ flagellat· ne de iusticia supbiẽs cadat. In hac vita deus tãto magis

studet ut parcat· quāto magis expectādo flagellat Sed alios feriendo corrigit· alios vō feriendo interficit. Feriendo nāq; corrigit de quib⁹ dicit: Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Alios feriendo perimit· quos incorrigibiliter delinquētes aspicit quosq; non iam sub disciplina ut filios pater· sed districta damnatiōe ut hostes ⁊ aduersarios pcu-tit. De quibus dicit: Flagello inimici pcussi te· castigatione crudeli. Et iterū: Quid clamas ad me sup contritione tua· insanabilis ē dolor tuus. Vñ vnusquisq; festinet ⁊ timeat ne simul feriat̄ vita eius cū culpa. Flagellum nāq; tunc delet culpam cum mutauerit vitā. Nam cuius mores nō mutat· actiones non expiat. Omnis diuina pcussio aut purgatio vitę pręsentis ē· aut initiū pęnę sequentis. Nam quibusdā flagella ab hac vita inchoant ⁊ in ęterna pcussione pdurant. Unde per moysen dñs dicit: Ignis exarsit in ira mea ⁊ ardebit vsq; ad inferos deorsū. A quibusdā dici solet: Non iudicat deus bis in idipsū. qui tñ non attendūt illud qd̄ alias scriptū est: Jesus populū de terra ęgypti liberans. secundo eos qui nō crediderūt pdidit. Quis enim si vna culpa bis non pcutitur. vna tamen pcussio intelligit̄· quę hic cępta illic pficitur· ut in his qui oīo nō corrigunt̄· pręcedentiū pcussio flagellorū· sequentiū sit initiū tormentorū. Hinc est qd̄ i psalmo scribit̄: Operiantur sicut diploide confusione sua. Diplois enī duplex vestimentum est· quo figuraliter induunt̄ qui ⁊ tpali pęna ⁊ ęterna damnāt̄. Unde ⁊ Hieremias ait: Contritio sup cōtritionē· id ē gemina damnatio. ⁊ hic ⁊ in futuro sęculo. Et idē alibi: Duplici cōtritione contere eos. id est gemina pęna· pręsenti scilicȝ ⁊ futura. Quibusdā secreto dei iudicio hic male est· illic bene· scilicȝ ut dū hic castigati corrigūtur· ab ęterna dānatiōe liberentur. Quibusdam vō hic bene est· illic male· sicut diuiti illi accidit· qui hic potētię claritate conspicuus· post mortē gehennę incendijs traditur cruciandus. Porro quibusdam ⁊ hic male ⁊ illic male ē· q: corrigi nolentes. ⁊ flagellari in hac vita incipiunt. ⁊ i ęterna pcussione damnant̄. In tanto quosdā imergi desperatiōis profūdo· ut nec p flagella valeāt emēdari. De quibus recte p prophetā dñs dicit: Frustra percussi filios vestros· disciplinam nō receperūt. Plerūq; iustus plangit q: nescit utrū p oīb⁹ suis pctis pręsentia patiat̄ flagella· an pro vno tm̄. ⁊ nescit quę sit culpa illa p qua meruit eiusmodi pati supplicia. ⁊ pro ipso ambiguo maxime in merore versat̄. Quis flagella pręsentia iustum a pctis absoluūt· adhuc tñ sub metu vindictę turbatur· ne instantes ei plagę nō sufficiant ad purganda delicta. Proinde ḡ dū pręsentia patitur ⁊ futura pertimescit· quodāmodo sicut ait pheta· pro suis peccatis duplicia recipit.

De infirmitate carnis Cap. III.

Esse nōnullos eiusdē qualitatis hoīes q̄ nesciant corrigi nisi alios viderint flagellari. sicq; proficiunt comparatione malorū. dum sibi id accidere timent in quo deperire alios vident. Quosdā deus vidēs nolle pprio voto corrigi· aduersitatū tangit stimulis. quosdā etiā pręsciēs multū peccare posse· in salutem flagellat eos corporis infirmitate ne peccent· ut eis vtilius sit frangi languorib⁹ ad salutē animę q̄ manere incolumes ad damnationē. Uisitatio dei nec semp in bonū accipitur· nec semp in malū. In bonū enī accipitur· sicut ē illud: Uisita nos in salutari tuo In malū vō· iuxta illud: In tempore visitatiōis suę peribunt. Tribus ex causis infirmitates accidunt corpori· id est ex peccato· ex tentatione. ⁊ ex intemperātię passiōe. Ȝ huic tm̄ nouissimę humana potest medicina succurrere. illis vō sola pietas diuinę misericordię. Qui valentiores sunt ⁊ sani· vtile ē illis infirmari ⁊ non peccare· ne p vigorem sanitatis illicitis sordidentur cupiditatū ⁊ luxurię desiderijs. Duritia quę mentē premit nec sentitur· vtiliter mutatur in carne ut sentiat̄ atq; intellecta emēdetur. Nam citius vulnera carnis sentiunt̄ q̄ aię. ideoq; per carnis flagella errantes citius corrigunt̄. Hoc qppe indicāt i pauli oculis squamę infidelitatis· quę dū mutatę sūt p increpatione in oculis carnis· confestim resoluta ē duritia mentis. Est pniciosa sanitas quę ad inobedientiam hominē pducit. Est ⁊ salubris infirmitas quę p diuinam correptionē mentem a duritia frangit. Languor animę id est pctōꝝ infirmitas pniciosa ē· de qua etiā aplus ait: Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor: Quis scandalizat̄ ⁊ ego non vror: Nam infirmitatem carnis vtilem esse idem aplus approbat dicens: Quando infirmor tunc fortior sum.

De tolerantia diuinę correptiōis Cap. IIII.

Murmurare in flagellis dei peccator homo nō debet· quia maxime p hoc q̄ corripitur emendatur. Unusquisq; autē tūc leuius portat quod patitur· si sua discusserit mala pro quibus illi infertur retributio iusta. Discat nō murmurare qui mala patitur· etiā si ignorat cur mala patiat̄· ⁊ per hoc iuste se pati arbitret̄ p qd̄ ab illo iudicatur: cuius nunq̄ iniusta iudicia sūt. Qui flagella sustinet ⁊ cōtra deū murmurat· iusticiam iudicantis accusat. Qui vō se cognoscit a iusto iudice pati qd̄ sustinet· etiam si p quo patitur ignoret· per hoc iam iustificatur· per qd̄ ⁊ seipsū accusat ⁊ dei iusticiā laudat. Dum ex rebus psperis vtilia iustus exempla pręstat hominib⁹· necesse ē cum iterū ⁊ aduersitatib⁹ tangi· quaten⁹ eius patientia comprobet̄· ut denuo fortitudinis documenta ex eo sumant hi qui psperitatis eius tēperantiā agnouerūt. Qui passiōib⁹ animę insidiāte aduersario cruciat̄· nō idcirco se credat alienari a xpo· q: talia patit̄· Ȝ magis p h̄ deo cōmendabilē se eē existimet si dū hęc patitur laudet deū potius nō accuset. Ad magnā vtilitatem diuino

iudicio mens iusti diuersis passionũ tentationibꝰ agitatur: pro quibus si deo gratias egerit: sueq culpe q talia dignus sit deputauerit: hoc qd ex passione tolerat: ei pro virtutibus reputabitur: quia ⁊ diuinã agnoscit iusticiã. ⁊ suã culpã intelligit.

De tentationibus diaboli Cap. v.

Multis calamitatũ tentationibꝰ mens iusti in hac vita pulsatur. Unde ⁊ optat ab hoc seculo funditus euelli quo ⁊ erũnis careat. ⁊ fixã illic securitatem inueniat. Inter eas penas quas iustꝰ i corpe patitur: atq eas quas mente p fraudem diaboli tolerat: multũ interest. Nã grauius fert quas interius luget: q eas quas exteriꝰ sustinet. Has enim ⁊ loco euitat ⁊ tpe. illas vero nec loco nec tpe põt euitare. Nã ampliꝰ tentat electos diabolꝰ q dei voluntas pmittit. Tentando autem sanctorũ pfectibus seruit. ⁊ si nolens: vtilitati tamẽ sanctorũ seruit diabolus: qñ eos tentationibus suis non decipit: sed potiꝰ erudit. Nam tentatiões quas ille ad humanũ interitum monet: interdum xps ad exercitiũ virtutũ salubri vtilitate conuertit. Insidie diaboli atq astutie quis huc atq illuc querentes quẽ deuorẽt diffundantur: a potestate tñ diuina nõ egrediũtur: ne tantũ noceant quantũ maliciose contendunt. Nam quomodo sanctorũ virtus tanta tolerare potuisset: si superna dispensatio pio moderamine nequitiã demonũ nõ refrenaret? Et licz diabolꝰ tentationẽ iustis semp inferre cupiat: tamen si a deo potestatẽ nõ accepit: nullatenus adipisci põt quod appetit. Unde ⁊ oĩs voluntas diaboli iniusta ẽ. ⁊ tamẽ pmittẽte deo omnis potestas iusta. Et se enĩ tentare quoslibet iniuste appetit: sed eos q tentandi sũt. ⁊ prout tentandi sũt: non nisi tentari deus iuste pmittit. Unde etiam in libris regũ de diabolo scriptũ ẽ: quia spũs dñi malus irruebat i saul. vbi iuste queritur. si dñi: cur malus: si malꝰ cur dñi dicatur? Sed duobꝰ verbis cõphensa ẽ ⁊ dei potestas iusta. ⁊ diaboli voluntas iniusta. Nam spũs malus p nequissimã voluntatẽ. ⁊ idẽ spũs dñi p acceptam iustissimã potestatẽ. Diabolus nõ ẽ imissor: sed incentor potius vitiorum. Neq enim alibi concupiscentie fomẽta succendit: nisi vbi priꝰ praue cogitatiõis delectatiões aspexerit: qui si a nobis spernitur: sine dubio ille confusus abscedit: statimq frangũtur iacula cõcupiscentie eius: cõtẽpteq iacent. ⁊ sine luce faces illiꝰ. Sollicite hostis insidias intelligere pariter ⁊ cauere dei seruũ oportet: sicq innocẽtia vite existere simplicẽ: ut tñ oporteat cum simplicitate ẽẽ prudentem. Qui prudentiã simplicitati non miscet: iuxta pphetam colũba est seducta non habens cor. Sed ideo colũba: quia simplex: ideo aũt cor nõ habens: quia ignara prudẽtie ẽ. Sepe fraus sathane sanctorum cordibus aperitur: quãdo p speciem boni angelũ se simulans lucis: dum nititur electos decipere detegitur atq contẽnitur. Sic ⁊ verba fallacis doctrine deus sanctos suos facit intelligere: quatenus diabolicũ errorem interiꝰ cognoscant ac sollicite caueant. Discretio sanctorũ tãta esse debet ut inter bonũ ⁊ malũ prediti ratiõe diiudicẽt: ne eos diabolus p speciẽ boni fallat. Hec est enim pcunctatio iosue dicentis: Noster es an aduersariorum? Propter hoc ⁊ hieremie dicitur: Si separaueris preciosum a vili: quasi os meũ eris. Tunc enĩ bene de se iudicant sancti quãdo ab eis deus fallacia demonũ tentamenta facit intelligi. Multi decipiũtur a diabolo. ⁊ ignorãt se ẽẽ deceptos: Quod pphete testimonio declarãte: Comederũt inquit alieni robur eiꝰ ⁊ ipse ignorauit. Alieni nãq maligni spũs significantur qui virtutes mentis comedũt: sed hoc corda negligentium non intelligũt. Tanq inermis diabolus vincitur: quãdo de aperta iniquitate hominem deprauare conatur. Armatꝰ vero tũc incedit: dũ p speciẽ sanctitatis ⁊ virtutis ea que sancta sunt destruit: qñ ⁊ qui decipitur sua detrimenta non sentit: sed tãq sint virtutes que sunt vitia sectatur ⁊ diligit. In oculis carnaliũ diabolus terribilis est: in electorum oculis terror eius vilis est. Ab incredulis ut leo timetur: a fortibus in fide ut vermis contẽnitur: atq ad momentũ ostensus repellitur. Qui suggestiones diaboli nõ recipit: in eius insidias minime transit. Nam facile in consequẽti opere repellitur: si prima oblectamẽta illius respuantur. Diabolus enim serpens est lubricus: cuius si capiti: id est prime suggestioni non resistitur: totus in interna cordis dum non sentitur illabitur. Tentationũ diabolicarũ initia fragilia sunt: que si non caueantur: sed p vsũ in consuetudinẽ transeãt: in nouissimis fortiter conualescũt: ita ut aut nunq aut cũ difficultate vincantur. Cũ i tota vita diabolus hoĩem preuaricari cupiat: ampliꝰ tamẽ in fine molitur decipere. Hinc ẽ qd i principio contra protoplastũ serpenti est dictũ. Et tu insidiaberis calcaneo eiꝰ: quia nimirũ hominẽ quẽ diabolus in cursu preterite vite nõ decepit: in nouissimis supplantare disponit. Proinde quis quisq sit iustus: nunq necesse est ut sit in hac vita securꝰ sed semp humilis caueat: semperq ne in fine corruat sollicitus ptimescat. Diabolus suis fautoribus blanditur: dei vero seruis molitur tentamẽta cõtraria: exemplo dñi: qui se post baptismũ passus ẽ a diabolo tentari. Diabolus sanctos oẽs nõ tenendo possidet: sed tentando psequitur. Nam quia nõ i eis intrinsecus regnat: contra eos extrinsecꝰ pugnat. Et qui intrinsecꝰ amisit dominiũ: exterius cõmouet bellũ. Tunc contra eum quẽ possidet diabolus acrius seuit: quãdo se virtute diuina ab eo expellendũ cognoscit. Unde immũdus spũs tũc decerpsit grauius puerum in quo habitabat: quando ad xpi imperiũ exire ab eo coactꝰ est. Quod factum ⁊ ad iob verba respicit: vbi i nouissimis vehemoth caudã suã qsi cedrus astringit. Plus contra eos diabolus diuersis tentationibus insistit qui possunt ⁊ aliis sua vtilitate

prodesse·ut dum illi impediuntur·nō proficiant
qui docendi sunt. Malignus spūs hoc qd intra
nos mundare cupimus·sine intermissione tentat
iterū sordidare. Sci aūt eorū insidias presago spū
precognoscūt. et qcqd i semetipsis terrenū sentiūt
indesinenter operib' sanctis exhauriūt·ut de in-
timis puri inueniant. Eodē blandimento deci-
piunt·nūc p diabolū hoies·quo protoplasti in pa-
radiso sūt decepti. Multis eni vitiorū prestigiis
mentes reproborū tentando deludit. Nunc enim
promissis decipit·nunc rebus transitoriis quasi
necessariis illicit·nūc etiā ipsa inferni supplicia qsi
leuia et transitoria suggerit·quaten' miserorū cor-
da i cupiditatē lasciuiāqz dissoluat·secūqz ad tar-
tara ducat. Argumēta machinationū malarūqz
cogitationū semina que in cordib' hoiuz diabol'
fundit·ita sepe vndiqz captā implicāt mentē·ut ex
q parte euadere qsqz tentauerit·sine periculo exire
nō possit·veluti si iures hoc facere·quod si feceris
pecces·si nō feceris reus piurii sis. In tanto ergo
mali discrimine ut euadēdi aditus pateat·mino-
ra potius eligenda sūt·ut maiora vitent. Diabo-
lus quādo decipe quēqz querit·pri' naturā vniuſ-
cuiusqz intendit et inde se applicat·vnde aptū ho-
minē ad peccandū inspexerit. Ex ea parte hoies
diabolus tentat qua eos pro excrescente humore fa-
cile inclinari ad vitia cōspicit·ut sm humoris cō-
spersionē adhibeat et tentationē. Lege balaam q
in figura diaboli contra populum dei ex ea parte
precepit pniciosos pretendere laqueos·ex q sensit
eos facilius esse lapsuros. Nam et qui aquā alicu-
bi deducit·non eam p aliā partem mittit nisi vbi
impetū eius intenderit. Nullus culpā existimet
quā ex conspersione ppria sustinet·sz quantū valet
contra id qd tolerat pugnet. Nam si compassiōi
ceditur·tentatiōi uel vitio nequaqz resistit. Ideo
diabolus in sacris eloquiis vehemoth id est ani-
mal dicitur·qz de celis lapsus ad terras cecidit·
iuxta psalmistā iumentis insipiētib' comparatus
Ideo leuiathan id ē serpens de aquis dicit·quia
i huius seculi mari volubili versat astutia. Auis
vo ppterea nominat·qz p supbiā ad alta sustollit.
Et recte his trib' vocabulis appellatur·qz pro suo
merito aerē qsi auis pro carcere meruit·vehemoth
terrā·qz ut animal brutū in imis delectat· serpēs
eo qz i huius seculi mari insana iactet fluctuatiōe
Ex inde eni qz p membra sua diabolus opat·sor-
titur vocabula·ita ut qd singuli agūt incitāte illo
ipse nominet ex eo. Quē eni nō decipit diabolus
vnde animal ē·hoc ē·p carnis luxuriā·tentat vn-
de serpens ē·hoc ē·cupiditatis ac nocēdi malicia
Quē autē nec sic decipit·insidiatur ei vnde auis
est·hoc ē·supbie ruina. Undiqz eni dolos prepa-
rat quousqz inueniat viam p quā incautū decipi-
at. Aliud est intrare mentē cuiusqz diabolum·
aliud vo inhabitare. nam et in cordib' sanctorum
diabolus ingredit·dum malam suggestionē insi-
nuat·sed non habitat in eis qz in suo corpore nō
eos transducit. Qui vo in corpore eius sūt·ipsos
inhabitat·quia ipsi sunt templū eius. Et si sub-
ripiat mentibus electorū diabolus·nō autem in
eis requiescit sicut in cordibus reproborū. nā ca-
lore fidei mox excitatur ut exeat ab electis. Non-
nulli quos iam auido ore diabolus deuorauerat·
rursus diuini iudicii occulta miseratiōe ab ei' ore
eripiuntur et saluti restituuntur. Nam sepe mul-
tos quos antiquus hostis luxurie voragine imer-
sos tenuit·potētia diuina p penitentiā ab ei' fau-
cibus traxit. Quomodo bonorū interitū pphēta
electam dicit esse diaboli escam·dum alibi scriptū
sit de illo: fenū sicut bos comedet·nisi qz in ocu-
lis dei fenū sūt qui electus cibus sm homines ee
videntur. Ac p hoc qui de bonorū numero pere-
unt·apud hoies electi·apud deum fenū existunt.
Eum diabolus iam deglutisse dicitur·quem iam
pfecto scelere deuorare videtur. Eum vo quē nō
deglutiuit operis perfectione·sed tentationū il-
lecebris mordet ut deuoret·adhuc quasi i maxilla
mandit. Unde et paulus habet stimulos carnis
quibus humilietur·non habet peccandi pfectio-
nem qua deglutiatur. Os diaboli verba ei' sunt.
Uerba vo eius inspirationes occulte sūt·quibus
corda hominū alloquens occultis vrit cupidita-
tib'. Quidam ob incorrigibilē iniquitatē·quia
sponte non corriguntur·imundis spiritibus ve-
xandi tradunt·ut arripiēdi eos demones corpo-
raliter habeant potestatē·terroribusqz eorū affli-
cti humilient·peniteāt et saluent. Sic et apostol'
corinthiis scribens dicit: Tradere huiusmodi
hominē sathane in interitū carnis ut spūs salu'
sit i die dñi. Utile ē eni quosdā peccātes ut in aīa
saluentur·sathane corporalit deputari·quatenus
ex presenti correptione futurū iudiciū timeant. et
de cetero delinquere caueant. Quidam aūt pote-
stati demonū ad emendationē deputant. quidam
vo despecti ad solā pditionē tradūt. Nūqz vacat
diabol' aduersus hoiem iustū. Aut eni tribula-
tiones cordis illi exaggerat·aut dolores corpis
suscitat. Hinc est quod aplus ait: Datus est mihi
stimulus carnis mee angel' sathane qui me col-
laphizet. Sepe mentē iusti variis vexationū do-
loribus vis demonū cruciat. vnde et interdū vsqz
ad desperationis angustiam coartatur. Perma-
nenti autē in dei amore anime et ipsa talis angu-
stia ad meritū proficit. Nam siue in animo siue i
corpore p instinctum imundorū spirituū quelibet
aduersa iustus patiat·ex dei vtiqz permissu id pa-
titur. Et si hoc ipsū ad dei gloriam humilis refe-
rat. et dicat qd pro corpis passiōe iob dixit: Si bo-
na suscepimus de manu domini·mala quare non
sustineamus? iste qui sic loquitur non separatur
a deo·sed coniungitur·qualibet atroci angustia
torqueat. Multa iust' aduersa i aīa patit instiga
tiōe demonū·sz talib' tēamētis perire a vita etna
nō pōt·qz pi' dñs ad dānatiouē culpe nō reputat
qd de sue maiestatis pmissu·nolēs q patit portat.

Nam ibi peccamus vbi cupiditate uel voluntate deflectimur. Ubi v̄o violenter addicimur ⁊ si facin⁹ aut flagitiū non ē, miseria tamē ⁊ ꝓ flagitio ⁊ facinore ē. Sed qui deū ꝓ irrogata laudat miseria cōmisso ꝓcul dubio caret facinore.

De tentamētis somnioꝝ Cap. VI.

PLerūq; demones i noctibus occurrētes humanos sensus ꝑ visiones conturbāt ut formidolosos ⁊ timidos faciāt. Aliquotiens etiā ex desperatione peccōꝝ mentē conuersi ꝑ sopore conturbant horridaq; gehēne supplicia imittūt. Nōnunq̄ aūt ⁊ aperta impugnatione grassantes humana corpa verberant, qđ tñ deo ꝑmittēte malis fit ad vindictā, iustis ad tolerantie gloriā. Plerūq; imūdi spūs eos quos incumbere i seculi amore conspiciūt, dormiētes q̄dā vana spei ꝓsperitate illudunt. Quosdā v̄o quos formidare aliqua aduersa presentiūt, dormientes inani terrore cōcutiūt. Sicq; miseroꝝ corda varijs illusionib⁹ tentātes modo vana ꝓsperitate demulcent, modo inani formidine terrēt. Qui āt nullis aut raris cōscij sūt delictis, aut nūq̄ aut raro terroribus fatigāt nocturnis, ꝫ pacato somno quiescētes, interdū etiā ꝑ soporē quedā archana ⁊ mystica cōtuent ac vidēt. Qui v̄o corda sua grauioribus vitijs polluerūt, cōsciētie pauore illusi species tremēdas aspiciūt. Fallax eni imago mentes miseroꝝ diuersis eludit imaginib⁹. ⁊ q̄s vigilantes in vitia traxit, dormiētes fatigat, ut nunq̄ securos requiescere sinat. Nōnunq̄ etiam electorū mentes horrendis imaginib⁹ somnioꝝ spūs imūdi terrificare conanť. ⁊ quos vigilātes vitijs tentant nec superant, acriter dormiētes impugnant. Sancti aūt ⁊ si ad momentū huiusmodi visioib⁹ cōmoueanť, mox tamē euigilantes illusionū vanitates despiciūt, intentioneq; suā protin⁹ ad deū couertūt. Diuerse qualitates sūt somnioꝝ. Quedā eni ex saturitate seu inanitione occurrūt, que etiam per experientiam nota sunt. Quedā v̄o ex ꝓpria cogitatione oriunť. Nam sepe que i die cogitamus, in noctib⁹ recognoscim⁹. Nōnulle aūt visiones spirituū imundoꝝ fiūt illusiōe, salomone probāte: Multos inquit errare fecerūt somnia ⁊ illusiones vane. Porro quedā iusto fiūt modo, id ē superne reuelatiōis mysterio, sicut legiť i lege de ioseph filio iacob q̄ ꝑ somnia fratrib⁹ preferendus predicit, uel sicut in euangelio de ioseph sponso Marie qui ut fugeret cū puero i egyptū somnio admonetur. Nōnunq̄ ⁊ ꝑmixte accidūt visiones, id est cogitatione simul ⁊ illusione, atq; item cogitatione ⁊ reuelatione: Daniele dicente: Tu inq̄t rex cogitare cepisti i stratu tuo q̄d esset futurū post hec. ⁊ q̄ reuelat mysteria ostēdit tibi que futura sūt. Et inde sepe ea in quib⁹ cogitationū nostrarū sensū porrigim⁹, quodā mētis excessu reuelanť dū requiescimus. Quis nonulla vera sint somnia, facile tñ credi eis nō op⁹ est, q2 diuersis imaginationū q̄litatib⁹ oriunť. ⁊ vnde veniant raro cōsiderať. Tam facile igiť somnijs fides habēda nō ē, ne forte sathanas i angelū lucis se trāsformās quelibet incautū fallat. ⁊ aliqua erroris fraude decipiat. Nōnunq̄ interdū demones deceptoria fraude ita quosdā curiosos obseruantesq; illudūt ut quedā somnia non aliter eueniant q̄ ostendunť. Ut eni in multis fallant, interdū ⁊ vera ꝓnunciāt. Sed q̄uis ita accidāt, cōtemnenda sūt ne forte de illusiōe ꝓcedāt, recolentes testimoniū scripture dicētis: Si dixerint vobis ⁊ ita euenerit non credatis. Somnia similia sunt augurijs. ⁊ qui ea intendūt reuera auguriari noscūtur. Non esse vera somnia que cogitans anim⁹ die noctuq; sibi imaginať. Mentes enim nostre nōnunq̄ ipsa sibi somnia fingunt. Sepe dū priora mala ꝑ tristē memoriā ad mentē reducim⁹ ꝑ hec gehenne vindictam in nobisipsis recolendo imaginamur. Huiusmodi mentis imaginatiōes que aut de preteritis admissis, aut de futuris supplicijs memoria vigilantibus fiunt. ⁊ ꝑ visiones somniaq; occurrūt. ⁊ cogitantiū mētes cōcutiūt. Nā vna vi memorie fiūt vtraq;, siue vigilantib⁹ siue dormientib⁹ nobis. Tali eni āmonitiōe horribili pauore etiā ꝑ quietē cōcutimur. ⁊ q̄ grauia sunt que cōmisimus. ⁊ q̄ dura que primescimus: mentis aspectu etiā in somnio contēplamur. Nō esse peccatū quando nolētes imaginib⁹ nocturnis illudimur, ꝫ tunc esse peccatū si anteq̄ illudamur cogitatiōis affectib⁹ preueniamur. Luxurie q̄ppe imagines quas in veritate gessimus, sepe dormientibus in animo apparent, ꝫ innoxie si nō concupiscēdo occurrāt. Qui nocturna illusione polluiť, q̄uis ⁊ si extra memoriā turpiū cogitationū sese psentiat inquinatum, tñ hoc ut tentareť culpe sue tribuat, suāq; imundiciā statim fletib⁹ tergat.

De oratione Cap. VII.

HOc est remediū ei⁹ q̄ vitioꝝ tentamentis estuat, ut quotiēs quolibet tāgiť vitio totiēs ad orationē se subdat, q2 frequēs oratio vitiorū impugnationē extinguit. Tamen ꝑseueranť intendere oportet animū nostrū orando atq; pulsando, quousq; iportunas desiderioꝝ carnaliū suggestiones que nostris obstrepūt sensib⁹ fortissima intētiōe supem⁹, ac tamdiu insistere, quousq; ꝑsistendo vincamus. Nā negligētes oratiōes, nec ab ipso hoīe impetrare valent quod volūt. Cū quisq; orat, sanctū ad se spiritū aduocat. At vbi aduenerit, confestim tentamenta demonioꝝ que se mentib⁹ humanis imergūt, presentiā eius ferre nō sustinētes effugiūt. Oratio cordis est non labioꝝ. Neq; eni verba depcātis de⁹ intendit, ꝫ orātis cor aspicit. Qđ si tacite cor oret ⁊ vox sileat, q̄uis hoīes lateat, deū latere nō pōt q̄ conscietie presens est. Meli⁹ est autē cū silentio orare corde sine sono vocis, q̄ solis verbis sine intuitu mentis. Nūq̄ est sine gemitu orandū. Nā peccatoꝝ recordatio merorem gignit. Dū eni oramus, ad memoriā culpā reducim⁹. ⁊ magis reos

tunc nos esse cognoscim⁹. Ideoq̃ cū deo assisti-
mus, gemere ⁊ flere debem⁹: reminiscētes q̄ gra-
uia sunt scelera que cōmisimus q̄q̃ dira inferni
supplicia que timem⁹. Mens qualē se in oratione
offert, talē post orationē se cōseruet. Nam nihil
ꝓficit oratio si denuo cōmittitur, vnde iam iterū
venia postulet̃. Ille eni p̄cis desideratū effectū
sine dubio pcipit, qui qđ orando ablui postulat,
delinquendo non iterat. Mens nostra celestis ē
⁊ tūc orādo deū bene cōtēplat̃, quādo nullis ter-
renis curis aut erroribus impedit̃. Apta est eni
ad bonū in sua natura, in aliena ꝟo turbat̃. Pu-
ra est oratio quā in suo tpe seculi non interueniūt
cure. longe aūt est a deo anim⁹ qui in oratione co-
gitationib⁹ seculi fuerit occupat⁹. Tūc ergo ve-
raciter oramus qñ aliunde non cogitamus. Sed
valde pauci sūt qui tales orationes habeant. Et
licꝫ i quibusdam sint, difficile tñ est ut sēp sint.
Mens que añ orōnē vacās a deo i illicit̃ cogita-
tionib⁹ occupat̃, dū i orationē venerit, confestim
illi imagines rerū quas nup cogitauit occurrūt,
aditūq̃ p̄cis obstruūt ne se mēs libera ad cele-
ste desideriū erigat. Purgandus est itaq̃ p̄imū
animus atq̃ a tēporaliū rerū cogitationibus se-
gregand⁹, ut pura acies cordis ad deū vere ⁊ sim-
pliciter dirigat̃. Nam reuera tūc impetrāda di-
uina munera credimus, qñ simplici affectu assi-
stimus cū oramus. Multis modis interrūpitur
orationis intentio, dū se p incuriā vana mūdi in-
gerūt in cuiuscūq̃ orātis animo. Tūc autē magis
diabolus cogitationes curaꝝ seculariū humanis
mentibus ingerit, quādo orantē aspexerit. Duo-
bus modis oratio īpedit̃ ne impetrare quisq̃ va-
leat postulata, hoc ē, si aut quisq̃ adhuc mala cō
mittit, aut si delinquēti sibi debita non dimittit.
Qđ geminū malū dū quisq̃ a semetipso absterse-
rit, protinus securus studio orationis incūbit. ⁊
ad ea que impetrare p̄cib⁹ cupit mentem libere
erigit. Qui lędit̃ non desistat orare ꝓ se ledentib⁹
alioquin iuxta dñi sententiā peccat qui ꝓ inimicis
non orat. Sicut nullū ꝓficit in vulnere medica-
mentū si adhuc ferrū in eo sit, ita nihil ꝓficit ora-
tio illius cuius adhuc dolor in mēte uel odiū ma-
net in pectore. Tantus debet eē orantis erga deū
affectus, ut non desperet p̄cis effectū. Inaniter
aūt oramus si spei fiduciā non habemus. Petat
ergo ut apl's ait vnusquisq̃ i fide nihil dubitās,
nam q̇ dubitat similis ē vndę maris que a vento
fertur atq̃ dispergit̃. Diffidētia nascit̃ impetran-
di orata, si se adhuc animus sentiat circa peccan-
di affectionem versari. Non enim potest habere
p̄cis certā fiduciam, qui ad huc in p̄ceptis dei
pigritat ⁊ peccandi recordatione delectat̃. Qui a
p̄ceptis dei auertitur, qđ in oratione postulat
accipere nō meretur, nec impetrat ab illo bonum
qđ poscit, cuius legi non obedit. Si eni id qđ de⁹
p̄cepit facim⁹, id qđ petim⁹ sine dubio obtine-
mus. Nam sicut scriptum est: Qui auertit aurē
suā ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit.
Multum apud deum vtraq̃ sibi necessario cō-
mendantur, ut oratione operatio, ⁊ opere fulcia-
tur oratio. Unde etiam hieremias ait: Leuem⁹
corda nostra cū manibus ad deum. Cor enim cū
manibus leuat, qui orationem cum opere suble-
uat. Nam quicunq̃ orat ⁊ non operatur, cor le-
uat ⁊ manus nō leuat. Quisq̃ ꝟo operatur ⁊ nō
orat, leuat manus ⁊ cor nō leuat. Sed quia ope-
rari necesse est ⁊ orare, bene iuxta vtrūq̃ dictum
ē: Leuem⁹ corda nostra cū manib⁹ ad dominū,
ne de negligētia mandatoꝝ corde rep̄hendamur
dū salutē nostram obtinere aut sola oratiōe aut
sola operatione contendimus. Postq̄ bonū op⁹
agimus lachrymę orationū fundant̃, ut meritū
actionis humilitas impetret p̄cis. Culpabiliter
manus ad deū expandit, qui facta sua orādo ia-
ctanter prodit, sicut phariseus in templo iactan-
ter orabat, seq̃ magis q̄ deum de operibus iustis
laudari volebat. Quorundam oratio in peccatū
conuertit̃, sicut de iuda proditore scribitur: Qui
enim iactanter orat laudem appetendo humanā
non solū eius oratio non delet peccatū, ꝫ etiā ipsa
vertitur in peccatū. Sic iudei uel heretici qui licꝫ
ieiunare ⁊ orare videantur, eoꝝ tamen oratio nō
delet peccatū, nec ad purgationis ꝓficit meritum
sed mutatur potius i peccatū. Ideo interdū ora-
tio electorū in p̄ssuris eorū differtur, ut impio-
rum peruersitas augeatur. Uerū dum iusti tem-
poraliter audiuntur, pro eorum fit salute qui eos
affligunt, ut dum illis temporali remedio subue-
nitur, prauorum oculi ad cōuersionē aperiantur.
Unde ⁊ trium pueroꝝ frigidus ignis fuit, ut na-
buchodonosor deū verū agnosceret. Sic ⁊ pro-
pheta in psalmis ait: Propt' inimicos meos eri-
pe me. Proinde tardius exaudiuntur quorūdam
orationes, ut dū differunt̃, fortius excitati maio-
rib⁹ p̄mijs cumulet̃, exēplo pruinaꝝ ⁊ rep̄ssiōe
messiū, in qb⁹ quāto tardi⁹ sata semina exeūt, tāto
ad frugē cumulati⁹ crescūt. Quotiēs orātes nō ci-
to exaudimur, nr̃a nobis facta in oculis ꝓponam⁹
ut hoc ipsū qđ differtur diuinę reputetur iusticię,
⁊ culpę nostre. Interdum q̄ pseueranter orantes
non cito exaudimur, vtilitatis nostre est non ad-
uersitatis. Sepe eni multos deus non exaudit ad
voluntatē, ut exaudiat ad salutem. Multi oran-
tes non exaudiuntur, quia prouidēdo illis deus
meliora q̄ petunt reseruat, sicut contingere solet
paruulis qui ne in scholis vapulent deum exorāt,
sed nō datur illis postulatiōis effectus quia im-
peditur talis auditio ad profectum. Non aliter
quibusdam contingit electis. Deprecantur enim
deum pro nonnullis vitę huius cōmodis uel ad-
uersis, prouidentia ꝟo diuina temporaliter eorū
desiderio minime cōsulit, quia meliora illis i eter-
nū ꝓmittit. Oratio puatis locis opportunis fun-
dit̃, magisq̃ obtētū impetrat, dū deo tm̄ teste de-
promit̃. Propriū autē hypocritarū est offerre se

ĩ oratione videntib⁹. quorũ fruct⁹ ē nõ deo placere
sed gloriã ab hoĩb⁹ comparare. Non ĩ multilo-
quio exaudiunt̃ hoĩes a deo. q̃si plurimis cũ ver-
bis conent̃ inflectere. Neq₃ eñi conciliat cũ mul-
tiplex orantis sermo. ꝫ pura sinceraq₃ orationis
intentio. Bonũ est corde semꝑ orare. bonũ etiã ꝛ
sono vocis deũ spiritalibus hymnis glorificare.
Nihil est sola voce canere sine cordis intẽtione.
ꝫ sicut ait ap̃lus: cantãtes in cordib⁹ vestris. hoc
ē nõ solũ voce. ꝫ ꝛ corde psallẽtes. Unde ꝛ alibi:
Psallã spũ psallã ꝛ mente. Sicut orationib⁹ re-
gimur. ita psalmoꝝ studijs delectamur. Psallẽdi
eñi vtilitas tristia corda consolat̃. gratiores mẽ-
tes facit. fastidiosos oblectat. inertes exsuscitat.
peccatores ad lamenta inuitat. Nam q̃uis dura
sint carnaliũ corda. statim ut psalmi dulcedo in-
sonuerit. ad affectũ pietatis animũ eoꝝ inflectit.
Dũ xp̃ianũ non vocis modulatio. ꝫ tm̃ verba di-
uina que ibi dicũtur debeãt cõmouere. nescio tñ
quo pacto modulatione canẽtis maior nascit̃ cõ-
punctio cordis. Multi eñi reperiũtur qui cant⁹
suauitate cõmoti sua crimina plangũt. atq₃ ex ea
parte magis flectunt̃ ad lachrymas. ex qua psal-
lentis insonuerit dulcedo suauissima. Oratio in
presenti tm̃ vita ꝓ remedio pctõꝝ effundit̃. psal-
moꝝ aũt decantatio ꝑpetuam dei laudẽ demon-
strat in gloriam sempiternam. sicut scriptum est:
Beati qui habitãt in domo tua dñe. in secula se-
culoꝝ laudabũt te. Cuius opis ministerium qui-
cunq₃ fideliter intentaq₃ mente exequit̃. quodã-
modo angelis sociat̃.

De lectione Cap. VIII.

ORationib⁹ mundamur. lectionibus in-
struamur. vtrũq₃ bonũ ē. si liceat. si non
liceat. melius ē orare q̃ legere. Qui vult
cum deo semꝑ esse. frequent̃ debet orare. frequẽt̃
ꝛ legere. Nam cũ oram⁹ ipsi cũ deo loquimur. cũ
cũ ṽo legimus. deus nobiscũ loquit̃. Ois ꝑfect⁹
ex lectiõe ꝛ meditatiõe procedit. Que eñi nescim⁹
lectione discimus. que aũt didicimus meditatio-
nibus conseruam⁹. Geminũ confert donũ lectio
sanctaꝝ scripturaꝝ. siue q: intellectũ mentis eru-
dit. seu q̃ a mundi vanitatib⁹ abstractũ hominẽ
ad amorẽ dei ꝑducit. Excitati eñi sepe illi⁹ sermo-
ne. subtrahimur a desiderio vite mundane. atq₃
accensi in amore sapiẽtie tanto vana spes morta-
litatis hui⁹ nobis vilescit. quãto amplius legẽdo
spes eterna claruerit. Geminũ ē lectiõis studiũ.
primũ quõ scripture intelligant̃. secũdũ qua vti-
litate uel dignitate dicant̃. Erit enim antea q̃sq₃
ꝓmptus ad intelligẽdũ que legit. sequenter ido-
neus ad ꝓferendũ que didicit. Lector strenu⁹ po-
tius ad agendũ que legit q̃ ad sciendũ erit ꝓm-
ptissimus. Minor eñi pena est nescire quid appe-
tas. q̃ ea que noueris non implere. Sicut eñi le-
gendo scire concupiscim⁹. sic sciendo recta que di-
dicimus implere debem⁹. Lex dei ꝛ premiũ habet
ꝛ penã legẽtibus eam. premiũ his qui eã bene vi-
uendo custodiũt. penã ṽo ĩ eis q̃ eã male viuen-
do cõtemnunt. Ois qui a preceptis dei discedit
opere. quotiẽs eadẽ dei precepta legere uel audire
potuerit. corde suo rep̃hẽsus confundit̃. q: id q̃d
non agit memorat̃. ꝛ teste conscientia interi⁹ ac-
cusatur. Uñ ꝛ dauid ꝓpheta depcat̃ dicens: Tũc
non cõfundar dum respicio in oĩa mandata tua.
Grauiter nãq₃ vnusquisq₃ confũdit̃ qñ mandata
dei uel legendo uel audiẽdo respicit. que viuendo
contẽnit. Corde eñi rep̃hendit̃ dum mandatoꝝ
meditatione docet̃. quia nõ impleuit ope q̃d diui-
na didicit iussione.

De assiduitate legẽdi Cap. IX.

NEmo põt sensũ scripture sancte cogno-
scere. nisi legendi familiaritate. sicut est
scriptũ: Ama illam ꝛ exaltabit te. glori-
ficaberis ab ea cũ eam fueris amplexat⁹. Quãto
quisq₃ magis in sacris eloquijs assidu⁹ fuerit. tan-
to ex eis vberiorem intelligẽtiã capit. sicut terra
que quanto amplius excolit̃. tãto vberi⁹ fructifi-
cat. Quanto amplius ad quãlibet artem homo
conscẽdit. tãto magis ad hoiem ars ipsa descen-
dit. sicut in lege scribit̃: Moyses ascendit ĩ mon-
tem. ꝛ dñs descendit. Uerũ est de ocio spiritali q̃
ille tm̃ secreta diuinoꝝ scrutat̃ mandatoꝝ. qui ab
actione terrene cure reuocauerit animũ ꝛ sedula
familiaritate scripturis sanctis inheserit. Nã si-
cut cecus ꝛ videns põt quidẽ vterq₃ ambulare. ꝫ
non cõsimili libertate: dum cecus ꝑgens quo nõ
videt offendat. vidẽs ṽo offendicula cauet ꝛ q̃ sit
ꝑgendũ agnoscat. Sic ꝛ qui nubilo terrene cure
fuscatur. si tentet dei scrutari mysteria nõ valet.
q: caligine curarũ nõ videt. Quõ ille tantundem
efficere valet qui sese de exteriorib⁹ seculi curis ab-
strahit. ꝛ totũ se in scripturarũ meditatione defi-
git. Quidã habent intelligentie ingeniũ. sed ne-
gligũt lectionis studiũ. ꝛ q̃d legẽdo scire potue-
rũt. negligendo contẽnũt. Quidã ṽo amorẽ sci-
endi habent. ꝫ tarditate sensus prepediunt̃. q̃ tñ
assidua lectione capiũt q̃d ingeniosi ꝑ desidiã nõ
nouerũt. Ingeniũ tardius ꝛ si non ꝑ naturã. per
assiduitatẽ tñ lectionis augmentat̃. Nam q̃uis
sensus hebetudo sit. frequẽs tñ lectio intelligen-
tiam adhibet. Sicut qui tardus ē ad capiendum
ꝓ intentione tñ boni studij premiũ ꝑcipit. ita qui
prestitũ sibi ex deo ingeniũ intelligentie negligit.
condemnatione reus existit. quia donũ q̃d acce-
pit despicit ꝛ per desidiã derelinquit. Quidã dei
iudicio donũ scientie quod negligũt accipiunt. ut
durius de rebus creditis puniantur. Tardiores
aũt ideo q̃d scire cupiunt difficulter inueniunt. ut
ꝓ maximo exercitio laboris maximũ premiũ ha-
beant retributiõis.

De doctrina sine gratia Cap. X

DOctrina sine adiuuãte grã q̃uis infun-
dat̃ aurib⁹. ad cor nũq̃ descendit. foris
quidem ꝑstrepit. ꝫ interius nihil ꝓficit.
Tũc aũt dei ſmo ĩfusus aurib⁹ ad cordis vltima

puenit qn̄ dei gratia mentē interius ut intelligat tangit. Sicut enim quosdā flāma charitatis suę deus illuminat ut vitaliter sapiant. ita quosdam frigidos torpentesq̄ deserit ut sine sensu psistāt. Plerīq̄ acumine intelligēdi vivaces existunt. sed loquendi inopia angustant. Quidā v̄o i utriusq̄ pollent. quia τ sciendi copiam τ dicendi efficaciā habent.

De supbis lectoribus Cap. xi.

Plerīq̄ scientia accepta scripturarū. non ad dei gloriā. ꝫ ad suā laudē vtunt̄. dum τ ipsa scientia extollunt̄. τ ibi peccāt vbi peccata mūdare debuerunt. Nunq̄ consequunt̄ legēdo pfectam scientiā arrogantes. Nā q̄uis sapientes in supficie videant̄. medullitus tn̄ veritatis archana non tangūt. qꝛ supbię nube pcpe/diunt̄. Semp eni supbi legūt. quęrūt τ nūq̄ inveniūt. Diuinę legis penetralia humilib⁹ τ bene ad deum intrantib⁹ patent. prauis autē atq̄ supbis claudūtur. Nam q̄uis diuina eloquia in lectione arrogātib⁹ sint aperta. in mysterio tamē clausa atq̄ occulta sūt. Dum sermo dei fidelib⁹ lux sit. reprobis aūt ac superbis quodāmodo tenebrescit. τ vnde illi illuminantur. inde isti excęcantur.

De carnalibus lectoribus τ hereticis Cap. xii.

Nequaq̄ legem intelligit qui carnaliter verba legis pcurrit. sed is qui eam sensu interioris intelligētię pspicit. Nā q̄ ad litterā legis intendūt. eius occulta penetrare non possunt. Multi eni non intelligendo spiritaliter scripturas. nec eas recte sentiēdo i heresim devoluti sūt. atq̄ in multis erroribus defluxerunt. In solis fidelibus religata est lex. testante dn̄o p pphetā: Signa testimoniū. signa legē in discipulis meis. ne eam aut iudęus intelligat aut hereticus. quia non est xp̄i discipulus. Unitatē quippe pacis quā xp̄us docuit non sequūtur. de qua idē dn̄s dicit: In hoc cognoscēt oēs qꝛ mei estis discipuli. si dilectionē int̄ vos habuerit̄. Scripturas heretici sano sensu non sapiūt. ꝫ eas ad errorem prauę intelligētię ducūt. neq̄ semetipsos eaꝝ sensibus subdunt. sed eas pverse ad errorē ꝓprium ptrahūt. Doctores erroꝝ p prauis psuasionib⁹ ita p argumenta fraudulētię illigāt auditores suos ut eos quasi i labyrinthū implicent. a quo exire vix valent. Tanta ē hereticoꝝ calliditas. ut falsa veris malaq̄ bonis pmisceant. salutaribusq̄ rebus plerūq̄ erroris sui virus interserunt. quo facilius possint prauitatē pversi dogmatis sub specie persuadere veritatis. Plerūq̄ sub noīe catholicorū doctoꝝ heretici sua dicta conscribunt. ut indubitanter lecta credant̄. Nonnūq̄ etiā blasphemias suas latenti dolo in libris nr̄oꝝ inserūt: doctrinamq̄ veram adulterando corrumpūt. scilicꝫ uel adiiciendo quę impia sunt. uel auferendo quę pia sunt. Caute meditanda cautoq̄ sensu ꝓbāda sūt quę legūt̄. ut iuxta apostolica monita teneamus quę recta sunt. τ refutemus quę cōtraria veritati existunt. sicq̄ in bonis instruamur ut a malis illęsi pmaneamus.

De libris gentiliū Cap. xiii.

Poetę ideo in libris suis venerē impudicam martēq̄ adulteꝝ deū appellare voluerūt. ut psuaderēt mentes hominum quasi de⁹ imitari malū. ut dū libidinosa psuasiōe ad intentionē eoꝝ flagitia confidenter cōmittūt. nō quasi hoīes pditos. ꝫ quasi cęlestes deos imitari videant̄. Ideo ꝓhibetur xp̄ianis figmēta legere poetaꝝ. qꝛ p oblectamēta ianiū fabulaꝝ mētem excitant ad incentiua libidinū. Non eni solum thura offerendo demonib⁹ imolat̄. sed etiam eoꝝ dicta libentius capiēdo. Quidā plus meditari delectant̄ gentiliū dicta ꝓpter tumentē τ ornatū sermonem. q̄ scripturam sanctā ꝓpt̄ eloquiū humile. Sed qd ꝓdest i mūdanis doctrinis pficere τ inanescere i diuinis: caduca sequi figmēta τ ad cęlestia fastidire mysteria? Cauendi sūt igit̄ tales libri τ ꝓpter amorē scāꝝ scripturaꝝ vitādi. Gentiliū dicta exteri⁹ verboꝝ eloquentia nitent. interius vacua virtutis sapiētia manēt. Eloquia autē sacra exterius incompta verbis apparēt. intrinsecus aūt mysterioꝝ sapientia fulgēt. Unde τ apl'us: habemus inquit thesaurū istū in vasis fictilib⁹. Sermo quippe dei occultū habet fulgorem sapientię τ veritatis repositū in verboꝝ vilissimis vasculis. Ideo libri sancti simplici sermone conscripti sūt. ut non in sapiētia verbi. sed in ostensiōe spūs hoīes ad fidē pducerent̄. Nam si dialectici acuminis versutia. aut rhetoricę artis eloquentia editi essent. nequaq̄ putaret̄ fides xp̄i in dei virtute. ꝫ in eloquentię humanę argumentis consistere. nec quēq̄ crederem⁹ ad fidem diuino inspiramine ꝓuocari. sed potius verborū calliditate seduci. Omnis sęcularis doctrina spumantibus verbis resonans. ac p se eloquētię tumorem attollens. p doctrinā simplicē τ humilem xp̄i euacuata est. sicut scriptum est: Nonne stultā fecit deus sapientiam huius mundi? Fastidiosis atq̄ loquacibus scripturę sanctę minus ꝓpter sermonē simplicē placēt. Gentili eni eloquētię comparata videtur illis indigna. Quę si animo humili mysteria ei⁹ intendāt. confestim aduertūt quātū excelsa sūt. quę i illis despiciūt. In lectiōe nō verba. ꝫ veritas ē amāda. Sępe autē reperitur simplicitas veridica. τ composita falsitas. quę hominem suis erroribus illicit. τ p linguę ornamenta laqueos dulces aspergit. Nihil aliud agit amor mūdanę scientię. nisi extollere laudibus hominē. Nam quanto maiora fuerint litteraturę studia. tanto animus arrogantię fastū inflatus. maiore intumescit iactantia. Unde τ bene psalmus ait: Quia nō cognoui litteraturam introibo in potētias dn̄i. Simplicioribus litteris nō ē pręponēd⁹ fuc⁹ grāmaticę artis. Meliores sūt eni cōmunes litterę. quia simpliciores τ ad solam humilitatē

legentiū pertinētes. illę ỽo nequiores. q: ingerūt hominib⁹ perniciosam mentis elationē. Melio/res eē grāmaticos q̄ hereticos. heretici eni hau/stū letiferi suci hoībus psuadendo ꝓpinā̄t. gram/maticorū autē doctrina potest etiam proficere ad vitam. dum fuerit in meliores vsus assumpta.

De collatione Cap. xiiii.

Cum sit vtilis ad instruēdū lectio. adhi/bita aūt collatione maiorē intelligentiā prebet. Melius ē eni conferre q̄ legere. Collatio aūt docibilitatem facit. Nam ꝓpositis interrogationib⁹ cūctatio rerū excluditur. ⁊ sepe obiectionibus latens veritas approbat̄. Qđ eni obscurū aut dubiū est. conferendo cito pspicitur. Multū ꝓsunt in collatiōe figurę. Res enim quę minus p se aduertunt̄. p comparationē rerū faci/le capiuntur. Nam sepe sub specie alia spiritales causas scripturę diuinę insinuant. ⁊ nisi p aliquā euidentē ostēsionē vix apparet occulta legis my/steria. Sicut instruere solet collatio. ita conten/tio destruit. Hęc eni relicto sensu veritatis lites generat. ⁊ pugnando verbis etiā in deū blasphe/miā ingerit. Inde ⁊ hereses ⁊ scismata. quibus subuertit̄ fides. veritas corrūpitur. scindit̄ cha/ritas. Contentiosorū studiū nō ꝓ veritate. ſ; pro appetitu laudis certat. tantaq; est in his peruer/sitas ut veritati cedere nesciant. ipsamq; rectam doctrinā euacuare contendant. In disputatione infideliū cauenda ē ꝓpositionū artificiosa subti/litas. quę callidis obiectionib⁹ retia tendit. Ita eni versutis assertionib⁹ prauorꝫ disputatio inno/datur. ut recta esse simulent quę puersa psuadēt. Lectio. memorię auxilio eget. Q: si fuerit natu/raliter tardior. frequēti tamen meditatione acuit̄ ac legendi assiduitate colligitur. Sepe ꝓlixa le/ctio longitudinis causa memoriā legentis oblit/terat. Q: si breuis sit submotoq; libro sentētia re/tractetur in animo. tūc sine labore legit̄. ⁊ ea quę lecta sunt recolendo memoria minime excidunt. Acceptabilior est sensibus lectio tacita q̄ aperta. Amplius eni intellectus instruit̄ qñ vox legentis quiescit. ⁊ sub silentio lingua mouet̄. Nam clare legēdo ⁊ corp⁹ lassat̄ ⁊ vocis acumen obtundit̄.

De contemplatione ⁊ actione Cap. xv.

Actiua vita innocentia est operū bonorꝫ. contēplatiua speculatio supernorū. Illa coīs multorꝫ est. ista ỽo paucorū. Actiua vita mundanis rebus bene vtitur. contemplati/ua ỽo mūdo renuncians. soli deo viuere delectat̄. Qui prius in actiua vita ꝓficit: ad contēplatio/nem bene cōscendit. Merito eni in ista sustollit̄. q: in illa vtilis inuenitur. Quicunq; adhuc tēpo/ralem gloriā aut carnalē affectat concupiscentiā. a contēplatione ꝓhibet̄. ut positus ī actualis vi/tę operatiōe purget̄. In ista eni prius p exercitiū boni operis cuncta exhauriēda sunt vitia. ut ī illa iam pura mentis acie ad contemplandū deū q̄sq; ꝑtranseat. Et lic; conuersus statim ad contēpla/tionē conscendere cupiat. tamē ratione cogit̄ ut prius in actiuę vitę opatione versetur. Exemplū enim actiuę vitę de iacob sume. q̄ dū ad rachel ħ est ad visū principiū destinaret. quę cōtēplationē significat: lia illi. hoc est. laboriosa vita supponit̄ quę actiuā demonstrat. Sicut sepultus ab oī ne/gocio terreno priuat̄. ita ⁊ contēplationi vacans ab oī occupatione actuali auertitur. Et sicut ab actuali vita cōscendētes in contemplatiōis quie/te sepeliunt̄. ita ab actione sęculi recedentes eos vita actiua ī se quasi sepeliēdo suscipit. ac p ħ vitę mundanę actiua vita. ⁊ vitę actiuę contemplati/ua sepulchrū ē. Uiri sancti sicut a secreto cōtem/plationis egrediuntur ad publicum actionis. ita rursus ab actionis manifesto ad secretū contem/plationis intimę reuertūtur. ut intus deum lau/dent vbi acceperunt vnde ⁊ foris ad eius gloriam operant̄. Sicut aquilę moris est semp oculū ī ra/diū solis infigere. nec deflectere nisi escę solius ob/tentu. ita ⁊ sancti a contēplatione ad actualē vi/tam interdum reflectunt̄. considerantes illa sūma sic esse vtilia. ut tamē ista humilia sint paululum nostrę indigentię necessaria. In actiuę vitę gene/re humana intentio pseuerenter incedit. in con/templatione aūt sese p interualla resumit. q: diu/turnitate contemplādi lassat̄. Uisio animalium in ezechiele. quę ibant ⁊ non reuertebant̄. ptinet ad vitę actiuę pseuerātiā. ⁊ iterū ea animalia quę ibant ⁊ reuertebantur ptinent ad contemplatiuę vitę mēsuram. in qua dum quisq; intenderit. sua reuerberat⁹ infirmitate reflectit̄. atq; iterū reno/uata intentiōe ad ea vnde descēderat rursus eri/git̄. Qđ fieri in actiua vita nō pōt. de qua si q̄sq; deflectat uel ad modicū. statim vitiorū excipitur fluxu. Oculus dexter sandalizans quē euelli do/minus precepit. vita contemplatiua est. Duo ocu/li in facie. actiua vita ⁊ cōtemplatiua ī hoīe. Qui igitur p contēplationē ceciderit in errorem. meli⁹ est si euellat contemplationis oculū. seruans sibi vnū vitę actualis obtutū. ut sit vtilius illi p sim/plicem actionē ire ad vitam. q̄ p contemplatio/nis errorē mitti ī gehennā. Sępe mens ad sūma ab imis erigit̄. ⁊ sępe a sūmis ad infima pondere carnis inclinata reflectit̄. Multos de⁹ ex carnali/bus sua gratia visitat. ⁊ ad contēplationis fasti/giū eleuat. multosq; a contemplatione iusto iu/dicio deserit. ⁊ lapsos ī terrenis opib⁹ derelinquit.

De contemptoribus mundi Cap. xvi.

Ea quę sęculi amatorib⁹ chara sūt. sancti velut aduersa refugiunt. plusq; aduersi/tatib⁹ mundi gaudent q̄ prosperitatib⁹ delectent̄. Alienos esse a deo quib⁹ hoc sęculū ad omne cōmodū ꝓsperat̄. Seruis autē dei⁹ cuncta huius mūdi contraria sūt. ut dū ista aduersa sen/tiunt. ad celeste desiderium ardentius excitetur. Magna apud deū refulget gratia. q̄ huic mūdo contemptibilis fuerit. Nam reuera necesse est ut quē mundus odit diligat a deo. Sanctos viros

in hoc seculo legimus peregrinos esse et hospites. Unde et reprehenditur petrus quod tabernaculum in monte fieri cogitauit: quia sciis in hoc mundo tabernaculum non est: quibus patria et domus in celo est. Sancti viri ideo contemnere cupiunt mundum. et motum mentis ad superna reuocare: ut ibi se recolligant unde defluxerunt. et inde se subtrahant ubi dispersi sunt. Justi qui rebus honoribusque ac vite blandimentis renunciant: proinde se ab omni terrena possessione mortificant ut deo viuant: ideoque seculi huius blanditias calcant ut validiores ad vitam illam de huius vite mortificatione consurgant. Cuncta quippe temporalia quasi herbe virentes arescunt et transeunt. ideoque et pro eternis rebus que nunquam arescunt: recte ista dei seruus contemnit: quia in eis stabilitatem non aspicit. Qui post renunciationem mundi ad supernam patriam sanctis desiderijs inhiat: ab hac terrena intentione quasi quibusdam pennis subleuatus erigitur. et in quo lapsus erat: profundum gemitu conspicit. et ubi peruenerit: cum gaudio magno intendit. Qui vero a contemplationis requie reflexus in curis huius seculi incidit: si ad memoriam sui reuertatur: protinus ingemiscit: quantumque fuerint tranquilla que perdidit. et quam confusa sint in quibus cecidit: ex ipsa laboris sui difficultate cognoscit. Quid enim in hac vita laboriosius quam terrenis desiderijs estuare: aut quid hic securius quam huius seculi nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt: turbulentis eius curis et sollicitudinibus conturbantur. Qui autem eum oderunt nec sequuntur: interne quietis tranquillitate fruentes: future pacis requiem quam illic expectant: hic quodammodo habere iam incohant.

De sanctis qui se a consortio seculi separant Cap. XVII.

Sancti viri funditus seculo renunciantes: ita huic mundo moriuntur ut soli deo viuere delectentur: quantoque ab huius seculi conuersatione se subtrahunt: tanto interne mentis acie presentiam dei et angelice societatis frequentiam contemplantur. Malorum tam praua sunt opera manifesta: ut hi qui supernam patriam desiderant: non solum mores eorum sed et consortia fugiant. Quidam etiam corporaliter separari desiderant ab iniquis: ut eorum non inuoluantur delictis. Nonnulli et si non corporali discessu spiritali tamen ab eis intentione recedunt: qui et si communes sunt conuersatione: discreti tamen sunt corde uel opere. Et licet sepe in medio carnalium vitam deus protegat electorum: tamen satis rarum est ut quisque inter seculi voluptates positus a vitijs maneat illibatus: in quibus et si non cito implicetur: aliquando tamen attrahitur. Neque enim diu tutus esse poterit qui periculo proximus fuerit. Uia sine offendiculo: vita monachi sine cupiditatis et timoris impedimento. Dum enim quisque a consortio mundi abstrahitur: nec cupiditas eum obligat consentientem: nec cruciat sentientem. Bonum est corporaliter remotum esse a mundo: sed multo est melius voluntate: utrumque vero perfecte. Ille igitur perfectus est qui huic seculo et corpore et corde discretus est. Onager ut ait iob: contemnit ciuitatem. et monachus communem secularium ciuium conuersationem. Hi aduersa vite nostre appetunt: prospera contemnunt: ut dum ab eis hec vita despicitur: futura inueniatur.

De preceptis altioribus monachorum Cap. XVIII.

Alia sunt precepta que dantur fidelibus communem vitam in seculo agentibus: atque alia seculo huic renunciantibus. Illis enim dicitur ut sua omnia bene gerant: istis ut sua omnia derelinquant. Illi preceptis generalibus astringuntur: isti precepta generalia perfectius viuendo transcendunt. Ad perfectum non sufficit nisi ut abnegatis omnibus suis etiam seipsum quisque abneget. Sed quid est seipsum abnegare: nisi voluntatibus proprijs renunciare? ut qui superbus erat sit humilis: qui iracundus: esse studeat mansuetus. Nam si ita quisque renunciet que possidet omnibus: ut suis non renunciet moribus: non est christi discipulus. Qui enim renunciat omnibus rebus suis: sua abnegat: qui vero renunciat moribus prauis: semetipsum scilicet abnegat. Unde et dominus: qui vult inquit post me venire: abneget semetipsum.

De tempore monachorum Cap. XIX.

Qui non rigida intentione monachi professionem sectantur: quanto superni amoris propositum dissolute appetunt: tanto pelliuius ad mundi amorem denuo reducuntur. Nam professio non perfecta: presentis vite repetit desideria: in quibus et si nondum se monachus alliget opere: iam tamen alligat cogitationis amore. Longe quippe a deo est animus cui hec adhuc vita dulcis est. Iste enim quid de supernis appetat: quidve de infimis fugiat nescit. Nam sicut scriptum est: qui apponit scientiam apponit et dolorem. Quantum enim quisque potuerit superna scire que appetat: tanto de infimis acrius quibus inheret dolere debet. Propter hoc enim et iacobus apostolus dicit: Miseri estote: lugete et plorate: risus vester in luctum conuertatur et gaudium in merorem. Hinc etiam dominus: beati inquit qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Et rursum: ve vobis qui ridetis: quoniam flebitis. Qui ad hoc conuersionem sanctitatis pretendit: ut alijs quosque precelle desideret: iste non discipulus christi sed prauitatis sectator existit: quia non pro deo sed pro seculi honore portare studet crucis christi laborem.

De humilitate monachi uel opere Cap. XX.

Summa virtus monachi humilitas: summum vitium eius superbia est. Tunc autem se quisque monachum iudicet: quando se minimum existimauerit: etiam cum maiora virtutum opera gesserit. Qui mundum deserunt et tamen virtutes preceptorum sine cordis humilitate sequuntur: isti quasi de excelso grauius corruunt: quia deterius per virtutum elationem deijciuntur quam per vitia prolabi potuerunt. Omnis dei seruus de suis meritis non debet extolli: dum posse videat ex inferioribus sibi prelatiores alios fieri. Nouerit autem omnis sanctus se alterius non preponere sanctitati. Semper enim conscientia serui dei humilis esse debet et tristis: scilicet ut per humilitatem non superbiat. et per utile merorem cor ad lasciuiam non dissoluat. Dei seruus dum bonum aliquod opus agit: utrum ei ad boni remunerationem pertineat que facit: incertus est: ne forte discussione

celestis iudicis reus pensef. et in his que dei sunt negligenter aut superbe aliqd operasse inueniat. Ideoqz p hocipso tristis mereñsqz efficif atqz indesinenter turbaf reminiscens. pcul dubio scriptũ esse: maledict⁹ qui facit opus dñi negligẽter. Nã veraciter condẽnamur si per torpore ea que bona sũt agimus. Dei seruum sine intermissione legere orare et operari oportet. ne forte mentẽ ocio dedi tã spũs fornicationis subripiat. Cedit eni labori voluptas. animũ aũt vacãtẽ cito preoccupat. Cõtuere salomonẽ per ociũ multis fornicatiõib⁹ inuolutũ. et per fornicationis vicium vsqz in idolatriam lapsum.

De monachis q curis seculi occupãt Cap. XXI.

His qui p dei timore seculo renunciãt et tñ curis rerũ familiariũ implicãf. quãto se rerz studijs occupãt. tãto a charitate diuina seipsos separãt. Qui simul et terrenis parere curis et diuinis exercere studẽt. vtrũqz cõplectere simul nõ valent. Nam duas curas pariter inesse pectori humano nõ posse. et duob⁹ seruientẽ dñis vtrisqz placere difficile esse. Nisi prius a secretioribus cordis expellaf inportuna secularium multitudo curarz. anima que intrinsecus iacet nequaqz resurgit. Nã dũ se per innumeras seculi cogitationes spargit. ad consideratione̅ sui se nullaten⁹ colligit. Arguif eorz tepor qui deo vacare volẽtes et mundo renũciant et curas pprias aspernantur. ƺ dũ propinquorz vtilitates pcurant. a dei amore se separant. Uir spiritalis ita pdesse debet sue ppinqtati. ut dũ illis gratiã carnis prestare studet ipse a spiritali pposito nequaqz declinet. Multi eni monachorz amore parentũ nõ solum terrenis curis. sed etiã forensib⁹ iurgijs inuoluũf et p suorz tẽporali salute suas aias pdiderũt. Interdũ ordinata discretio est dũ negaf pximo qd prestaf extraneo. ut noueris nõ pbiberi pietatis officiũ sed negari carnalitatis affectũ. Parentib⁹ eni carnaliter prestatur. qd extraneis pie impendif. Sicut nostra nobis nõ odienda ẽ aia. sed eius carnales affect⁹ odio habere debem⁹. ita nec parentes odio a nobis habẽdi sũt. sed eorz impedimẽta que nos ab itinere recto prepediũt. dũ tñ dñs ita precipit a nobis parẽtes odire. sicut et aias nostras. Figuram sanctorz virorz renũciantiũ seculo vaccas designasse allophilorũ archam dei gestãtes. Nam sicut ille pignorũ affectib⁹ a recto itinere minime digresse sunt. ita et vir sanct⁹ mũdo renũcians parentele obtentu nõ debet a bono impediri proposito.

De his q a deo mũdi amor prepediũf Cap. XXII.

Multi cupiunt cõuolare ad gratiã dei. sed timent carere oblectamenta mũdi. Prouocat qdẽ eos amor xpi. sed reuocat cupiditas seculi. Qui proinde obliuiscũf voti. quia capiũf illecebris vanitatis. Quecũqz mens procellis mũdi huius inuoluitur. lignũ cõscende crucis ut a mari id est tẽpestate huius seculi liberetis Nã nullus te a lacu mortis humane saluabit nisi xps eruerit. Qui seculo renũciare disposuit. trãsgressiõis reatu astringif. si votũ mutauerit. Atrociter eni in discussiõe diuini iudicij arguendi sũt. qui qd professiõe spoponderãt. implere ope contempserũt. Mirabiliter cõparaf similitudo a voluptatib⁹ mũdi conanti redire ad deũ retinentibus cũ cupiditatib⁹ seculi. ei qui dormitans exurgere conaf et sopore somni deprimif. Ille enim ad bonũ nouit redire et voluptatũ fascib⁹ nõ sinif. iste melius degit vigilare ƺ soporis torpore tenef. A bono in deteri⁹ lapsos supra carbones frigidos fieri nigriores. q: p torpore mentis ab igne charitatis dei extincti sũt. et p mũdi appetitũ a luce supne illuminatiõis pùati nigredine pctõrz fuscãf. Quidã intẽtione bone opationis metu extinguũt inopie. nec pmittũf infirma mẽte desiderata pficere et cum indigere in mundo metuũt. a gloria supna semetipsos abscindũt. Multis cõsiliorz argumẽtis insidiaf eis diabol⁹ in acqrẽdo plurima. q in paucis et modicis nouerant esse cõtenti. Opponit igif in eorz mẽtes futuras filiorz egestates. p sua det habere plura vnde sibi egenisqz sufficiat. qtenus his blandimẽtis intẽtione bone deuotionis subuertat. atqz in terrenis lucris deceptã mentem reducat. Multis argumẽtis insidiaf diabol⁹ eis q renũciãt seculo. ut eius se iterz amori substernant Grauius aũt illos in cõcupiscẽtijs seculi ferit. quos post renũciatione̅ ad mundi amorẽ reduxerit. Et maxime p cenodoxiã subijcit sibi diabol⁹ monachũ. ut quẽ p seculi amorẽ retinere non potuit. ab humilitatis culmine subtrahat. et supbie tumore sibi subditũ faciat. Dei seru⁹ semp fallẽtis diaboli preuidere debet insidias. et magis ĩ bonis operibus cordis debet adhibere cautelã. ne p vanã gloriã pdat semetipsũ ac pereat. cũctaqz bona amittat que recte agẽdo obtinuerat.

De iactantia Cap. XXIII.

Tam in factis qz in dictis cauẽda ẽ iactãtia. fienda tamẽ est ruina sibi quecqz magis qz deo placere. et laudem ab hominibus cõparare. Uanus et erroris ẽ anim⁹ plenus. famã appetere et ad capiẽdã terrenã laudẽ studiũ dare. Circũspice teneripsũ homo. nihilqz tibi arroges de his que in te sũt preter peccatũ. Nõ declinat ad dexterã. qui nõ sibi ƺ deo tribuit bona que agit. neqz ad sinistrã se vertit qui de dĩna indulgentia peccãdi licentiã nõ presumit. Hoc ẽ qd ppheta ait: Hec via ambulate in ea. neqz ad dexterã neqz ad sinistrã declinãtes. Uerũ ẽ qz natura expetit delectari in laudib⁹. ƺ tũc recte si in deo nõ in se qsqz laudef. sicut scriptũ ẽ: In dño laudabif aia mea. Sepe vanã gloriã contẽnendo. in aliud gen⁹ elatiõis incidif. dũ in se qsqz gloriatur p eo qd cõtẽnat ab hominibus laudẽ. Quibusdam concessum est tantũdẽ bene agere et fructum boni operis non habere. qd ipsi sibi auferunt per studiũ humane iactantie. Semp suam aspiciant t

fęditatē qui vanę glorię fauores diligūt ⁊ pdidisse bonū opus doleāt qđ ꝓ humana ostentatione fecerūt. Amator vanę glorię vnde possit semꝑ laudari agere nō quiescit. ⁊ subinde illi vires vanitatis prauus appetitꝰ auget. Boni opis inchoatio nō debet citiꝰ palam ad hominū cognitionē venire. ne dū boni inchoatio humanis oculis reserat a virtute pfectiōis inanescat intentio sanctitatis. Ante maturitatis eni tempꝰ messes florentes cito pereūt. germinaqꝫ inutilia fiunt. Virtutes scōꝝ ꝑ ostentatiōis appetitū dominio demonū imundoꝝ subijciūt. sicut ezechias rex q̄ diuitias suas chaldeis ꝑ iactantiā ꝑdidit. ⁊ ꝓpterea pituras ꝑ ꝓphetam audiuit. ut significaret dei seruū ṽtutes suas dum vanę glorię studio ꝑdiderit. statim demones suorū operū dños facere. sicut ille ꝑ ostentationē chaldeos rerū suaꝝ dños fecit. Optima ē illa discretio. ut ⁊ nota sint opa nostra ad dei agendā gloriā. ⁊ occulta ꝓ elatione vitāda humana. Ille aūt debet publicare bonū qđ agit. q̄ pfecta humilitate fūdatus. nulla iā elatione contingit. Nā is qui se intelligit adhuc amore laudis pulsari. facta bona in occulto agat. ne forte qđ egerit ꝑdat. Interdū viri sancti dū cupiūt fūditus suā mutabilitatē corrigere. aliquāto tumore tangunt elatiōis suę conscij actionis iusticię. ſȝ ab huiꝰ subreptiōis malo humilitatis compunctione purgant. Viri sancti nōnūq̄ quosdam de se audiētes instruūt. ⁊ tñ in his alta se consideratione custodiūt. ne dum alios a terrena intentione erigunt. ipsi in terrenę laudis appetitu demergāt. Quidā ꝑ incautā virtutū iactantiā relabunt ad vitia. ⁊ quidā dum vitioꝝ impulsū frequēter plangūt. de ipsa infirmitate ꝑ humilitatē validiꝰ cōualescūt. Plerūqꝫ vtile ē arrogantibꝰ deseri a deo. quatenꝰ suę infirmitatis conscij ad humilitatē redeant ⁊ humiles post casū existāt. Nōnulli falsa opinione arrogantię se esse pfectos existimant. dū non sint qui obortis tentationibꝰ innotescāt. Tanto quisqꝫ fit veritati vicinior. quanto se esse longiꝰ ab ea fuerit arbitratus. Hoc eni humilitatis ē. que deo hominē iūgit. Ceterū iactantia oculos quibꝰ deus videri poterat claudit. Sicut solis radius dū conspicit acies oculi hebetatur. sic ⁊ q̄ imoderate altiora se scrutat. ab intentione veri obtundit. Sicut aqla ex alto ad escas collabitur. sic homo de alto bonę cōuersationis ꝑ carnalem appetitum ad inferiora demergitur.

De hypocrisi Cap. xxiiii.

Hypocrita verba sanctoꝝ habet. vitā non habet. ⁊ q̄s ꝑ sermonē doctrinę genuerit. non fouet exemplis ſȝ deserit. q: quos verbo edificat. vita ⁊ moribꝰ destruit. Hypocritę simulatores dicunt. q̄ iusti nō esse querūt ſȝ tm̄ videri cupiūt. Hi mala agunt. ⁊ bona ꝓfitent. Per ostentationē quippe boni apparēt. ꝑ actionem ṽo mali existūt. Oia possunt a simplicibꝰ vitia ppetrari. simulatio ṽo ⁊ hypocrisis nō cōmittit nisi a male astutis ꝑ calliditatē valentibꝰ vitia sub specie virtutū celare ⁊ nō veram sanctitatē obijcere. Sancti nō solū gloriā supra modū suum omnino nō appetūt. ſȝ etiam hoc ipsum videri refugiūt qđ esse meruerūt. Hypocritę autē malicię suę occulta tegentes ante oculos homiꝫ quadā innocētię sanctitate se vestiūt ut venerent. Quibꝰ bene diuina voce dicit: Ve vobis hypocritę q̄a similes facti estis sepulchris dealbatis. quę foris quidē apparent hominibꝰ speciosa. intus ṽo plena sūt ossibꝰ mortuoꝝ. Ita ⁊ vos quidē foris apparetis hominibus iusti. intꝰ ṽo pleni estis auaritia ⁊ iniquitate. Dupliciť damnant hypocritę. siue ꝓ occulta iniquitate. siue ꝓ apta simulatione. Ex illo enim condemnant. q: iniqui sūt. ex isto q: ostendūt qđ nō sunt. Nō semꝑ latent hypocritę. nā ⁊ si i principio sui quidā nō pateāt. prius tñ q̄ vita eoꝝ finiatur q̄ simulate vixerint deteguntur. Omne eni sincerum permanet. Nam quę simulata sunt diuturna esse nō possunt. Non eoꝝ desperanda ē salus. q̄ adhuc aliquid terrenū sapiūt dū possint ⁊ in occultis agere vnde iustificent. Hi eni meliores sūt hypocritis eo q̄ mali sint in apto ⁊ in occulto boni. Hypocritę ṽo in occulto mali sunt. ⁊ bonos se palam ostendūt. Hypocritā iustus arguere ꝓhibet ne deterior castigatꝰ existat. dicente salomone: Noli arguere derisorē ne oderit te.

De inuidia Cap. xxv.

Liuor alieni boni suū punit auctorē. Nā vnde bonus ꝓficit. inde inuidus contabescit. Homines praue viuentes sicut de bonoꝝ lapsibus gratulant. ita de eoꝝ recte factis boniqꝫ pseuerantia confundunt. Inuidus membrū est diaboli. cuiꝰ inuidia mors introiuit in orbem terraꝝ. Sicut ⁊ supbus membrū est diaboli. de quo scriptū est: Omne sublime videt. ⁊ ipse est rex sup omnes filios supbię. Nulla est virtus quę nō habeat contrariū inuidię malū. Sola miseria caret inuidia. q: nemo inuidet misero. cui reuera nō liuor obijcitur ſȝ sola misericordia adhibetur. Multi ⁊ bonos imitari volūt ⁊ de bonoꝝ ꝓfectibus inuidię liuore tabescūt. Quo fit ut nec illi corrigant a malo suo. ſȝ ꝑ inuidentiā deteriorent. ⁊ bonos a recto studio quantū in ipsis est. si potuerint deprauare conēt. Qñ malos boni ꝓficere vident. nō scandalizent. ſȝ quem sint finē habituri maxime cogitent. Hoc omnis inuidus alienis virtutibꝰ prestat. quod beato iob sathan prestitit. Nā dū emulat ꝓsperitatibus. cōmouit aduersa. Sȝ dū credidit eū diabolus posse ꝓsternere. inde eiꝰ aucta sunt merita atqꝫ inde claruerūt ꝓbabiliora patientię documenta. Ita requirunt inuidi aditū malę famę. ꝑ quā bonoꝝ vitā maculēt. sicut querebāt ostiū sodomitę. quo domū Loth nocituri introirēt. Illi ṽo cecitate erroris pcussi parietes videbāt. ostiū nō inueniebāt. Non aliter inuidi vidēdo velut parietē virtutes dissimulant vitia ṽo pquirūt ꝑ quę eoꝝ conscientiā vrant.

De simulatione Cap.xxvi.

Fraudulentie genus in modū pharetre subtilit insidiaꝝ sagittas celat·ut falsam faciat securitatē decipiatq₃ callide cū contra quē molit occulte. Cauendus ē inimicus qui manifest⁹ est·ſ₃ magis ille q̄ videri nō potest. Facile eni vincimus que videm⁹·que aūt nō videm⁹ difficile a nobis expellim⁹. Raro nocet homo ab extraneis·si sui cū nō ledant. Magis eni insidijs nostroꝝ ꝙ alioꝝ periclitamur. Latent sepe venena circūlita melle verboꝝ: Et tamdiu deceptor bonitatē simulat quousq₃ fallendo decipiat.

De odio Cap.xxvii.

Non hoīes ſ₃ vitia odio habēda sūt. Flebiliter aūt deplorandi sūt·q̄ odio in fratrē tabescūt ⁊ contra alios pniciosū animi dolū feruant. A regno eni dei se sepant·q̄ semetipsos a charitate dissociant. Sicut mater ecclesia praue ab hominib⁹ hereticis premit·ſ₃ tñ eos venientes ad se benigna charitate amplectit·ita ⁊ singuli nostrū quoscūq₃ inimicos sustinemus·reuertentes materna imitatiōe amplecti statim debemus. Cito ē ignoscendū cuiꝙ dū veniā postulat. Non posse peccata dimitti ei·qui i se peccāti debita nō dimittit. Formā enim nobis indulgentie deus ex merito conditionis nostre imposuit·dū ita orare nos precepit: Dimitte nobis debita nostra·sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Iustū ē eni dei iudiciū·tantūq₃ peccatori a se indulgeri ostendit·quantū alterutro vnusquisq₃ in se offenso indulget. Quidam de suis fidentes meritis pigre in se delinquentib⁹ veniā prestant·sed nihil pficit esse illibatū a culpa·qui nō est paratus ad veniā·dū potius hec magna sit culpa qñ tardius relaxant fraterna delicta. Qui fratrem sibi tardius reconciliat·deū sibi tardius placat. Frustra eni ppitiari sibi deū querit·qui cito placari in proximū negligit.

De dilectione Cap.xxviii.

Duo sunt erga dilectionē primi conseruanda·vnū ne malū quis inferat·alterū ut bonum intendat. Primum ut caueat ledere·sequent ut discat prestare. Amicitia ē animorum societas. Hec quippe a duob⁹ incipit. Nā minus ꝙ inter duos dilectio esse nō poterit. Antiqui eni dixerūt de societate duoꝝ vnā esse animā in duob⁹ corporib⁹ ꝓpter vim scilic₃ amoris·sicut i actibus apl'oꝝ legimus: Erat illis cor vnū ⁊ aīa vna. nō q: multa corpora vnā habebant animam ſ₃ q: vinculo ⁊ igne charitatis coiūcti vnū omnes generalit sine dissensione sapiebant. Amicitia ⁊ ꝓsperas res dulciores esse facit ⁊ aduersas comunione temperat·leuioresq₃ reddit·q: dum in tribulatione amici consolatio adiungit·nec frangit animus nec cadere patit. Tūc vere amic⁹ amat·si nō ꝓ se ſ₃ ꝓ deo amet. Qui ꝟo ꝓ se amicū diligit insipienter eū amplectit. Multū in terra dimersus est·qui carnalit hominē moriturū plus diligit ꝙ oportet. Qui eni intemperant amicū amat ꝓ se magis illū ꝙ ꝓ deo amat. Quantū ergo bonus ē qui ꝓ deo fratrē diligit·tantū pniciosus q̄ eū ꝓ seipso amplectit. Plerūq₃ diligit in alio homo·qd odit in se·utpote i infantib⁹. Amam⁹ eni quandā coꝝ ignauiā.⁊ tñ odimus·q: ignaui esse nolum⁹. Sic lapides equos ⁊ cetera quelibet diligimus·ſ₃ tñ nolumus hoc esse etiā si possumus.

De fictis amicis Cap.xxix.

Cito p aduersa fraudulentus patet amic⁹. Nam in ꝓsperitate incerta est amicitia·nec scit vtrū psona an felicitas diligatur. Sepe p simulationē amicitia colit·ut q̄ nō potuit apte decipere·decipiat fraudulent. Tunc quisq₃ magis fit pietati iusticieq₃ diuine contrarius·qñ despicit amicū aliqua aduersitate pcussum. Qua in re ⁊ sibi occasionē mercedis tollit·⁊ erga pcussionem ꝓximi crudelis existit·veluti actū est inter Lazarū vlcerosum diuitēq₃ supbum. Per aduersa igit ⁊ ꝓspera comprobat·si vtrūq₃ vere diligat de⁹ ⁊ ꝓximus. q: dū aduersa ꝓcedunt·amicus fraudulentus detegit·statimq₃ despicit quē se diligere simulauit. Amicitia certa nulla vi excludit·nullo tempore abolet. Vbicūq₃ eni se verterit tempus·illa firma est. Rari sūt amici qui vsq₃ in finē existant chari. Nā multos a charitate aut aduersitas temporis aut cōtentio quelibet actiōis auertit. Sepe ⁊ p honores quorūdam mutant ⁊ mores.⁊ q̄s ante conglutinatos charitate habuerunt·postꝙ ad culmen honoris venerint·amicos habere despiciūt.

De amicitia munere orta Cap.xxx

Inter veros amicos amicitia et beniuolentia orit·int fictos beneficio adiungit. Nō sunt fideles in amicitia quos mun⁹ nō gratia copulat. Nā cito deserūt nisi semp acceperint. Dilectio eni que munere glutinat·codē suspenso dissoluit. Illa vera est amicitia que nihil querit ex rebus amici nisi solam beniuolentiā·scilicet ut gratis amet amantē. Plerūq₃ amicitia ex necessitate uel indigētia nascit·ut sit p quē quisq₃ quod desiderat consequat. Ille aūt eam veraciter querit·qui nihil egendo eam appetit. Nam illa ex inopia breuis est ⁊ fucata·ista pura atq₃ ꝑpetua.

De concordia maloꝝ Cap.xxxi.

Amicitia in rebus tm̄ bonis habenda est. Nam qui ea in malo vtunt·non sibi amici ſ₃ inimici existūt. Concordiā maloꝝ contrariā esse bonoꝝ. Et sicut optandum est ut boni pacem habeant inuicē·sic optandū est ut mali inuicē sint discordes. Vnanimitatē quippe maloꝝ bonoꝝ esse contrariam Paulus apl'us approbat: qui malos contra se diuidit·quos in necē suam concordasse conspexit. Inde ⁊ in lege·mare rubrū hoc est concordia maloꝝ hominū·diuidit·ut electorum via tendens ad beatitudinē nō impediat. Impedit autē iter bonoꝝ·si mare·hoc est vnitas nō diuidatur iniquorum.

De correptione fraterna Cap.xxxii.

NOn debet vitia aliena corripere·q̄ adhuc vitiorꝫ contagionib⁹ seruit. Improbū est enī arguere quē𝑞̄ ī alio·quod adhuc de/prehendit in semetipso. Qui veraciter fraternam vult corripere ac sanare īfirmitatē·talē se prestare fraterne vtilitati studeat·ut eū quē corripere cupit humili corde āmoneat.⁊ hoc faciēs ex cōpassione q̄si cōmunis piculi·ne forte ⁊ ipse subijciat̄ tenta/tiōi. Sicut viri spirituales alieni peccati emēda/tionē expectant·ita ꝑterui delinquentib⁹ deriden/do insultāt.⁊ quantū in ipsis est eos insanabiles putant·nec inclināt cor ad compatiendi misericor/diā·ꝫ superbiētes detestant̄ atq̄ blasphemāt. Nō/nūq̄ accidit ut intra amicos aliqua redargutio/nis enutrita discordia·maiorē postea charitatem parturiat·utpote dū corrigunt̄ ea que displicere in amico vident̄.⁊ hoc quidē primū nō sine quadam emulatione āmonitus suscipit·ꝫ correptus post/modū gratias agit. At contra multi ꝓ parua le/sione vim charitatis rescindūt.⁊ ab amore dile/ctionis sese ꝑhenniter retrahūt. Plerīq̄ correptio/nē suā officium charitatis existimant. plerīq̄ v̄o hoc ipsū qđ ex charitate corripiunt̄ ad iniurie con tumeliā trahunt. Unde euenit ut ex eo deteriores efficiant̄·ꝑ quod emendari obediendo potuerūt. Salubrit̄ accipiūt iusti quotiēs de suis excessibus arguunt̄. Superflua aūt ē humilitas eorꝫ·qui se ges/sisse accusant que nō admiserūt. Qui v̄o sine ar/rogantia bona facta sua ꝓnūciat·ꝓcul dubio ne/quaq̄ peccat. Est quorūdam excusatio puerorū·qui dū ꝓ suis facinorib⁹ arguunt̄·verba iustorum ꝓ censura declinanda abijciūt·seruātes se diuino iudicio quo puniēdi sūt durius·dum tpaliter con temnūt iudicari sese ab hominib⁹. Iniquis mole/sta est veritas ⁊ amara disciplina iusticie·nec de/lectant̄ nisi placētia ꝓprie imbecillitatis·iniusticie fecundi ⁊ steriles veritati·ceci ad contuendā lucē ⁊ oculati ad tenebrarū aspiciendū errorē. Corda reproborꝫ lubrica sūt ad malū consentiendū ⁊ fir/ma·ad bonū v̄o consentiendū durissima. Probat salomon ⁊ iusti emēdationē correpti.⁊ stulti ob/stinationē admoniti·dicēs: Doce iustū ⁊ festina/bit accipere. De stulto aūt ait. Qui erudit deriso/rem·ipse sibi facit iniuriam. Nōnullos tante esse prauitatis hoīes·qui dū ipsi a malo corrigi negli/gunt·corripientiū vitā falsa criminatione detra/ctant ⁊ ad sui sceleris solatiū vsurpant si uel falso compererint qđ ad infamiā bonorꝫ obijciant·si/cut est illud ex salomone: Bona in malū conuer/tit impius.⁊ in electis imponit maculā. Ue autē illi qui ⁊ suā renuit vitam corrigere.⁊ bonorꝫ nō desinit detrahere fame. Plerīq̄ mali similes sibi in malū defendūt ⁊ patrocinio suo prauos cōtra correptionem bonorꝫ suscipiūt·ne vnde displicēt emendent̄·adijciētes in se aliena delicta·ut nō tm̄ de suis malis·ꝫ etiā de aliorꝫ facinorib⁹ puniant̄ quorꝫ peccata defendunt.

De prepositis ecclesie Cap.xxxiii.

UIr ecclesiasticus ⁊ crucifigi mūdo ꝑ mor/tificationē ꝓprie carnis debet:⁊ dispen/sationē ecclesiastici ordinis·si ex dei vo/lūtate peruenerit·nolens q̄dē ꝫ humilis gubernan/dam suscipiat. Multis intercipit sathanas frau/dibus eos qui vite ⁊ sensus vtilitate prestantes: preesse ⁊ ꝓdesse alijs nolūt.⁊ dum eis regimē ani/marꝫ imponit̄ renuūt·consultius arbitrātes ocio/sam vitā agere q̄ lucris animarꝫ insistere. Qđ tn̄ decepti agūt ꝑ argumentū diaboli fallentis eos ꝑ speciē boni·ut dū illos a pastorali officio retra/hit·nequaq̄ ꝓficiāt qui eorꝫ verbis atq̄ exemplis instrui poterāt. Sancti viri nequaq̄ occupatio/nū secularium curas appetunt·ꝫ occulto ordine sibi supimpositas gemūt. Et q̄uis illas ꝑ meliorē in/tentionē fugiant·tn̄ ꝑ subditam mentē portant. Quas quidē sūmope si liceat vitare festināt·ꝫ ti/mētes occultā dispensationē dei suscipiūt qđ refu giunt·exercent qđ vitare noscunt̄. Intrant enim ad cor ⁊ ibi consulūt quid velit occulta voluntas dei·seseq̄ subditos debere esse sūmis ordinatiōi/bus cognoscentes humiliant ceruicem cordis iu/go diuine dispensationis.

De indignis prepositis Cap.xxxiiii.

NOn sunt ꝓmouēdi ad regimē ecclesie qui adhuc vitijs subiacent. Hinc est q̄ pre/ceptū est dauid nō edificare visibile tem/plum q: sanguinū vir·id ē belli frequētia illi esset Qua figura illi spiritaliter admonent̄ qui vitiorꝫ adhuc corruptioni sunt dediti·ne templū edificēt hoc est·ecclesiā docere ne presumāt. Nō debet ho noris ducatū suscipere qui nescit subiect̄ tramite vite melioris pzire. Neq̄ enī quisq̄ ad hoc tm̄ preficit̄ ut subditorū culpas corrigat ⁊ ipse vitijs seruiat. Qui nō se dignū ad episcopatū existimat locū eius qui dignus est nō preoccupet. Nā tam sanctū est sacerdotij nomen ut nulla vitiorū nota maculari se sinat. Grauī⁹ enim condemnabit̄·qui indign⁹ suscipit qđ nō meret̄. Qui regimē sacer/dotij contendit appetere·ante in se discutiat·si vi/ta honori sit congrua. Et si nō discrepat·humi/liter ad id ad qđ vocat̄ accedat. Reatum quippe culpe geminat·si quisq̄ cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Heu me miserū inexplicabilibus nodis astrictū. Si enī susceptū regimē ecclesiastici ordinis retineā criminis conscius timore concu/tior·si v̄o deseram ne deterior sit culpa susceptum gregem relinquere amplius formido·vndiq̄ ini/ser metuo.⁊ in tanto rei discrimine quod sequar ignoro. Uniuscuiusq̄ casus tanto maioris ē cri/minis·quāto ⁊ prius q̄ caderet erat virtut̄. Pre/cedentiū nāq̄ magnitudo virtutū·crescit ad cu/mulū sequentiū delictorꝫ. Plerīq̄ sa cerdote sue magis vtilitatis causa q̄ gregis preesse desiderāt· nec ut prosint presules fieri cupiūt·ꝫ magis ut di/uites fiant ⁊ honorent̄. Suscipiūt enī sublimitat̄ culmen nō ꝓ pastorali regimine ꝫ ꝓ soli⁹ honoris

ambitione·atqȝ abiecto ope dignitatis·solā nois
appetūt dignitatē. Dum mali sacerdotes deo igno
rante nō fiant·tamē ignorant a deo·ipso p pphe/
tam testante: Principes extiterūt·ʒ nō cognoui.
ʒ hoc nescire dei·reprobare est.

De indoctis prepositis Cap.xxxv.

Sicut iniqui ⁊ peccatores ministeriū sa/
cerdotale assequi phibent·ita indocti ⁊
īperiti a tali officio retrahunt. Illi enim
exemplis suis vitā bonoꝝ corrumpunt·isti vo sua
ignauia iniquos corrigere nesciunt. Quō docere
poterūt·qō ipsi nō didicerūt? Desinat locum do/
cendi suscipere·q nescit docere. Ignorātia quippe
presulū·vite nō congruit subiectoꝝ. Cecus eni si
ceco ducatū prebuerit·ambo in foueā cadūt. Sa/
cerdotes indoctos p esaiā pphetā dn̄s improbat
dicēs: Ipsi inquit pastores ignorabāt intelligen
tiā. Et iterū: Speculatores ceci omnes. id ē im/
periti episcopi. Nescierunt inquit vniuersi canes
muti non valentes latrare·hoc ē plebes cōmissas
nō valentes resistendo malis p verbum doctrine
defendere.

De doctrina ⁊ exemplis prepo/
sitorum Cap.xxxvi.

Tam doctrina q̄ vita clarere debet eccle/
siasticus doctor. Nam doctrina sine vi/
ta arrogantē reddit·vita sine doctrina
inutilē facit. Sacerdotis predicatio operibꝰ con/
firmanda est·ita ut qō docet verbo·instruat ex/
emplo. Vera est illa doctrina·quā viuendi sequit
forma. Nam nihil turpiꝰ est·q̄ si bonū qō quisqȝ
sermone predicat·explere ope negligat. Tūc enim
vtiliter predicatio pfert·qn̄ efficaciter adimplet.
Unusqsqȝ predicator ⁊ bone actionis·⁊ bone pre
dicationis habere debet studiū·nā alterū sine al/
tero nō facit pfectum·ʒ precedit iustū bene facere
ut sequent bene possit docere. Ois vtilis doctor
plebibꝰ subiect ita se prestare debet atqȝ insistere
doctrine·ut quanto claret verbo·tanto clarescat
⁊ merito. Nā q̄ aplus timotheo precipit cum oi
impio docere·non hortat ad tumorē supbie·ʒ ad
bonā actionē ⁊ vite auctoritatē·videlicȝ ne liber/
tatē preberet peccandi·si bene doceret ⁊ male vi/
ueret. Unde ⁊ dn̄s: Qui soluerit vnū de manda/
tis istis minimis ⁊ sic docuerit·minimꝰ erit in re/
gno celorum. Uides q̄ auctoritate magisterij ca/
ret·qui quod docet nō facit. Sicut in nūmismate
metallū figura ⁊ pondus inquirit·ita i omni do/
ctore ecclesiastico·quid sequat·quid doceat·quo/
modo viuat. Per qualitatem igit metalli doctri/
na·p figuram similitudo patrū·p pondus humi/
litas designat. Qui vo ab his tribus discrepa/
uerit·nō metallum ʒ terra erit.

De his qui male docent ⁊ male
viuūt Cap.xxxvii.

Interdū doctoris vitio etiam ipsa vera
doctrina vilescit·q: dum non viuit sicut
docet·ipsam quā predicat veritatē con/
temptibilem facit. Arcus puersus est lingua ma/
gistrorū docentiū bene ⁊ viuentiū male. Et ideo
quasi ex puerso arcu sagittam emittunt·dum suā
prauam vitam ppie lingue ictu confodiunt. Qui
diuina predicāt ⁊ ex eiusdē predicationis digni/
tate viuere minus curant·habētes vbū dei i ore
⁊ in ope nō habētes·multa bene docentes·nihil
autē opantes· imitant balaam ariolū·q corruens
ope·apertos habuit oculos ad contuendā lucē do/
ctrine. Qui bene docet ⁊ male viuit·tanq̄ es aut
cymbalū sonū facit alijs·ipse tn̄ sibi manet insen/
sualis. Qui bene docet ⁊ male viuit·q̄ docet be/
ne viuentibꝰ pficit·q̄ vo male viuit seipsum occi/
dit·sicut sacerdos qui si digne agit ut sacerdotem
decet·ministeriū eius ⁊ ipsi ⁊ alijs vtile est. Indi/
gne aūt viuens·alijs quidē vtilis est loquendo·se
autem interficit praue viuēdo·ac p hoc qō in illo
mortuum est ppium eius est·quod vo viuit i eo·
id est sacrum ministerium alienum est. Qui bene
docet ⁊ male viuit·equat cereo·qui bonam quidē
alijs lucem prestare·se vo in malis suis cōsumere
videt atqȝ extinguere. Qui bene docet ⁊ male vi/
uit·videt bonum malo coniūgere·lucem tenebris
cōmiscere·veritatem mendacio mutare.

De exemplis prauoꝝ sacerdotū Cap.xxxviii.

Sepe p quos iusticia docetur·p ipsos pec/
cati morbꝰ irrepit·⁊ mors ad plebes per/
transit·scilicet uel dum mala docent·uel
dum praua faciunt. Pleriqȝ sacerdotes ⁊ clerici
praue viuentes forma ceteris in malū existūt·qui
in bonis exemplum esse debuerūt. Hi eni quos/
cūqȝ exemplo male conuersationis sue perdūt·de
illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex car/
nalium prepositorū exemplo plerūqȝ fit vita dete/
rior subditorum·⁊ plebis merito fiūt tales sacer/
dotes·qui exemplo deteriore populum destruant
nō edificent. Et merito enim plebis nōnūq̄ epi/
scopi deprauant·quatenus procliuius corruāt qui
sequunt. Capite languente cetera corporis mem/
bra inficiuntur. Unde ⁊ scriptum est: Omne ca/
put languidum ⁊ omne cor merens·a planta pe/
dis vsqȝ ad verticem nō est in eo sanitas. Caput
enim languidū est doctor agens peccatum·cuius
malum ad corpus puenit·dum eo uel peccante uel
praue docēte pestifer languor ad plebes subditas
transit. Deteriores sunt qui sine doctrinis seu ex/
emplis vitam moresqȝ bonorum corrumpūt·his
qui substantias aliorū prediaqȝ diripiūt·hi enim
ea que extra nos sūt sed tamen nostra auferunt:
corruptores vo morum proprie nosipsos diripiūt
quoniam diuitie iustorum mores eoꝝ sūt. Mul/
tum ergo distant damna morum a damnis tem/
poralium rerum·dum ista extra nos sunt·mores
vo in nobis.

De prepositis carnalibus Cap.xxxix.

Prouidentia plerūqȝ diuini cōsilij ordi/
nant prepositi mūdana ⁊ exteriora sectā/
tes·ut dū tpalibꝰ rebꝰ se totos impendūt

spiritales turiorē vitam cōtemplationis exerceāt. Quia duꝛe sunt quiete viuere volentium sarcinę curarū episcopaliū. prouidet sępe deus curis deditos sęcularib⁹ ad susceptionē regiminis. ut dū hi exteriora sine tędio procurant. spiritales reb⁹ interioribus sine impedimento rerum terrenarū deseruiant. Dei ergo ordinationē accusant a q̄ instituūtur qui episcopos cōdēnant. dū min⁹ spiritualia. sed magis terrena sectant. Ex diuini enī tabernaculi dispositione ob iniurias mūdi ferendas ꝛ turbines. quosdā institui episcopos sęcularibus curis insistentes. ut hi qui interius supna desiderant nullo terreno obsistente negocio liberius hoc quod amant intendant. Non est itaqꝫ iudicādus a plebe rector inordinatus. dū magis nouerint populi sui fuisse meriti peruersi regimē suscepisse pontificis. Nam pro meritis plebium disponit a deo vita rectorū. Exemplo dauid peccant ad cōparationē principū qui ex merito plebis pręuaricant. Sententia damnant cham filij noe: qui suorū prępositoꝝ culpas in publico produnt. sicut cham qui patris pudenda nō operuit sed deridenda monstrauit. Habituri sūt sem merito ꝛ iafeth q̄ reuerent operiunt quę patres suos excessisse cognoscunt. si tamē patrū facta non diligant sed tm̄ operiant nec imitentur. Nam sunt qui prępositos suos peruerse iudicant. dū terrenis studijs eos plus viderint eē intētos si uel parum iam ipsi de spiritalib⁹ cogitauerint. Rectores ergo a deo iudicandi sūt. a suis autem subditis nequaq̄ iudicandi sunt. exemplo dn̄i qui per se vendentes colūbas ꝛ nūmulariorū mēsas proprio euertit flagello ꝛ proiecit a tēplo. uel etiā sic dicit psalmista: Deus stetit in synagoga deorū: ī medio aūt deos discernit. Q̄ si a fide exorbitauerit rector. tūc erit arguēdus a subditis. p moribus vo reprobis tolerādus magis q̄ distringendus a plebe est.

De iracundis doctoribus Cap. xl.

Iracūdi doctores p rabiē furoris disciplinę modum ad īmanitatē crudelitatis cōuertūt. ꝛ vnde emēdare subditos poterāt. inde potius vulnerāt. Ideo sine mēsura vlciscit culpas prępositus iracundus. q: cor ei⁹ dispersum in rerū curis nō colligit in amore vnius deitat. Mens enī solita ī diuersis cathena charitatis nō astringit. ꝫ male laxata male ad omnē occasionem mouetur.

De superbis doctoribus Cap. xli.

Bonus doctor ꝛ ī humilitate seruat disciplinam. ꝛ per disciplinam nō incurrit supbiam. Elati aūt pastores plebes tyrannicę premūt. nō regūt. quiqꝫ nō dei ꝫ suā gloriam a subditis exigūt. Multi sunt qui in verbo doctrinę nō humiles ꝫ arrogantes existūt. qui ꝛ ipsa recta que predicāt. nō studio correctionis sed vitio elationis annūciant. Multi sūt qui nō ex consultu ędificādi ꝫ ex tumore supbiendi docent. nec ut psint sapientes sunt ꝫ ut sapiētes videant docere studēt. Estimatio praua arrogantiū sacerdotū p quam imitant sanctos rigore disciplinę. ꝛ sequi negligūt charitatis affectione. videri volūt rigida seueritate. sed formā humilitatis pręstare nequeūt. ut magis terribiles q̄ mites aspiciant. Supbi doctores vulnerare potius q̄ emendare nouerūt. salomone testante qui ait: In ore stulti virga supbię. q: increpādo rigide feriūt. ꝛ cōpati humiliter nesciūt. Bene alieni peccati curāda vitia suscipit qui hoc ex cordis dilectione ꝛ humili cōscientia facit. Ceterū qui delinquentē superbo uel odioso animo corripit: nō emendat ꝫ pcutit. Quicq̄d enī ptervus uel indignantis anim⁹ ptulerit. obiurgantis furor ē nō dilectio corrigētis.

De humilitate prępositoꝝ Cap. xlii.

Qui pręficit ad regimem. taliter erga disciplinā subiectorū pręstare se debet. ut non solū auctoritate. veꝝ etiā humilitate clarescat. Sꝫ tn̄ ita erit in eo virtus humilitatis. ne dissoluat vita subditoꝝ in vitijs. atqꝫ ita auctoritas adsit potestatis. ne p tumorē cordis seueritas existat īmoderationis. Hęc est enī in dei sacerdotib⁹ vera discretio. qua nec p libertatē supbi nec p humilitatē remissi sint. Hinc ē q̄ sci cū magna constantia redarguerūt etiā principum vitia. in quibus cū sūma esset humilitas. loco tn̄ necessario libere transgressores iusticię increpabant. Aliqn̄ etiā subditis nos oportet animo eē humiliores. qm̄ facta subditoꝝ iudicāt a nobis. nostra vero deus iudicat. Agnoscat epus se esse conseruū plebis. nō dominū. veꝝ hoc charitas nō condicio exigit.

De doctrine discretione Cap. xliii.

Non oib⁹ vna eadēqꝫ doctrina ē adhibēda. ꝫ p qualitate morū diuersa exhortatio erit doctoꝝ. Nam quosdā increpatio dura. quosdā vo exhortatio corrigit blanda. Sic periti medici ad varios corporis morbos diuerso medicamine seruiunt. ita ut iuxta vulnerum varietates medicina diuersa sit. sic ꝛ doctor ecclesię singulis quibusqꝫ hominib⁹ congruū doctrinę remediū adhibebit. ꝛ quid cuiqꝫ oporteat pro ętate. p sexu ac pfessione annūciabit. Nō omnib⁹ ea quę sūt clausa aperienda sūt. Multi sūt enim qui capere nō possunt. quib⁹ si indiscrete manifestent. statim aut detrahūt aut negligunt. Prima quippe prudentię virtus ē eam quā docere oporteat existimare psonā. Rudibus populis seu carnalib⁹ plana atqꝫ cōmunia non sūma atqꝫ ardua predicāda sunt. ne īmensitate doctrinę opprimant potius q̄ erudiant. Unde ꝛ paul⁹ apl'us ait: Nō potui vobis loqui quasi spiritalib⁹ ꝫ quasi carnalibus. tāq̄ paruulis in xp̄o lac vobis potum dedi nō escā. Carnalib⁹ quippe animis nec alta nimis de celestib⁹ nec terrena conuenit predicare. ꝫ mediocriter. ut initia coꝝ moresqꝫ desiderāt edoceri. Coru⁹ dum suos pullos viderit albi coloris.

nullis eos cibis alit. sꝫ tantūdem attendit donec paterno colore nigrescāt. ⁊ sic illos frequēti cibo reficit. Ita ⁊ ecclesie doctor strenuus nisi eos quos docet viderit ad suam similitudinē penitētie confessione nigrescere. ⁊ nitore seculi deposito lamentationis habitum de peccati recordatiōe induere utpote adhuc exterioribus. hoc est carnalib'. non aperit intelligentie spiritalis ꝓfundiora mysteria ne dū audita nō capiūt. prius incipiāt contemnere ꝙ venerari mādata celestia. Aliter est agendū erga eos qui nostro cōmittunt regimini si offendunt. atq; aliter cū his qui nobis cōmissi nō sunt qui si iusti sunt venerandi sūt. si vero delinquunt ꝓ sola charitate ut locus est corripiendi sunt. nō tñ cū ea severitate sicut hi qui nobis regendi cōmissi sunt. Prius docendi sūt seniores plebis. ut p eos infra positi facilius doceant. Unde ⁊ apl's: hec inquit cōmendo hominib' fidelib' qui idonei sūt ⁊ alios docere. Ingeniū boni doctoris ē incipere a laudibus eoꝝ quos salubriter obiurgatos corrigere cupit. sicut apl's ad corinthios facit quos a laudibus inchoat ⁊ increpationibus ꝓbat. Sꝫ erant apud corinthios qui ⁊ laude ⁊ increpatiōe digni essent. ille vero indiscrete loquit q sic vtraq; omnib' loquit ut oib' vtraq; cōvenire videant.

De silentio doctorum Cap. xliiii.

Pro malo merito plebis aufert doctrina predicationis. Pro bono merito audientis tribuit sermo doctoris. In potestate divina consistit cui velit deus doctrine verbū dare vel cui auferre. ⁊ hoc aut ꝓ dicentis aut ꝓ audientis fit merito. ut modo ꝓ culpa plebis auferatur sermo doctoris. modo vero ꝓ vtilib' meritis tribuat. Nam ⁊ bonus docet bonū. ⁊ malus malum. ⁊ bonus malum. ⁊ malus bonū. quod tamen fit iuxta meritū populoꝝ. Nō omnia tempora congruūt doctrine. sm salomonis sententiam dicentis: Tempus tacendi ⁊ tēpus loquēdi. Nō quidem p timorem sꝫ p discretionem ꝓpter malorum incorrigibilem iniquitatē. nōnūꝙ electos oportet a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesie calore charitatis ardentes conticescūt a docendo quia nō est qui audiat. testante propheta qui ait: Civitates austri clause sunt ⁊ nō est qui aperiat. Qui docendi accepit officiū. interdū ad tempus facta ꝓximi taceat. que statim corrigere nequaꝙ existimat. Nā si corrigere potest ⁊ dissimulat. verum est ꝙ consensum alieni erroris habeat. Plerīq; sancti doctores ꝓ mali ptinacia quia iniquos emendare nequeūt his tacere disponūt. sꝫ calorem spiritus fervoris quo agunt ferre nō sustinentes. iterū in increpatione ꝓsiliūt iniquoꝝ.

De prebenda sacerdotali ꝓtectione in plebe Cap. xlv.

Quibus docendi forma cōmissa ē. multū subeūt piculi si cōtradicentibus veritati resistere voluerint. dū ꝓpheta doctorē ecclesie instruat. ad summū vsq; iusticie ꝑvenire. cum dicit: Sup montē excelsū ascende tu q evangelizas syon. scilicet ut ita preemineat merito. sicut ⁊ gradu. Sequenter ne forte debeat a docendo timore restringi audiat: Exalta in fortitudine vocē tuā ⁊ noli timere. Unde ⁊ hieremie ita dñs ait: Accinge lumbos tuos ⁊ surge loquere ad eos. ne formides a facie eoꝝ. nec eni timere te faciam vultū eoꝝ. vnde apparet. q ⁊ nō timere donum dei est. Qui psonā potentis accipit. ⁊ veritatē loqui ptimescit. gravis culpe mulctat sententia. Multi enī sacerdotes metu potestatis veritatē occultant. ⁊ habent rei quia a bono ope vel a iusticie predicatiōe rei alicui' formidine aut potestate terrente avertunt. Sꝫ heu prohdolor inde metuūt. q vel amore reꝝ seculariū implicant. vel q aliquo facinoris ope confundunt. Multi presules ecclesiaꝝ timentes ne amicitiā seculariū pdant. ⁊ molestiā odioꝝ incurrant. peccantes nō arguūt ⁊ corripere pauperū oppressores verent. nō ptimescētes quod de veritate sint reddituri rationē. ꝓ eo ꝙ cōticescunt de plebib' sibi cōmissis. Qñ a potentib' pauperes opprimunt. ad eripiendos eos boni sacerdotes ꝓtectionis auxiliū ferūt. nec verent cuiusꝙ inimiciciaꝝ molestias. sꝫ oppressores pauperū palam arguūt. increpant. excōmunicant. minusq; metuunt eoꝝ nocendi insidias etiā si nocere valeāt. Pastor eni bonus animā suā ponit ꝓ ovib'. Sicut pvigil pastor contra bestias oves custodire solet. ita ⁊ dei sacerdos sup gregē xpi sollicit' esse debet. ne inimic' vastet. ne psecutor infestet. ne potentioris cuiusq; cupiditas vitā pauperū inquietet. Pravi aūt pastores nō habēt curā de ovibus. sꝫ sicut legit in evangelio de mercenariis. vident lupū venientē ⁊ fugiūt. Tūc eni fugiūt quando potentibus tacent. ⁊ malis resistere metuūt.

De disciplina sacerdotis in his qui delinquūt Cap. xlvi.

Sacerdotes ꝓ populoꝝ iniquitate damnant. si eos aut ignorantes nō erudiant. aut peccātes nō arguāt. testante dño ad ꝓphetam: Speculatorē dedi te domui isrl'. Si nō fueris locutus ut se custodiat impi' a via sua. ille i iniquitate sua moriet. sanguinē aūt ei' de manu tua requirā. Sic eni heli sacerdos ꝓ filioꝝ iniquitate damnat' est. ⁊ licet eos delinquētes āmonuerit. sꝫ tamē nō ut oportebat redarguit. Sacerdotes exquirere debent peccata populoꝝ ⁊ sagaci sollicitudine vnūquēq; ꝓbare. iuxta testimonium dñi ad hieremiā loquētis: Probatorē inquit dedi te in ꝑplo meo robustum. ⁊ scies ⁊ ꝓbabis vias eoꝝ. Sacerdotes studio corrigēdi facta pscrutari debēt subiectoꝝ. ut emēdatos lucrifacere possint. Sicut aūt peccatorē cōvenit argui. ita iustum nō exulcerari. Sacerdotes curā debēt habere de his qui pereunt. ut eoꝝ redargutione aut corrigant a peccatis. aut si incorrigibiles existunt. ab ecclesia separentur. Atrociter arguuntur. qui decipiendo peccantes nō solum quia non arguūt pro

+ ezechielem · ut ibid. 33. ca.

peccato·sed etiã adulanter decipiũt·dicente ꝓpheta: Et erũt qui beatificant populũ istũ seducẽtes ⁊ qui beatificant̃ p̃cipitati. Atrociter iterũ arguntur qui peccantẽ nõ recipiũt· sed despiciunt ⁊ spernũt·nec alterius delictũ tanꝙ ꝓpriũ ingemiscũt. De talibus ꝑ esaiam domin⁹ cõminãs dicit: Qui dicunt recede a me·non appropinques mihi q: imundus es. Isti fumus erunt in furore meo· ignis ardens tota die. Inde ẽ ꝙ ⁊ aplꝰus omnib⁹ omnia fact⁹ est· nõ imitatione erroris·ꝫ compassionis miseratione·scilicz ut ita vitia aliena fleret· queadmodũ si tali ⁊ ipse implicaret̃ errore. Boni pastores populi debent delicta deflere: ⁊ totos se plancribus tradere·imitantes hieremiã ꝓphetam dicentẽ: Quis dabit capiti meo aquam.⁊ oculis meis fontẽ lacbrymaꝝ.⁊ plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Tanꝙ ꝓpria igitur delicta· plebis peccata sacerdos flere debet·ꝫ affectu cõpatiendi nõ accusatiõe cõmissi. Nõnulli p̃sules gregis quosdã ꝑ pctõ a cõmunione eijciũt·ꝫ qualiter post viuere debeãt·ad melius exhortãdo nõ visitant. Quib⁹ congrue sermo diuin⁹ increpans cõminatur: Pastores qui pascitis populũ meum· vos dispersistis gregẽ meũ·eiecistis ⁊ nõ visitastis eos·ecce ego visitabo sup vos maliciã studiorũ vestroꝝ. Bonoꝝ studia sacerdotũ multa diligentia etiã praua plebiũ facta ꝑquirũt·ut dũ ĩ minimis subditoꝝ peccatis se acerrimos p̃stant· de maiorib⁹ malis cautos sibi subiectosq; ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos iminentes curandos suscipiũt·futuros ꝟo ne irrepant·medicinę obiectu quadã p̃scientia antecedũt·ita ⁊ doctores boni sic ea quę male acta sunt resecant· ut ea quę admitti possũt ne ꝑpetrent̃ doctrina sua succurrẽte p̃ueniãt. Qui blãdo verbo castigatus nõ corrigit̃·acrius necesse ẽ ut argnatur. Cũ dolore eni abscindenda sunt quę leuiter sanari nõ possũt. Qui admonitus secrete de peccato corrigi negligit·publice arguẽdus est·ut vuln⁹ qd occulte sanari nescit manifeste debeat emendari. Manifesta pctã non sũt occulta correptiõe purganda. Palã eni sunt arguendi qui palã nocent· ut dũ aperta obiurgatiõe sanant̃·hi qui eos imitando deliquerãt corrigãtur. Dum vn⁹ corripitur plurimi emendant̃. Utilius est eni ut ꝑ multorũ saluatione vnus cõdemnet̃· ꝙ ꝑ vnius licentiam multi periclitent̃. Ita cõtra delinquẽtes sermo ẽ ꝓferendus·sicut ei⁹ qui corripit̃ expostulat salus. Et si opus ẽ aliquã medicamẽti asperitatẽ ꝟboꝝ p̃dicatiõe aspergere·lenitatem tñ corde opus est retinere. Doctores nõnũꝙ durius feriũt increpationib⁹ subditos·qui tñ a charitate eorũ q̃s corripiũt nõ recedũt. Sępe ecclesię censura arrogantib⁹ videt̃ ẽẽ supbia.⁊ qd a bonis pie fit· crudelit̃ fieri putat̃ a prauis·q: nõ discernunt recto oculo qd a bonis recto fit animo. Notãdũ ẽ vehement̃ ab oĩ pontifice·ut tãto cauti⁹ erga cõmissos agat quãto durius a xp̃o iudicari formidat. Nã sicut scriptũ est: In qua mensura mensi fueritis·ĩ ipsa remetiet̃ vobis. Quotidie nãq; oẽs delinquimus ⁊ in multis erroribus labimur. Qui eni ĩ nostris delictis clementes sum⁹·in alieno pctõ rigorẽ tenere nequaꝙ debem⁹. Multi alioꝝ vitia cernũt· sua nõ aspiciũt. Et cũ ipsi maximis criminib⁹ obnoxij teneant̃· minora pctã fratrib⁹ nõ dimittũt. Hypocritę trabẽ in oculo suo consistẽtẽ nõ sentiũt.⁊ hęrentẽ festucã in lumine fratris intẽdũt. Facilius rep̃hendim⁹ vitia aliena ꝙ nostra. Nã sępe quę ꝑuersa ĩ alijs iudicamus·ĩ nobis nocibilia esse min⁹ sentim⁹.⁊ qd ĩ alijs rep̃hẽdim⁹·agere ipsi nõ erubescim⁹. Facilius vitia vniuscuiusq; ꝙ virtutes intendim⁹·nec quid boni quisq; gesserit agnoscere cupimus·sed quid mali egerit perscrutamur.

De subditis Cap.xlvii.

Propter peccatũ primi hoĩs humano generi pęna diuinitus illata ẽ seruitutis·ita ut quib⁹ aspicit nõ cõgruere libertatem his misericordius irroget seruitutẽ. Et licz pctm̃ humanę originis ꝑ baptismi gratiã cũctis fidelibus dimissũ sit·tamen ęquus deus ideo discreuit hoĩbus vitã·alios seruos constituẽs·alios dños ut licẽtiã male agẽdi seruorũ·potestate dominantiũ restringat̃. Nã si oẽs sine metu fuissent·quis esset q a malis quẽpiã ꝓhiberet? Inde ⁊ in gentibus ꝑncipes regesq; electi sũt·ut terrore suo populos a malo coercerent·atq; ad recte viuendum legib⁹ subderet. Quantũ attinet ad rationẽ·non ẽ ꝑsonaꝝ acceptio apud deũ·q mũdi elegit ignobilia ⁊ cõtẽptibilia ⁊ quę nõ sũt·ut ea quę sũt destrueret·ne gloriet̃ oĩs caro·hoc ẽ·carnalis potentia corã illo. Un⁹ eni dñs ęqualit̃ ⁊ dñis fert consultũ ⁊ seruis. Melior ẽ subiecta seruitus ꝙ elata libertas. Multi eni iueniũt̃ deo libere seruientes sub dñis cõstituti flagitiosis·q ⁊ si subiecti sũt illis corpe·p̃lati tamen sũt mente.

De prelatis Cap.xlviii.

Vir iustus aut oĩ potestate sęculari exuitur·aut si aliqua cingit̃·non sub illa curuatur ut sup̃b⁹ tumeat·ꝫ eam sibi subijcit ut humilior innotescat. Probat̃ autẽ hoc aplĩco exẽplo q data sibi potestate etiã nec ad hoc vsus est qd licebat·ꝫ dũ posset·ut illicita abnuit·seseq; ut paruulum ĩ medio eorũ quibus p̃erat ostendit. Qui in appetendis honorib⁹ sęculi aut prosperitatibus mũdi instanti desudat labore· ⁊ hic ⁊ in futuro vacu⁹ inuenit̃ a requie: tantoq; sarcinis peccatoꝝ grauabitur·quãto a bonis operib⁹ extitit alien⁹. Quãto quisq; ampli⁹ sęcularis honoris dignitate sublimatur·tanto grauius curaꝝ ponderib⁹ aggrauat̃·eisq; magis mente ⁊ cogitatione subijcit̃·quib⁹ sublimitatis gradu p̃ponit̃. Nam ut quidã patrũ ait: Omne qd supeminet· plus meroribus afficitur·ꝙ honoribus gaudet. Quanto quisq; curis mundi maioribus occupatur.tanto facilius vitijs p̃mitur. Si enim vix

valet peccata anim⁹ deuitare quietus· quāto magis occupatiōe sęculari detent⁹. Non statim vtile est oē potestatis insigne· sed tunc vere ē vtile si bene gerat̄. Tunc aūt bene geritur quādo subiectis ꝓdest quib⁹ terreno honore p̄fert̄. Potestas bona est qn̄ deo donante ē· ut malū timore coerceat· non ut temere malum cōmittat. Nihil autē peius ē q̄ p potestatē peccandi libertatē habere· nihilqȝ infęlicius male agēdi fęlicitate. Qui in hō sęculo bene imperat· sine fine in ppetuū regnat: ⁊ de gloria sęculi huius ad eternā transmeat gloriam. Qui vō praue regnū exercent· post vestem fulgentē lapillorūqȝ nitorē· nudi ⁊ miseri ad infernū torquēdi descendēt. Reges a recte agendo vocati sūt. ⁊ ideo sicut recte faciendo regiū nomē obtinetur· ita peccando amittitur. Nam ⁊ viros sanctos ꝓinde reges vocari i sanctis eloquijs· eo q̄ recte agāt· sensusqȝ ꝓprios bene regant. ⁊ mot⁹ resistētes sibi rōnabili discretione cōponāt. Recte igit̄ illi reges vocāt̄· q̄ tā semetipsos q̄ subiectos bene regēdo modificare nouerūt. Quidam ipsū nomē regiminis ad imanitatē transuertunt crudelitatis· dumqȝ ad culmē potestatis venerint i apostasiam confestim labūtur· tantoqȝ se tumore cordis extollunt ut cūctos subditos i sui comparatione despiciāt· eosqȝ quibus p̄esse cōtingit nō agnoscāt. Quos cōgrue ecclesiastes admonet dicens: Ducem te constituerunt· noli extolli· sed esto illis quasi vnus ex ipsis. Dum mundi reges sublimiores se ceteris sentiūt. mortales tn̄ se esse agnoscant· nec regni gloriā qua i hoc sęculo sublimantur aspiciant· sed opus qd̄ secū ad inferos deportent attendāt. Si g̊ amissuri sūt huius temporis gloriā· illa agant quę post finē momentaneū sine fine possideant. Dum aplus dicat: non ē potestas nisi a deo· quō dn̄s p ꝓphetā de quorundā ꝓncipatu dicit: ipsi regnauerūt· ꝫ nō ex me. Quasi diceret: nō me ꝓpitio· ꝫ me irato. Unde ⁊ inferi⁹ p eundē ꝓphetā addidit: Dabo inquit tibi regē in furore meo. Quo manifestius elucet bonam malāqȝ potestatē a deo ordinari· ꝫ bonā ꝓpitius malā iratus. Reges quādo boni sūt· muneris est dei· quando vō mali· sceleris ē populi. Scd̄m eni meritū plebiū disponit̄ vita rectorū: testante iob: Qui regnare facit hypocritā ꝓpter pctā ppl̄i. Irascente eni deo talē rectorem ppl̄i suscipiūt· qualem ꝓ peccato merent̄. Nōnūq̄ ꝓ malicia plebis etiā reges mutant̄: ⁊ q̄ ante videbant̄ esse boni· accepto regno fiūt mali.

De iusticia principiū. Cap. xlix.

Qui recte vtit̄ regni potestate· ita se p̄stare oībus debet ut quāto magis honoris celsitudine claret· tanto semetipsum mente humiliet· p̄ponēs sibi exemplū humilitatis dauid q̄ de suis meritis non tumuit· ꝫ humiliter sese deijciēs dixit: Uilis incedā. ⁊ vilior apparebo ante deū qui elegit me. Qui recte vtitur regni ptāte· formam iusticię factis magis q̄ verbis istituit. Iste nulla ꝓsperitate erigitur· nulla aduersitate turbat̄· nō innitit̄ ꝓprijs virib⁹· nec a dn̄o recedit cor ei⁹· regni fastigio humili p̄sidet animo· nō eū delectat iniquitas· nō inflāmat cupiditas· sine defraudatiōe alicui⁹ ex paupe diuitē facit: ⁊ qd̄ iusta potestate a ppl̄is extorquere poterat· sępe misericordię clemētia donat. Dedit deus principibus p̄sulatum pro regimine populorū· ⁊ illis eos p̄esse voluit. cum quib⁹ vna est eis nascendi moriendiqȝ conditio. Prodesse ergo debet populis principatus non nocere· nec dominando premere· sed condescendēdo consulere· ut vere sit vtile hoc potestatis insigne. ⁊ dono dei ꝓ tuitiōe vtant̄ mēbrorū xp̄i. Mēbra quippe xp̄i fideles sūt populi· quos dū a potestate quam accipiūt optime regūt· bonam vtiqȝ vicissitudinē deo largitori rependūt. Bonus rex facilius ad iusticiā a delicto regreditur· q̄ de iusticia ad delictū transferatur· ut noueris hic esse casū· illic propositū. In ꝓposito ei⁹ esse debet nūq̄ deuiare a veritate. Q. d. si casu titubare contigerit· mox resurgere.

De patientia principū. Cap. l.

Plerūqȝ princeps iustus etiā malorū errores dissimulare nouit· nō q̄ iniqtati eorū consentiat ꝫ q̄ aptum temp⁹ correctiōis expectet quando eorū vitia uel emendare valeat uel punire. Multi aduersus principes coniuratiōnis crimine deteguntur· sed probare volens deus clementiā principū· illos male machinare pmittit· istos non deserit. De illorū malo bene istis facit· dum culpas quas illi faciūt· isti mira patiētia idulgēt. Reddere malū ꝓ malo vicissitudo iusticię est· ꝫ qui clemētiā addit iusticię· non malū pro malo culpatis reddit· ꝫ bonū ꝓ malo offensis impartit.

De delictis principū siue exemplis. Cap. li.

Difficile est principem regredi ad melius si fuerit vitijs implicat⁹. Populi eni peccantes iudicē metuūt. ⁊ a malo suo legibus coercentur. Reges autē nisi solo dei timore metuqȝ gehēnę coerceant̄· libere in p̄cepsꝓ ruūt ⁊ p abruptū licentię in omne facin⁹ vitiorū labūt̄. Quanto quisqȝ in supiori cōstitut⁹ est loco· tanto in maiori versat̄ periculo. ⁊ quāto splendoris honore celsior quisqȝ ē· tanto si delinquat pctō maior est. Potentes eni potent̄ tormenta patientur. Cui eteni plus cōmittit̄· plus ab eo exigit̄· etiam cū vsura penarū. Reges vitam subditorū facile exemplis suis uel ędificāt uel subuertūt· ideoqȝ ꝓncipem nō decet delinquere· ne formā peccandi faciat peccati ei⁹ impunita licentia. Nā rex q̄ ruit i vitijs· cito viā ostēdit erroris· sicut legit̄ de hieroboā qui peccauit ⁊ peccare fecit isrl̄. Illi nāqȝ ascribitur quicq̄d exemplo ei⁹ a subditis ppetratur. Sicut nōnulli bonorū principum deo placita facta sequuntur· ita facile multi praua eorū exepla sectantur. Plerīqȝ aūt apud iniquos ꝓncipes necessitate magis q̄ voto mali existūt· dū imperijs

coꝝ obediūt. Nonnulli aūt ſicut ꝓmpti ſunt ſequi reges in malū· ſic pigri ſūt imitari illos in bonū. Sępe vnde mali reges peccant· inde boni iuſtificant· dum pręcedētiū cupiditatē ⁊ maliciā corrigunt. Nam reuera peccatis eoꝝ cōmunicāt· ſi qđ illi diripuerūt· iſti retentant. Cuiꝰ peccatū quiſqꝫ ſequit· neceſſe ē ut eius pęnā conſequat. Neqꝫ enī impar erit ſupplicio· cuius errori quiſqꝫ par eſt ac vitio.

Q͛ principes legibus teneantur Cap.lii.

Iuſtum ē principē legibꝰ obtēperare ſuis. Tūc enim iura ſua ab oībus cuſtodiēda exiſtimet· quādo ⁊ ipſe illis reuerentiam prębet. Principes legibꝰ teneri ſuis· nec in ſe conuenit fruſtrare iura· quę in ſubiectis conſtituunt. Iuſta eſt enī vocis eoꝝ auctoritas· ſi qđ populis ꝓhibent· ſibi licere nō patiant. Sub regiminis diſciplina ſęculi prātes ſubiectę ſunt. ⁊ q̄uis culmine regni ſint pręditi· vinculo tamē fidei tenent aſtricti· ut ⁊ fidē xp̄i ſuis legibꝰ pręducet. ⁊ ipſam fidei pręedicationē moribus bonis cōſeruēt.

De poteſtate principū in eccleſia Cap.liii.

Principes ſęculi nōnunꝙ intra eccleſiam poteſtatꝭ adeptę culmina tenēt· ut ꝑ eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cęterū intra eccleſiam poteſtates neceſſarie non eſſent· niſi ut qđ nō pręualet ſacerdos efficere ꝑ doctrinę ſermonē· poteſtas hoc impleat ꝑ diſciplinę terrorē. Sępe ꝑ regnū terrenū cęleſte regnū ꝓficit· ut qui intra eccleſiam poſiti cōtra fidē ⁊ diſciplinā eccleſię agūt· rigore pncipum conterant· ipſamqꝫ diſciplinā quam eccleſię humilitas exercere nō pręualet· ceruicibꝰ ſuperborū poteſtas pncipalis imponat. ⁊ ut venerationē mereat· virtute poteſtatis impartiat. Cognoſcāt pncipes ſęculi deo debere ſe rationē reddere ꝓpt eccleſiā quā a xp̄o tuendā ſuſcipiūt. Nam ſiue augeatur pax ⁊ diſciplina eccleſię ꝑ fideles pncipes ſiue ſoluat· ille ab eis rationē exigit qui eoꝝ poteſtati ſuam eccleſiam credidit.

De iudicibꝰ Cap.liiii.

Ad delictū ꝑtinet principū qui prauos iudices cōtra voluntatē dei populis fidelibus pręferūt. Nam ſicut ꝑli delictū eſt· qn̄ pncipes mali ſūt· ſic pncipis eſt pctm̄ quando iudices iniqui exiſtunt. Bonus iudex ſicut nocere cuilibet neſcit· ita prodeſſe omnibus nouit. Alijs enim pręſtat cenſuram iuſticię· alijs bonitatem· qui iudicia ſine pſonarū acceptione ſuſcipit· non infirmat iuſticiā auaricię flāma· nec ſtudet auferre alteri qđ cupiat ſibi. Boni iudices iuſticiam ad ſolam obtinendā ſalutem ęternā ſuſcipiūt· nec eam muneribus acceptis deſtruūt· ut dū de iuſto iudicio tpalia lucra non appetūt· pręmio ęterno ditentur. Omnis qui recte iudicat ſtateram in manu geſtat. ⁊ in vtroqꝫ penſo iuſticiam ⁊ miſericordiā portat· ſꝫ ꝑ iuſticiā reddit peccati ſententiā· ꝑ miſericordiā peccantis tēperat pęnā· ut iuſto libramine quędam ꝑ ęquitatē corrigat· quędam vero ꝑ miſerationem indulgeat. Qui dei iudicia oculis ſuis pręponit· ſemper timens tremenſqꝫ in omni negocio reformidat· ne de iuſticię tramite deuians cadat. ⁊ vnde nō iuſtificat· inde potius condemnetur.

De prauis iudicibus Cap.lv.

Neminē ſtultorū uel improborū oportere iudicem eſſe. Nam ſtultus ꝑ ignauiam ignorat iuſticiā· improbꝰ autē ꝑ cupiditatē corrūpit ipſam quā didicit veritatem. Grauius lacerant pauperes a prauis iudicibꝰ· q̄ a crudeliſſimis hoſtibꝰ. Nullus enī prędo tam cupidus in alienis· q̄ iudex iniquus in ſuis. Latrones inacceſſis faucibus ac latebroſis latentes inſidias ponūt· iſti palam rapacitatis auaricia ſęuiūt. Hoſtes in alienoꝝ tm̄ ſanguine intendūt· iudices quaſi crudeliſſimi carnifices ciuiū· oppreſſiōe ſua ſbiectoꝝ vitā extinguūt. Qui enī deſtruant multi ſunt· rari ſūt aūt qui populos legū moderamine regant. Plerūqꝫ ⁊ boni iudices ſūt· ſed miniſtros rapaces habēt. Hoꝝ figura ut ait quidam tanꝙ ſcylla pingitur atqꝫ deſcribitur· ipſa quidem humana ſpecie· ſed capitibus caninis accincta ⁊ circūdata. Nō aliter quibuſdā poteſtatibus accidit ut ipſoꝝ humanitatem immanitas iniquorū ſociorū pturbet. Sępe iudices praui cupiditatis cauſa aut differūt aut puertunt iudicia· nec finiūt cępta negocia· quouſqꝫ marſupia eorū qui cauſantur exhauriāt. Quādo enim iudicant non cauſam ſed dona cōſiderāt. ⁊ ſicut negligentes ſunt in diſcuſſiōe cauſarū· ſic in eorum damno ſolliciti ſunt. Iudices praui iuxta ꝓphetę verbum quaſi lupi prędam veſpere non derelinquūt i mane· hoc eſt q̄ de pręſentis vitę tm̄ cōmodis cogitant non de futuris. Vita enim iſta veſperū. futura vero mane accipitur. Et bene ait quaſi lupi· qꝛ luporum more cūcta diripiūt. ⁊ vix pauca pauperibus derelinquūt.

De verboſis ⁊ elatis iudicibꝰ Cap.lvi.

Verboſi iudices ⁊ elati ut ſapientes videantur non diſcutiunt cauſas· ſed afferūt· ſicqꝫ conturbant iudicij ordinē dum nō ſuo contenti officio aliena pręſumūt. Quidā enī dum iudicare incipiūt iraſcantur· ipſamqꝫ iudicij ſententiam in inſaniam vertūt. De quibus recte ꝑ ꝓphetam dicitur: Qui conuertūt in furore iudicium. Qui enim iratus iudicat· in furorem iudicium mutat· cum ante pręfert ſententiam q̄ cognoſcat. Furor in iudice inueſtigationē veri non valet attingere· quia mens eius turbata furore ab inueſtigatiōe alienatur iuſticię. Iracūdus iudex iudicij examen plene conſiderare non valet· quia caligine furoris non videt. Qui autē repulſo furore diſcutit· facilius ad contuendam veritatem mentis ſerenitate cōſurgit. ⁊ ſine vlla ꝑturbatiōe ad ęquitatis intelligentiam ꝑuenit.

De iudicibus qui acceptiõe psonarum et causa amicorum subuertũt iudicium Cap. lvii.

N On ẽ psona in iudicio obseruãda sed causa. sic enĩ scriptũ est: Non accipias psonã in iudicio. Et iterũ: Non miserebe-ris pauperis in iudicio. Qui enĩ consanguinitatis uel amicitię fauore. siue inimicitiarum odio iudiciũ puertũt. sine dubio i xpm q ẽ veritas et iusticia peccare noscũtur. Iniqui iudices errãt i veritate sentẽtię. dũ intẽdũt in qlitatẽ psonę. et exulcerant sępe iustos dũ improbe defendũt iniquos. q autẽ recte presidere studet. nec partem palpare nouit. nec cohibere a iusticia didicit.

Quib' rebus subuertitur iudiciũ Cap. lviii.

Q Ui recte iudicat et premiũ inde remunerationis expectat. fraudẽ in deũ ppetrat. quia iusticiã quam gratis impartiri debuit acceptiõe pecunię vendit. Bonis male vtunt' qui iuste p tpali lucro iudicãt. Tales quippe ad veritatẽ nõ iusticię defensio. sed amor pecunię prouocat: Quibus si spes nũmi subtrahit'. confestim a iusticię defensione recedũt. Acceptio munerum preuaricatio veritatis ẽ. Vñ et p iusto dicitur: Qui excutit man' suas ab oi munere. iste in excelsis habitabit. Diues munerib' cito corrũpit iudicẽ. pauper aũt dũ non habet qd offerat. non solũ audiri contẽnit'. sed etiã contra veritatẽ opprimitur. Cito violatur auro iusticia. nullãq reus ptimescit culpã. quã redimere nũmis existimat. Plus enĩ obtinet mentẽ censoris amor lucri quam equitas iudicij. Tres sũt munerũ acceptiões quib' cõtra iusticiã humana vanitas militat. id est fauor amicitiarum. adulatio laudis. et corpalis acceptio muneris. Facilius aũt puertitur anim' rei corporee munere quam gratię laudisq fauore. Quattuor modis puertit' hũanũ iudiciũ. timore. cupiditate. odio. et amore. Timore. dum metu potestatis alicui' veritatẽ loq pauescim'. Cupiditate. dũ premio muneris alicui' corrũpimur. Odio. dũ cõtra quẽlibet aduersari molimur. Amore. dũ amico uel ppinquis placere contẽdim'. His enĩ quattuor causis sępe ęquitas violat'. sępe innocentia leditur.

De falso teste Cap. lix.

E T si mẽdaciũ gratis dicitur. quãto magis si venale queratur? Neq enim deerit multiplex cõuent' falsorum. si tm presentia sit nũmorum. Testis falsidic' trib' ẽ psonis obnoxius. Primũ deo quẽ piurando contẽnit. et sequẽt' iudici quẽ mentiendo fallit. postremo innocenti quẽ falso testimonio lędit. Testib' falsis cõiunctis tarde mẽdacij falsitas repit'. Qui si sepati fuerint. examine iudicantis cito manifestant'. Nam sic in vnitate prauorum grãdis ẽ fortitudo. ita in separatiõe maior ifirmitas. Fraudulẽtia cito reprehẽditur cũ mẽdaciũ falsidicorum sibi cõuenit. Vnũ pene crimẽ habẽt. et q falsitatẽ pmit. et q supprimit veritatẽ. quia et ille obesse vult. et iste pdesse nõ vult. Peior ẽ aũt testis q lędit. quam q prestare nolit. Nã ille malign' ẽ. iste inutilis. Iniqu' testis quamuis sua falsitate corpi rebusq officiat. animę tũ nihil oberit. imo maximũ lucrũ cõfert si impetit' ęquanimiter tulerit. Erit aũt ille apud deũ cõdẽnat'. q aduersus innocentẽ falsũ testimoniũ uel dicit. uel dicẽtib' credit. Nã non solũ ille reus ẽ q falsũ de alio pfert. sed et is qui cito aurẽ criminibus prebet. Qui metu potestatis veritatẽ occultat. eiusdẽ veritatis iracundiã sibi celitus puocat. quia plus ptimescit hoĩem quam diuinã trepidet indignationem. Btũs cuius testimonio innocẽs ab scelere obiecto purgat': impi' cui' pditiõe etiã iniqu' perimit'. Neq enĩ decet xpianũ morti obnoxiũ pdere et ad effundẽdũ sanguinẽ infęliciũ voce testificationis prebere sermonem. Iusti enim tm ad ministeriũ debẽt esse salutis. ira vo indignatiõis et tribulationes et imissiões per angelos malos.

De causidicis Cap. lx.

N Egociorum forensiũ sectatores ppt' pximi dilectionẽ sęculare negociũ deserere debẽt. aut certe manẽte pximi charitate negociũ sequãt' terrenũ. Sz quia prarũ ẽ ut inter iurgãtes charitas maneat. postponẽda ẽ rei causatio. ut pseueret dilectio. Antiq forensem eloquentiã caninã facũdiã nũcupabant. eo quod causidici in certamib' cãrũ omissis quę agũt veluti canes alterutrũ sese lacerãt. iurgiaq cãrũ ad iniurias suas cõmutant.

De oppressorib' pauperum Cap. lxi.

P Auperum oppressores tũc se sciant grauiori dignos sentẽtia. quãdo preualuerint his quib' nocere voluerũt. Nã tãto atroci' futuro supplicio condẽnãdi sũt. quãto hic fortius contra miserorum vitã inualuerint. Audiant iudices et q presunt pplis. quia p tpalibus molestijs quas plebib' ingerũt ęterno incẽdio cremabũt'. testante dño per esaiã pphetã: Irat' inqt sũ sup populũ meũ. et dedi eos in manu tua. nõ posuisti eis misericordiã. sed aggrauasti iugũ tuũ valde. Descende in puluere. sede. tace et intra in tenebras. Veniet sup te malũ et nescies ortũ ei'. et irruet sup te calamitas quã nõ poteris expiare. Veniet sup te repente miseria quã nescis. Magis mala facientib' quam mala patientib' dolere debem'. Illi enĩ praua faciẽdo i malũ pficiũt. isti patiẽdo a malo corrigũt'. Deo' aũt p malas volũtates aliorũ i alijs multa opat' bona. Malignantiũ hoĩuz volũtas nequaquam pot ipleri. nisi de' dederit potestatẽ. Nam dũ hoĩes deo pmittẽte malũ qd cõcupiscũt pficiunt. ipse dicit' facere q pmittit. Inde ẽ qd scriptũ est per pphetã: Si erit malum qd dñs non fecit? Verũtamẽ qd iniqui mala expetunt voluntate: idcirco deus pficiendi dat potestatẽ p suam bonã voluntatem. quia de nostro malo ipse multa bona operatur. Quidam cum dei volũtati resistunt nescientes consilium dei faciunt. quo noueris sic deo subiecta esse omnia. ut ipsi qui eius dispositioni aduersant' ei' impleãt voluntatẽ. Propterea in hac vita boni iudicãtur a malis. ut irę in illa

vita mali iudicentur a bonis. siue ut etiã sit hic bonis tẽporalis afflictio. et illic eterna remuneratio. Idcirco sũt necessarij mali. ut quotiẽs boni offendunt flagellent ab illis. Hinc est quod assur virgam furoris sui testatur dñs. Sed quotiens ita fit. de dei indignatiõe procedit. ut deus per illos in eos seuiat quos flagellando emẽdare desiderat. Sed ille iustissima volũtate. illi vero sepe crudeli intentione sicut per prophetam de eodẽ assur dicit: Ipse aũt non sic arbitrabit. sed ad conterendũ paratum ẽ cor eius. Atrocẽ sup eos diuinũ furorẽ venturũ qui existũt persecutores et violenti fidelibus. Consolando eni per prophetã deus suos. ita indicare promittit aduersarios. Eos inquit qui iudicauerũt te ego iudicabo. et cibabo hostes tuos carnibus suis. et quasi a musto sanguine suo inebriabunt. Habet aliquẽ vsum et malorum iniquitas. quod electos dei suis moribus laniant. ac per hoc vita impiorum sibi deperit. iustorum aũt non perit sed proficit. dum eos mali per tribulatiõis exercitiũ ad presentẽ odiendam vitã et futurã desiderandam erudiũt. Interdũ eni prodest puersorum prauitas vtilitati iustorum. dum eos malicia sua erudiunt. et ad regna celorũ requirenda. molestia temporali impellunt. Probat hoc exẽplo israelitice plebis. que tũc duriter agebat in egypto. qñ oportebat eã per moysen ad terrã repromissionis vocari. et ex malis que in egypto patiebat discedere. et ad promissam patriã festinare. Iniqui dũ cõstantiã iusti in persecutionibus suis aspiciũt. mentis confusiõe tabescũt: Et dũ aduersa ostentãt nec vincũt. tandem de sue puersitatis insania confundũt. Stulti cõtra bonos studiũ semp assumũt. quibus dũ prosperitas elucet. iactãter de suis meritis gloriãt et bonorum atque iustorũ afflictiõibus detrahũt. dũque eis aduersa contigerint mox ad blasphemiã pusillanimitate animi cõuertunt. Quidã simpliciũ nesciẽtes dispensationẽ dei in malorum profectibus scandalizant. dicentes iuxta prophetam: Quare via impiorũ prosperat: bene est omnibus qui preuaricant et inique agunt: Qui eni hoc dicũt. non mirent quod prauorũ honorum temporalẽ et caducam felicitatẽ aspiciũt. sed magis nouissima eorũ intẽdãt. quãta illis post hec eterna supplicia preparent. dicente propheta: Ducũt in bonis dies suos et subito ad inferna descẽdũt.

De tribulatiõe iustorũ Cap. lxii.

Iustus in aduersis probari se cognoscat. nõ deijci. Viri sancti plus formidant prospera quam aduersa. quia dei seruos prospera deijciũt. aduersa vero erudiũt. Ideoque sancti viri cõstantia ita portare debet aduersa ut frangi nõ queat. Tũc magis sunt dei oculi sup iustos. quando eos affligi ab iniquis prouidentia superna permittit. Nã tũc eis gaudia disponũtur eterna. qñ presenti tribulatiõe probant. Oẽs vite huius tribulatiões ad quos similes cõparant preteriũtibus. propterea quia si quid in hac vita tribulatiõis acciderit. nõ stat sed celeriter trãsit. Qui vite future premia diligẽter excogitat: mala oĩa vite presentis equanimiter portat. quam ex illius dulcedine huius amaritudinẽ temperat. et ex eternitate illius breuitatem huius despicit transitoriã. Grauari diuerso malo temporali pro vtilitate eorũ est qui vite istius mala pferũt. quia cũ dolore grauant. cupiditatis et luxurie viciorũque ceterorum mala non appetũt. Plus prodesse saluti tentatiões seculi quam prosperitates. Nã ex prosperitate in deterius itur. ex tentatiõis dolore in melius proficit. Vnusquisque ad tentatiõẽ animũ preparare debet. Minus eni dũ sperat tentatio grauat. dure aũt premit si non sperata aduenerit. Sapiẽtis ẽ cõtra oĩa aduersa ante meditari. nec inueniri casus debet quem nõ consilia eius preueniãt.

De amatoribus mũdi Cap. lxiii.

Mundi amatores nõ solũ ex eo rei sunt quod infima pro summis appetũt. verum etiã et miseri per hoc quod graui erũna ad ipsa desiderata ptingunt. Grauius torquet impius mũdi exaggerãdo cõmoda. quam iustus tolerãdo aduersa. Qui eni bona mundi diligit. velit non velit timoris et doloris pene succũbit. Quicumque plus quam oportet res trãsitorias diligũt. maiorẽ sibi ingerũt dolorẽ rei ablate quam amorẽ parturiebãt possesse. Cũ graui eni dolore amittunt. que cũ magno amore habẽt. Minus aũt carẽdo dolemus. que minus possidẽdo diligimus. Sciãt seculi lucra sectãtes quantũ sint vana uel aduersa que diligũt: que etiã nec in hoc seculo sine cõtritione graui conquirũt. et pro quibus in futuro supplicio penas dabũt. His qui in volũtate seculariũ desideriorum persistũt. bene testimoniũ prophete dicit: Factus ẽ effraim panis subcineritius. qui nõ reuersat. id ẽ ita obruũtur cecitate secularis amoris ut nũquam resipiscãt ad deũ amorẽ retorquere mentis. Multis mortuus est mũdus. ipsi tñ vicissim mũdo mortui nõ sũt. Bona eni seculi diligunt. et tñ ipsa que diligũt minime consequũt: in vtroque vacui. quia et futura pdũt et presentia nõ acquirũt. Egestas est electorũ quod peregrinant a bonis sempiternis. et in hoc exilio diutius remorantur. Egestas est reproborũ quod abũdant vitijs et virtutibus vacuãt. seque esse inopes nesciunt. Quod probat per apocalypsim iohãnis qui contra huius mũdi amatores sic ait: Dicis quod diues sũ et locuples et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus. Glorie temporalis sequaces et si nitidi sũt foris fulgore potentie. interius tñ vacui sũt elatione supbie. sicuti calami exterius quidem nitẽt. sed interius vacuant. Ob hoc reprobi exterius ut calami nitidi. interius vero vacui. electi vero exterius quasi arborũ cortices fedi. interius vero solidi. Qui precioso cultu incedũt audiãt prophetã. quẽadmodũ detestat eorum corporalia ornamẽta. et qui successiue habeat cultus secularis compositus et ornatus. hoc ẽ pro suaui odore fetorem. et pro zona funiculum. et cetera. Legant prophetam diuites quorum spes opulentia ẽ. et audiãt eũ dicentẽ: Ve qui opulẽti estis. Quãto eni quisque potẽtia maior ẽ. tãto magis liber ẽ ad peccãdũ. Nã patrimoniũ grãde. grãdis

tentatio ē. Plus venerant̄ hoīes ī h̄ seculo ꝓ tpa/
li potētia ꝙ ꝓ reuerentia sanctitatis. Suscipiūt
eni qd magis sūt diuites. ⁊ ꝙ hoīes sūt oīo despi/
ciūt. Sūt quidā iusti qui sine lesione cuiusꝙ; suis
rebus vtunt̄. Itē sunt quidā diuites humiles. q̄s
nō inflat supbia rerū. veluti plerīqꝫ fuerūt sci ve/
teris testamenti. q̄ ⁊ affluebant diuitijs. ⁊ tñ hu/
militate pollebāt. At cōtra quosdam supbos di/
uites rerū copia facit elatos: quoꝝ nō sūt opes ī
vitio. ꝫ volūtas. Nam crimē in reb⁹ nō ē. sed in
vsu agentis. Est elatio pauperū quos nec diuitię
eleuāt ⁊ volūtas sola ī eis supba ē. His ⁊ si opes
desūt. ꝓpter mētis tñ tumorē plusꝙ supbi diuites
condēnāt̄. Secur⁹ vult eē diues. paup eē nō vult.
Sed quō erit diues quiet⁹ quem suis stimulis res
ipsę ne careantur semper faciunt inquietum? Et
ideo elegit cupiditas inquietum eē ⁊ timidū di/
uitem. ꝙ securū pauco sumptu contētū eē ⁊ pau/
perē. Bonis bene vtunt̄ qui diuitijs sibi cōcessis
in reb⁹ salutaribus pfruunt̄. Bonis male vtunt̄.
qui aut iuste ꝓ tpali lucro iudicāt. aut aliqd boni
ꝓ vanę glorię appetitu faciūt. Malis male vtunt̄
qui noxias cogitationes opibus prauis pficiunt.
Bene malis vtunt̄ q̄ luxuriā carnis cōiugali ho/
nestate restringūt. Sed sicut malo bn̄ vti bonū ē
sic bono bene vti meli⁹ ē. Et sicut bono male vti
malū est. sic malo male vti pessimū est.

De diuitijs ⁊ elemosyna Cap. lxiiii.

Grauiter in deū delinquunt. q̄ diuitijs a
deo cōcessis nō ī rebus salutarib⁹. ꝫ ī vsi/
bus prauis vtūt̄. Nesciūt eni impartire paupib⁹.
oppssis subuenire despiciūt. ⁊ inde magis augent
delicta. vnde redimere debuerūt. Hoc habet tñ
bonū possessio pn̄tiū rerū. si vitā reficiat mise/
roꝝ. Preter hoc tētatio est mundi lucrū. tantoqꝫ
maiora supplicia ī futurū dabūt. quāto ⁊ ipsa ma/
iora sūt. Potētes eni potēt̄ tormēta patiūt̄. Ter/
rena oia seruādo amittim⁹. largiendo seruamus.
Patrimoniū eni retentū perit. manet aūt eroga/
tū. Diu eni cū reb⁹ nostris durare nō possum⁹. qa
aut nos illas moriendo deserim⁹. aut illę nos vi/
uentes deserūt. Pro diuersitate vsus alij de rebus
mundanis pereūt. q̄s cupidi⁹ rapiūt. alij ꝓ sal/
uant̄. dū in eoꝝ pulchritudine cōditoris pulcher/
rimā ꝓuidentiā laudātes mirant̄. uel dū ꝓ mise/
ricordię opib⁹ ex eis cęlestia bona mercant̄. Mi/
sericordia a cōpatiendo alienę miserię vocabulū
sortita ē. Nullus aūt ī alio misericors eē pōt qui
praue viuendo in se misericors non ē. Qui enim
sibi nequā ē. cui bon⁹ est? Nulla scelera elemosy/
nis posse redimi. si in pctis q̄sqꝫ pmanserit. Tūc
autē fructu elemosynarū indulgentia consequit̄
qn̄ ab sceleꝝ ope desinit̄. Uerū ē ꝙ pctā oia mise/
ricordię opib⁹ expurgāt̄. ꝫ iā caueat peccare q̄ mi/
sericordiā impartitur. Ceteꝝ nulla ē delicti venia
qn̄ sic pręcedit misericordia ut eā sequāt̄ pctā. Nō
est elemosyna quę glorię magis causa ꝙ misericor/
dię impartitur intuitu. Quali enim intentione
ab vnoquoqꝫ largitur. taliter ⁊ apud deū recipit̄.
Qui ergo hic de bono laudem pn̄te appetit.
spem pdit ⁊ gloriā mercedis ī futuro nō recipit.
Dū eni causa iactantię paup pascit̄. etiā ipsū mi/
sericordię opus in pctm̄ cōuertit̄. In tātū elemo/
synaꝝ opa pctā extinguūt. atqꝫ in tantū ad regnū
sęculi futuri pficiūt. ut etiā iudex cęlestis in futu/
ro iudicio veniēs. in dextera consistentib⁹ dicat:
Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. sitiui ⁊ de/
distis mihi bibere. hospes eram ⁊ collegistis me.
nudus eram ⁊ cooperuistis me. Quib⁹ etiā bene
ꝓmittit dicens: Uenite bn̄dicti patris mei. pci/
pite pręparatū vobis regnū. His aūt quos nulla
pręcedentia elemosynaꝝ facta sequūt̄. eterni iudi/
cis voce sic dicit̄: Esuriui eni ⁊ nō dedistis mihi
māducare. sitiui ⁊ nō dedistis mihi bibere. Qui/
bus iuste dicit̄: Discedite a me maledicti ī ignem
eternū q̄ parat⁹ ē diabolo ⁊ angelis ei⁹. Qui hic
misericordiā nō impartit. illic pietatis fructū nō
īuenit. exēplo ardētis diuitis q̄ in inferno ad te/
nuissima petēda compulsus ē. qui hic tenuissima
neganda studuit. Quid tribui subtili⁹. quid di/
stricti⁹ petere poterat? Guttā aquę ardēs petijt q̄
micas panis negauit. Sero diues oculos aperuit
quādo laçaꝝ pauperē requiescentē vidit. quē ia/
centē ante ianuas videre despexit. Non solū qui
esurienti ⁊ sitienti ⁊ nudo beneficiū largitatis ipen/
dit. uel siqd aliud indigenti largit̄. ꝫ ⁊ q̄ inimicū
diligit. ⁊ q̄ lugēti affectū cōpassiōis ⁊ cōsolatiōis
īpartit. aut errantē fratrē charitatiue porrigēdo
ad viā veritatis reuocat. aut in qbuslibet neces/
sitatib⁹ cōsiliū adhibet. elemosynam ꝓcul dubio
facit. Nā ⁊ doctrinę uel disciplinę bonū elemo/
syna ē. ⁊ misericordia carnali eminētior ē. Qui/
cūqꝫ egēs poscit etiā si indigentē se simulet. ex to/
to illi corde cōmisereri oportet. Et licꝫ ille fortas/
se falsam indigētis speciē pręferat. is tamē q̄ sim/
pliciter impartit fructū misericordię nō amittit.
Quis quisqꝫ sit egēs. nullus tamē vnde tribuat
indigēti excusationē inopię pōt obtendere. qn̄ ex
pręcepto saluatoris etiā calicē aquę frigidę pręci/
piamur indigēti prębere. Nā si aliud nō haben/
tes idipsū benigne tribuamus. mercedē ꝓcul du/
bio nō amittim⁹. Ceteꝝ si ampli⁹ possum⁹ ⁊ ege/
statē simulādo min⁹ largimur. nō egentē ꝫ deum
fallim⁹. cui cōscientiā nostrā abscondere nō pos/
sum⁹. Duę sūt elemosynę. vna corporalis scilꝫ egēti
dare quicqd potueris. Altera spiritalis. dimitte/
re a q̄ lesus extiteris. Haꝝ prima adhibēda ē mi/
seris. secūda malis. Erit ḡ quod semp imparti/
as. ⁊ si nō pecuniā saltē uel gratiā. Non erit ele/
mosyna cū murmuratiōe prębēda. ne comitante
tristicia merces pereat dispēsata. Tūc aūt bn̄ tri/
buit̄. quādo cū mētis hilaritate prębet̄. Unde ⁊
aplus: hilarē inqt datorē diligit de⁹. Metuēdū
est itaqꝫ ne paup aut cū tędio nostra oblata susci/
piat. aut ne oio pręternissus mœrens tristisqꝫ re/
cedat. De rapinis alienis elemosynā facere nō est

officiū miserationis. ꝗ̄ emolumētū magnū sceleris. Unde ⁊ salomon: Qui offert inquit sacrificiū de rapina pauperꝝ. tanꝗ̄ si quis victimet filiū in cōspectu patris sui. Qui eni iiuste tollit. iuste nūꝗ̄ distribuit. nec bene alteri pꝛebet qd̄ ab alio male extorquet. Magnū scelus ē. rem pauperꝝ pꝛestare diuitibꝰ. ⁊ de sumptibꝰ inopū acquirere fauores potentū. arenti terrę aquā tollere. ⁊ flumina quę nō indigent irrigare. Nōnūꝗ̄ largitas diuitū pꝛodiga nō ad vtilitatē ꝗ̄ ad elationē effundit. comparati hypocritis qui nō ad ędificationē docent audientiū. ꝗ̄ ad suę glorię exaggerandū coturnū. Repꝛehēsibilis ē supflua effusio largitatis. Nā qui modū seruat. auarꝰ nulli est. ꝗ̄ oībꝰ largus est. Dispēsator non pꝛodigus debet eē. ꝗ̄ discretꝰ. largiri eni debet quātū opoꝛtet: ut tenendo mēsuram in vno sufficiat pluribus.

Q̄ tm̄ i vita ē licitū opari bonū Cap. lxv.

Tantū eni in hac vita ē licitū opari bonū illic nāq3 non iam opatio expectat. ꝗ̄ retributio meritoꝝ. Hęc vita impijs lōga ⁊ grata ē. i oculis aūt iustoꝝ amara ⁊ bꝛeuis. Et lic3 vita ista bꝛeuis sit. moꝛas tm̄ sibi fieri credit. q3 quātūlibet bꝛeue sit tpis spaciū. tn̄ ⁊ si viuenti parū ē. non amanti pcul dubio longū ē. Qui vitę pꝛęsentis longitudinē nō de suo spacio. ꝗ̄ de eiꝰ fine cōsiderat. ꝗ̄ sit bꝛeuis ⁊ misera satis vtiliter pensat. Uita eni pꝛęsens. q3 ipsis suis incrementis deficit bꝛeuis est. Suo eni augmento perit. dū id qd̄ videt̄ i futuro pficere. in pꝛęterito deficit. Itē ex ipso eē bꝛeuis vita pꝛęsens ostendit̄. exquo nō pmanet ꝗ̄ finit̄. Tela eni consumat̄ filis. ⁊ vita hoīs expletur diebus singulis. Q̄ diu in hac vita viuit̄. quęritur vtrū augmentū. an rectiꝰ detrimētū dicatur. S3 quō possit recte dici augmētū. qd̄ p dimensiōes ętatū ad moꝛtis tendit detrimentū? Qui vitā longā quęris. ad eā tende vitā p qua xpianꝰ es. id est ęternā. nō ad istā de qua ad cruendū te descēdit vita ęterna. id ē xp̄s verbū carni coniūctū. Hęc ē eni vita vitalis. nam ista moꝛtalis ē. Moꝛi opoꝛtet hoīem i carne mūdo. ne moriatur in aīa xp̄o. Nā vere tūc viuere quisq3 creditur si ꝑm seculū moꝛiēs in solo deo viuere delectetur. De moꝛa vitę istius tędiū patit̄ iustus. eo ꝙ ad desideratam patriam tarde pueniat. ⁊ vitę pꝛęsentis erūnā segnius amittat.

De metu moꝛtis Cap. lxvi.

Quamuis sancti ab huiꝰ vitę erūnis liberari se cupiāt. cito volētes exire de coꝛpe. dei tn̄ dispensatiōe plęrūq3 diu in hac vita versantur. ut p longa tolerantię experimenta solidius coꝝ patientia roboꝛet̄. Multi vitā odio habēt. ⁊ tn̄ moꝛi timent. qd̄ plęrisq3 in angustia contingere solet. sicq3 cōtrario affectu ⁊ viuendi habent tędiū. ⁊ moꝛiendi metū. Sollicite debet vnusquisq3 viuere ⁊ semp terminū vitę suę considerare. ut de cōtemplatione illiꝰ animꝰ se semp ad alta sustollat. ⁊ huiꝰ sęculi blanditias cū timoꝛe caueat. Scriptū est eni: In omnibꝰ opibus tuis memoꝛare nouissima tua. ⁊ in ęternū nō peccabis Uenturi exitus ignoꝛātia incerta ē: ⁊ dū quisq3 moꝛi nō existimat tollitur. Unde vnusquisq3 festinet. ne in iniquitatibus suis rapiat̄. simulq3 finiatur vita cū culpa. Nam incētoꝛ diabolus eos quos viuētes accendit ad vitia. subito moꝛiētes ptrahere nitit̄ ad toꝛmenta. Sępe diuites in hac fallaci vita dum de potētię gloꝛia uel rerꝝ abundantia gestiūt. ab his repente hoꝛa qua nesciunt impꝛouiso exitu rapiunt̄. atq3 absoꝛbente pfūdo cruciandi ęternis gehēnę incendijs deputant̄. De quibꝰ bene p pphetam dicit̄: Ducūt in bonis dies suos. ⁊ in pūcto ad inferna descendunt. Iniquus moꝛiens q̄ imitatiōe sua multos ad culpā traxerat delectatiōe pcti. multos a culpa reuocat terroꝛe toꝛmēti. Qd̄ etiā psalmista testat̄ dicēs: Letabitur iustus cū viderit vindictā impioꝝ. manus suas lauabit in sanguine pctōꝝ. In peccatoꝝ eni moꝛientiū sanguine iusti lauant manꝰ. q3 dū eoꝝ pena conspicit̄. conspiciētis vita mūdat̄. Cuiꝰ eni talis tā crudelis exitꝰ cernit̄: nō solū q̄ viderit refugit. ꝗ̄ alios etiā ab imitatione illiꝰ quāta ualuerit exhoꝛtatione cōpescit. In exitu vitę animę electoꝝ nimio terrent̄ metu. incerti vtrū ad pꝛęmiū an ad suppliciū transeant. Quidā aūt electi in fine suo purgant̄ a leuibus quibusdā pctis. quidā ꝓo i ipso exitu suo hilarescūt ex ęternoꝝ cōtēplatiōe bonoꝝ. Quis eni q̄sq3 i hac vita sit iustꝰ. tn̄ dū ex coꝛpe isto egredit̄ ptimescit. ne dignus supplicio fit. Nullꝰ est eni homo absq3 pctō. nec q̄sq3 pōt de dei securꝰ esse iudicio. cū etiam ⁊ de ociosis ꝟbis reddēda sit ratio. Finē iustoꝝ optimū vocatio tranquilla cōmendat. ut ex eo intelligantur scōꝝ habere cōsoꝛtiū angeloꝝ. ex quo ab hoc coꝛpoꝛe sine vexatione dura tollūt̄. Prauos aūt homines apostatę angeli excipiūt moꝛientes. ut eis sint ipsi toꝛtoꝛes in pęnis q̄ fuerūt suasoꝛes i vitijs. ⁊ si pietas p defunctis fidelibus flere iubeat. fides tn̄ p eis lugere vetat. Illi eni deploꝛādi sūt in moꝛte quos miseros infernꝰ ex hac vita recepit non quos cęlestis aula xp̄i letificandos includit. Hic est eni xp̄ianę miseratiōis affectus ut p vnoquoq3 moꝛtuo sacrificiū deo offerat̄. Inde est qd̄ scriptū est: Et moꝛtuo ne fraudes misericoꝛdiā.

Finit liber tertius ⁊ vltimꝰ de sūmo bono sancti Isidoꝛi hyspalensis epi: Impꝛessus Uenetijs per Petrū loslein de Langencen. .M.cccc.lxxxiij.

ISIDORUS. Etymologiae. De summo bono. 1483.

5

Hain 9279; B.M.C., part V, p. 379.

Printed with gothic type, in two columns. It has 136 leaves, the fifth blank; ff. 6–106 and 109–136 are numbered as 1–101 and 1–28; from the Library's copy the blank leaf is missing. The size of a leaf is 286 × 188 mm., and the text in a column measures 232 × 68 mm. The initials are in red.

The "Etymologies" is an encyclopedia of all knowledge. It was written between 622–633 A.D., during the last years of the author's life. As the preface emphasizes, the work was the product of life-long reading. This encyclopedia is, indeed, as comprehensive as any of the similar Roman works; its information, however, is superficial, based on bookish knowledge and never on personal observation.

The title expresses the nature of the work. Isidore believed that by explaining the origins of words he could get nearest to their meaning. His encyclopedia is a dictionary, containing a vast number of derivations, many of which are ingenious while others are amusing. Yet Isidore himself warned against a blind confidence in words. His chapter "On etymology" may best elucidate his view, providing also a good example of his method; here is an excerpt:

"Etymology is the derivation of words, when the force of a verb or a noun is ascertained through interpretation. This Aristotle called σύνβολον, and Cicero, *notatio,* because it explains the names of things; as, for example, *flumen* is so called from *fluere,* because it arose from flowing.

"A knowledge of etymology is often necessary, for, when you see whence a name has come, you grasp its force more quickly. For every consideration of a thing is clearer when its etymology is known. Not all names, however, were given by the ancients in accordance with nature, but certain also according to whim, just as we sometimes give slaves and estates names according to our fancy . . .

"Etymologies are given in accordance with cause, as *reges* from *regere,* that is *recte agere;* or origin, as *homo,* because he is from the earth (*humus*); or from contraries, as *lutum* (mud) from *lavare* — since mud is not clean — and *lucus* (sacred grove), because being shady it has little light (*parvum luceat*).

"Certain words also were formed by derivation from other words; as *prudens* from *prudentia.* Certain ones also from cries, as *graculus* (jackdaw) from *garrulitas.* Certain ones also have sprung from a Greek origin, and have changed over into the Latin, as *silva.* (Elsewhere Isidore explains that *silva* or *xilva* is derived from ξύλον, wood.)"

The "Etymologies" is divided into twenty books, treating of grammar (1), rhetoric and logic (2), arithmetic, geometry, music, astronomy (3), medicine (4), law and chronology (5), theology (6–8), languages, races, empires (9). human anatomy and physiology (11), zoology (12), cosmography and physical geography (13–14), architecture and surveying (15), mineralogy (16), agriculture (17), military science (18), ships and buildings (19), and of provisions and utensils (20). The tenth book consists of a number of words arranged in an alphabetical order, without any organization of the material according to subject-matter.

Isidore's indebtedness to the Roman encyclopedists is obvious. Varro and the elder Pliny were his chief sources, though he was acquainted with the writings of many other Roman writers as well as with the works of the Church Fathers. His influence during the Middle Ages was immense; all the later medieval encyclopedias were modelled upon his work. But even in his time he was recognised as the greatest scholar of the age. In his own "De viris illustribus" Bishop Braulio, his friend, inserted a note after his death: "In him antiquity reasserted itself — or rather our time created in him a picture of the wisdom of antiquity . . ."

The theological writings of Isidore are also numerous. Among these "De summo bono" (often called "Libri tres Sententiae) is one of the best known. The work is based on the "Moralia" of Gregory the Great.

(For notes on St. Isidore, Bishop of Seville, see also pp. 14–18 in the January issue of More Books.)

Received in April, 1871.

